Arteria ve dem, scilicet ab hepate. Et illæ, quæ alia. exeunt à cōcauitate sinistra, sunt arteriæ duæ. Vna quarū est minor altera, & habet vnam tunicam tantū: & illa est subtillior, scilicet maiori arteriarum habentium tunicas duas. & minor habens vnam tantum, habet eam tantū, eo vt sit leuis & mōl- K lis ad extendendum & adunandum se, & ad attrahendum aerē, & ad expellendum fumum vaporosum. & est amplior, vt adueniat ab ipso ad pulmonem sanguis subtilis, vaporosus, propinquus digestioni ad perficiendum se, eo q̄ id quod nutrit pulmonem, est cor. & quia stat prope ipsum, fert, vel præstat ei calorem digestiuum & suauem. & ad hoc magis, q̄ membrum pulsans in ipso est membrum leue, & uocatur in Arabico serint: & non curatur vt noceat ei. Et vena ista intrat pulmonē: L & diuisa est in ipso diuisione iam dicta: & vocatur arteria tauridi. Sed alia est maior, magnitudinis maioris valde alterius. & nominat in lingua Arabica alahor. Et quando hęc vena ascendit, ramificantur ab ipsa duo rami. minor istorum tendit ad concauitatem dextram duarum cō cauitatum cordis: maior autem circulat circa cor, & postea subintrat in ipsum, & diuiditur in eodem. Et illud, quod remanet post ramificationes istorum duorum ramorum, diuiditur in partes duas. maior earū descendit versus inferiorem partem corporis, & minor in superiorē cor M poris. Et pars, quæ tendit in superiorem partem corporis, diuiditur ab eadē, cùm ascendit in lateribus duobus in ramos tangentes membra existentia ex opposito eorūdem. Et qū exit versus ascellam, exit ab eodem ramus vnus cum vena quæ non pulsat, tendens vsq; ad manum *in diui- *a.l. & in dicem. sione eiusdem. Prima diuiditur ab eodem: & iunguntur ab eodē rami parui in lacerto exteriori, & interiori brachij nominati hasceth, & cum hoc sunt profundati & sepulti.

Et

A Et quandō iungitur ad latus marpech, ascendit superius modicum, & eius pulsatio apparet in hoc loco in pluribus corporibus. & vadit de sub tus ascellam, & tangit eam, donec descendit aliquantulum à marpech. Et postea profundatur profunditate: & ramificantur ab eadem rami ad modum capillorum: & ipsi coiunguntur in lacertis brachij nominati cahat, donec occupent locum magnum brachij. Et postea diuidit in duas partes, quarū vna tendit ad rasceth vadens vsque ad zenath superius. & hęc est vena, quæ palpatur
B ā Medicis. Et alia tendit adhuc vsq; ad rasceth, & vadit vsque ad zenath inferius. & hæc est minor istarum. Et hæc diuiditur in palma manus: & aliquibus apparent pulsationes in superficie palmæ manus. Et quando hæc particula superior iungitur in loco transitus, diuiditur in duas partes alias. Vna quarum transit venam profundatam, quæ nominatur in Arabico gedehg. & ascendit superius donec intret in craneo. & coniunguntur ab eodem in suo itinere rami intrantes in membrorum profunditates existētes ibidem. Et quan
C do intrat craneum, diuiditur ibi in multas diuisiones: & tūc ædificatur ab eisdē res nominata tela, quę extenditur supra cerebrum. Et postq̄ est diuisa, coadunatur & profundatur: & tandem exeunt ab hac tela venæ duæ æquales in magnitudine, sicut erant ante diuisionem: & conueniunt ad corpus cerebri, & diuiduntur in ipso. Sed vna istarum, & est minor, ascendit supra superficiem faciei & capitis, & partitur sup membra ibi existentia. Et aliquib' apparet pulsationes ī hac parte post aures, & in temporibus. sed pulsatio D apparet prope istas duas venas: & ē pulsatio particulæ, quæ est apud venam profundatam: & nominatur hic ramus arteria somni. Sed particula germinata à corde ad inferiora corporis tendit primo per viam rectā, donec appodietur supra marpech quintum: eo quōd locus suæ oppositionis est ex oppositio loco capitis cordis. & ibidem existit pulmo absq; appodiatione. Demum equitant supra spondilos nuchæ descendendo ad inferiora, & ramificantur rami ab eodem à lateribꝰ vtrorūq; spondilorum, dextri & sinistri, & cō E iunguntur membris existētibus ex opposito eorundem. Et ramus primus, qui ramificatur ab ipso, est ramus veniens ad pulmonem. Et post ipsum veniunt rami venientes ad lacertum existentem intus in costis. Et post ipsum veniunt rami ad diaphragma. Et post veniunt rami ad stomachum, hepar, & splenem, & myrach, & intestina, & renes, & vuluam, & testiculos, & vesicam, & virgam. Et exeūt ab ipsis rami iungentes lacertos exeūtes ex opposito istorum duorum locorum. Et quando F venīt ad terminum siue ad finem spondilorum, diuiduntur in partes duas. & quælibet istarum tendit versus vnū ex pedibus per ramos duos magnos ex parte dextra & sinistra, & diuiduntur in ipsos diuisione venarum, nisi quia profundantur. Et eorum pulsationes sunt in lateribus duorum emunctoriorum, quæ in Arabico nominant orbitan: & in latere calcanei sub duobus ossibus nominatis calcagines: & supra dor sum pedum prope chordam magnam.

De

Universidad de Deusto Biblioteca

G

De anatomia Venarum non pulsatilium. Cap. 6.

VEnæ non pulsatiles sunt vnius tunicæ præter vnam istarum. Et inuentæ sunt p viam sensus, q̃ ramificant' ab hepate. Et id quod germinat ab eis ī primis, sunt venæ duę. Vna, quarū est vltra concauitatem, & illa nominat' porta: & hæc est ad trahẽdum nutrimentū hepati. Alia est, vel exit à gibbositate hepatis: & ista est facta ad deferendū nutrimẽtum, & diuidendum nutrimẽtum, & nominat' concaua. Sed porta diuiditur in corpe hepatis in quinq; partes. Et ramificant' hæ quinq; partes in ramos paruos, donec iungant' gibbositati hepatis. Et q̃n exeunt ab hepate, diuiduntur in partes octo. Quarū duæ illarum paruæ sunt: & vna ipsarū iungitur intestino nomi nato duodeno: & secunda ramificat' ad fundū stomachi in portanario.

De vena porta.

H

Sed vna ex sex tendit ad superficiẽ dorsi partis dextræ stomachi ad nutriendū ipsum. sed pars interior nutritur. inquantū obuiat' stomacho.

Et secunda iungitur spleni, & tandem separat' ab ipsa vena vna à latere sinistro stomachi. Et illud, quod remanet, diuidit' in partes duas. vna quarū iungitur medietati superiori stomachi, & spleni ad nutriendum ea: & secunda iungit' gibbositati stomachi, & ibi diuidit' in partes duas. Vna ipsarū diuidit' à dorso sinistro stomachi: & secunda profundatur vsq; ad orificiū stomachi: eo q̃ proijcit ad orificiū stomachi superfluū siccitatis & acetositatis melancholię: q̃n studet splen ad expellẽdum ipsam cum superfluo ad prouocandum appetitū stomachi sua titillatione. Particula vero secūda diuidit' in partes duas. vna ipsarū tendit ad inferiora medietatis splenis: & secunda pars influit ad myrach, & diuidit' in ipso. Tertia vero ex sex vadit ad latus sinistrum, & ad intestinum rectum, ad hoc vt fugat ab ipso. Et quarta tendit ad gibbositatẽ stomachi, & ad myrach. Et quinta tendit ad meseraicas, quæ sunt circa intestinum nominatū colon. Et sexta q̃ si circa intestinum ieiunū, & orbum.

I

K

De vena cõcaua.

Sed concauæ, s. venæ radix eius separatur ex seipsa ad trahendum nutrimentum à ramis portæ. Et post ascẽdit ab ipsa, vena vna magna in gibbositate hepatis. Et q̃n ascendit ista vena, non vadit nec elongatur multū, donec diuidatur in duas partes. Et vna istarū est maior, & tẽdit ad partes inferiores corporis: & secūda ad superiora corpis. Et hęc pars superior tendit, vsq; dum iungatur diaphragmati. Et ibi diuiditur in duas venas, quæ diuiduntur in diaphragmate: & post cõprimunt diaphragma. Et post cõpressionem diuiduntur ab eisdem venæ minutæ: & diuiduntur in panniculo diuidẽte pectus in partes duas, & in panniculum cordis, & in glandulam nominatam chota, & diuiduntur in ipsa.

L

De concaua superiori.

Demum ramificatur ab ipsa ramus vnus, qui iungitur in auricula dextra ex auriculis cordis. Et hic ramus diuidit' in partes tres. Vna quarum intrat in concauitatẽ dextram cõcauitatis cordis, & iungit' pulmoni, & habet tunicas duas. & ob hoc nominatur vena artérialis. & hæc est maior omniū aliarum. Et secunda circundat' circa dorsum cordis, & extendit' in ipsum totum. Et tertia cõiungitur in parte inferiori pectoris, & nutrit pectora ibi existẽtia. Et q̃n

M

transit,

A transit cor, tendit p viam rectam, donec peruenit ad oppositionẽ duorū tharcotan. (sic enim nominãtur in Arabico.) Et diuidũtur ab ea in hoc suo itinere rami parui ad ambas suarum partiū. & exeunt ab eisdem rami ad lacertos existentes ex opposito membrorum interiorum. Et q̃n sunt ex opposito assellæ, exit ab eis ramus vnus extrinsecus manus veniens ad manus ex latere assellæ, & ẽ vena nominata basilica. Et q̃n est in opposito in medio trachęæ, in loco suę itineris, diuidit' in ptes duas. Vna istarū tendit ad partẽ dextram,

B & alia ad partẽ sinistram. Et quælibet istarū duarum diuiditur in partes duas, & tandem equitat vna ex partibus spatulam, & venit ad manũ ex latere dextro: & hæc est vena nominata cephalica. Et adhuc secũda diuidit' in partes duas in vnoquoq; latere. Vna quarū vadit, & profundatur, & ascendit in sua profundita te, donec intrat craneum in suo itinere p collum, vsquequo intrat in cerebrũ. Et ramificantur ab eadem rami parui, coniungentes se mẽbris interioribus propinquis colli. & hęc

C pars nominat' vena profundata. Sed secũda tendit in superficiem dorsi, donec diuidit' per faciem, & caput, & oculos, & per nares, seu p nasum. Et hæc est vena apparens, & ramificatur à vena spatulari in suo itinere p brachium nominatũ hasceth, & diuidit' in nodo marpech. Et post suã diuisionem vena spatularis cõmiscetur cũ parte venæ assellaris, & descendunt: & tandem exit ex istis duabus in latere marpech vena, & ẽ vena media seu cõis: & dicit' in Arabico hachal. Et pars secunda ex parte venæ spatularis trahit' ad dorsum brachij nominati schahat, id est adiutorium: & demũ equitat supra zenad superiorẽ, & illa nominat' chorda brachij. Et pars venæ assellaris, q̃ moratur inferius, vadit p latus intrinsec' brachij ad cahat, donec iungatur capiti zenad superiori: & ẽ aliquid rami venæ existentis inter digitum minorẽ & annularem, & nominat' halarcia. Sed pars tendẽs ad inferiora corporis equitat spõdilos nuchæ, & postea descendit inferius.

D

De concaua inferiori.

Et ramificant' in primis ab ipsa rami venientes ad ligaturas renum, & nominantur in Arabico lafint alcolieth, & eorũ villos & corpora propinqua eis. Et postea ramificant' ab eisdem rami magni duo intrãtes in concauitatibus renum. Et postea rami duo tendẽtes ad testiculos. Et demum ramificantur ab ipsis in latere vtriuscuiusq; spondili venæ duę, tendentes duobus lateribus: & iunguntur membris interioribus propinquis ei, sicut vuluæ, & vesicæ: & etiã illis existẽtibus extrinsecus, sicut myrach, ventris, & lumbis. Et q̃n iungitur ad finẽ spondylorum, diuiditur ad partes duas. Vna ipsarũ tendit ad pedem dextrũ, & alia tendit ad sinistrum. Et tandem ramificantur ab

E

F

eis rami iungentes lacertis testiculorum Et aliqui istorũ sunt profundi, & aliqui sunt apparentes. Et q̃n iungunt' genu, diuiduntur in partes tres. Vna partiũ vadit in medio, & iungit' ramis, qui sunt in vnoquoq; lacerto cruris ĩterioris & exterioris. Et alia pars in parte interiori cruris, donec apparet prope calcaneum: & illa est nominata saphena. Et pars secunda vadit vltra apparitionẽ cruris: & illa profundatur ad latus exterioris calcanei. & illa est schia, quæ

scilicet

G scilicet nominatur schiatica. Et ramificantur ab vnoquoq; istorum, quando iungũtur pedi, rami diuisi in pede. Et rami, qui sunt pedis ex parte digiti minoris & annularis, sunt ex ramis schiaticæ. Et rami pollicum, sunt ex saphena, & nominantur in Arabico alscasen.

De anatomia Nervorum. Cap. 7.

CApita istorum corporum videntur cõiungi in cerebro vel in nucha: ideo imaginatur seu æstimatur ꝙ omnia ista exeant ab eis. Et videtur ꝙ caput nuchæ coniungantur post in posteriori parte cere
H bri: & pelllicula ipsius resistit nocumento illius, & durat vsq; ad os nominatum hasceth, s. cauda. & ideo imaginat' seu æstimatur ꝙ ipsa oriatur à cerebro. Et iungũtur in nucha in latere vniuscuiusque spondili in vnaquaq; parte duo nerui. vnus eorum vadit in partem dextram, & alter in sinistram, donec iungantur in fine hasceth. Et coniungitur in fundo ipsius caput vnum vnius nerui, & sic coniungũtur in cerebro paria septem capitum neruorũ. Par primum sunt nerui duo. & apparent quasi oriantur vel exeant à cerebro
I prope ex opposito duarum caruncularum similium capitibus mamillarum, in quib' fit odoratus: & ipsi coniunguntur in oculis. Et isti duo nerui sunt concaui: & qñ elongãtur à cerebro, tunc coniunguntur. Et foramen vniuscuiusq; istorum tangit foramen alterius: eo vt spirit' aduenientes duabus pupillis oculorũ associentur, & vt sit duob' oculis fons vnus: & vt quasi orirent' prope pupillas oculorũ, ad hoc vt appodient' in ipsis. Et diuiduntur, donec sunt intus in cerebro. & demũ exeũt, & tendit vnusquisq; illorũ ad oculũ exi- K
stentem in latere sui. demũ coadunatur in humiditate vitrea, vt deferatur oculo sensum visus. Et par secundum vr̃, ac si nat' fuisset post natiuitatẽ paris primi. & ipse tendit ex eo versus partẽ dextram, & exit à cranco supra foramen anterioris cellulæ secundæ. Et par tertium miscet' cum pari quarto existente post ipsum, & postea separatur ab eodem. Et diuiditur in quatuor partes. Vna istarũ exit ab introitu nerui nominati schabachi, & descendit ad ventrem sub diaphragmate. Et secunda exit ex foramine ossis existentis in L
sodat, & tangit partes quinti. Et tertia exit ex foramine, à quo exit par secundũ. Et diuidit' in partes tres siue ramos. Ramus vnus ex istis tendit ad locum existentem in extremitate oculi, nominatum in Arabico mach, & postea ad tẽpora, & supercilia, & frontẽ, & palpebras. Et secundus transit foramen existens prope caudam oculi: & ille est locus nominatus in Arabico barbachi, & iungitur vsq; ad ventrẽ nasi. Et tertius, s. ramus descendit in concauitate barbachi prope os subtile. Et tandé ramificatur in ramos duos. Vnus tẽdit M
ad dentes, & alter ad cutim tpis, & ad extremitatẽ nasi, & superioris labij. Et quarta. s. pars, exit à foramine existente in mãdibula superiori ad linguam, & transmittitur in cutem ipsius proprie ad dandum sibi sensum suum, s. saporẽ suum. Et residuum ipsius diuiditur in radices dentium inferiorũ, & gingiuas, & in labium.

Et natiuitas paris quarti est post natiuitatẽ tertij paris. Et diuiditur in palatum ad dandũ ei sensum appropriatũ sibi, & est sapor. Et par quintum

A tum duplicatur: & exit ab ipso par vnũ ad aures ad dandũ eis auditũ, & ipsum nascitur à parte posteriori cerebri: & par nerui mandibulæ exit à foramine nominato orobo. & in isto neruo ẽ odoratus. Et paris sexti extremitas vadit ad gulã, & ad linguam. Et extremitas alia vadit ad lacertũ existentẽ versus spatulam & circa ipsam. Et eius extremitas desẽdit in collum: & ramificant' ab ipsa in suo itinere rami coniungentes se aliquibus lacertis epiglottidis. & qñ deriuant' pectori diuiduntur adhuc ibidem. & tandẽ redeunt adhuc ex-
B tremitates suæ ad superiora, donec iungant' lacerto exist' epiglottidis. Et diuiduntur aliquæ istarũ extremitates in diaphragma prope cor, & pulmonem, & meri, & partes existentes circa ista. Et residuum istarũ, & maior pars ipsarũ vadit, donec cõprimant diaphragma. Et coniunguntur in orificio stomachi maior pars ipsarum. Et residuum coniungit' pelliculæ hepatis, & splenis, & residuitatibus intestinorũ. & coniunguntur ipsi ibi aliquæ partes paris tertij. Et ipsum, s. par orit' à posteriori parte cerebri,
C & coniungit' quinto. Demum diuidit' ab ipso: & exit à loco suturę nominatæ in Arabico aldaroallami.

Et par septimũ incipit à posteriori parte cerebri à loco natiuitatis nuchæ, & diuidit' in lacertũ linguæ epi
Septimus nerui. glottidis. Et vr̃ sensibiliter quasi vt exeant seu nascantur paria ex nucha trigesimaprima neruorũ. Et vnus, s. neruus, est absq; socio sibi oppositus. Et paria octo ipsorum exierunt intus ex spondilis colli. Et duodecim paria ex spondilis nuchæ ad locum oppositionis dorsi in directo pectoris. Et paria quinq; ex spondilis no-
minatis alchacam. & ista sunt in- D
feriori parte dorsi. Et paria tria ex osse aggez. Et tria ex osse *asse, scili- *hascetb
cet caudæ. Et alterũ non habens oppositũ exit ex medietate extremitatis ossis nominati *asselem, scilicet cau- *hascetb
dæ. Et par primũ exit ex foramine iuncturæ primę iuncturarũ colli: & ascendit vsquequo diuidat' in lacertos capitis. Et fin par exit ex foramine existente in iunctura prima & secunda. Et tandem separat' in duas partes. & iungitur extremitas ipsius in cute capitis, & extremitas alia in lacertis colli, & in lacertis spatulæ.

Et tertium par ipsius exit ex foramine existente inter iunctură secun E
dam & tertiã. Et diuiditur in partes duas. vna tendit ad lacertos existentes in dorso: & alia vadit versus partem anteriorẽ. Et diuiditur in lacertum positũ ex oppositio ipsius, & in existẽtem supra ipsum. Et quartũ exit inter iunctură tertiã & quartã. Et diuiditur in partes tres. vna quæ tendit ad diaphragma: & alia ad extremitatem lacerti existentem in capite & in ceruice: & extremitas alia ad extremitatem lacerti spatulæ. Et quintũ oritur inter spõdilum quar-
tum & septimum. Et sextum oritur F
inter spondilum quintum & sextũ. Et septimũ inter spondilum sextũ & septimũ. Et octauum inter spondilum septimum & octauum. & ibi est finis nodorum colli. Et nerui descendentes ab istis, oẽs sunt diuisi in partes: quarum ipsarum partiũ vna vadit ad lacertos pectoris & ceruicis: partes aliæ vadunt ad lacertos dorsi & diaphragmatis: præter paris octaui, cuius aliquid non tendit ad diaphragma: & reliquæ partes tẽdũt ad hascech, & brachium, & spatulã.

Sed

G Sed paris sexti quædã pars tendit ad lacertum spatulæ, & pars alia ad hasech. Et septimi pars vadit ad lacertum existẽtẽ in hasech. & alia pars diuidit in cutim resídui hasech. Et aliquid octaui paris trũ sinittitur in cutim brachij. & extremitas sui tendit ad lacertũ brachij. Et par nonũ exit inter spõdylum octauum & nonum: & illud est principiũ spondilorum dorsi. Et diuidit vna suarũ extremitatum in lacertũ existentẽ intus in costis: & alia extremitas in lacertũ dorsi: & alia extremitas descendit ad spatulã, & extendit in ipsam.

H Et par decimũ exit inter spondilũ nonũ & decimum. Et pars vna ipsi⁹ vadit ad cutim hasech. Et residuũ diuidit. & pars vna ipsius tendit versus faciem: & diuidit in lacertũ existentem in costis, & in lacertũ inuestitum supra pect⁹. & alia diuiditur in lacertũ dorsi & spatulę. Et p hanc viã est exitus neruorum, & diuisio ipsorũ, s. par vnum inter iuncturas duas vsq; ad complementũ duodecimi paris, donec exeant ad par complens viginti paria ex corpore spondili, qui sunt decem & nouem. Et postea exeunt paria ex alchatini ex

I corpore totius ceruicis. par vnũ vsq; ad complementũ quinq; parium. & partes ipsorũ tendunt ad anteriora, & diuidunt in lacerto existente supra ventrẽ: & aliquæ diuiduntur in lacerto existẽte supra lumbos, & miscentur in partibus tribus existentibus supra ipsum nerui descendentes à cerebro. Et à paribus duobus existentibus sub istis tribus descendũt ab ipsis rami magni ad crus, donec descendant ad extremitatem pedis.

Et demũ oriũtur paria tria ab osse haggez, ex vnoquoq; foramine par vnũ. principium eorũ est à spondilo vigesimoquinto. Et demum ex eunt parea tria ex osse caudæ, nominato in Arabico hasech. Et solus absq; socio, generatio ipsius prima est inter os tertiũ ossis haggez, & os primũ ossis hasceth, s. caudæ, quod est os caudæ. Et postq̃ secundũ istũ ordinem inter duos spondilos par vnũ vsq; ad finem trium parium, & solus oritur ex fine caudæ, & etiam ista sex paria: par primum miscetur cũ paribus venientibus ad cutra, & residuum ipsorũ diuiditur in lacertos ani, & veretri, & veficæ, & vuluę, & pelliculas vẽtris, & in partes venientes ab osse vmbilicali, & à lacertis venientib⁹, vel orientib⁹ ab osse haggez.

K

L

De Ligamentis. Cap. 8.

ET ligamenta, quæ sunt nomina ta in lingua Arabica rebathath, eius corpus est vel eorum medium inter corpus ossis & corpus musculi. & eorum ortus est inter extremitates nodositatum ossium.

M

De Chordis. Cap. 9.

CHordæ, quæ nominant in Arabico bauthar, sunt mediæ inter ligamenta & neruos. Et earum ort⁹ seu natiuitas ẽ ex neruo veniẽte ad lacertũ, & à ligamẽto orto ab osse.

De Carne. Cap. 10.

CArnis tres sunt species. Vna est caro mixta cũ neruo & chorda. & illa nominat lacertus siue musculus: & illa ẽ maior pars carnis totius corporis. & hęc ero memoratus in capitulo membrorũ officialium.

Secũda species est species carnis purę. & in hac sunt multa ligamenta: & hæc est minor species corporis.

Tertia spés est carnis glandulosæ. & caro pura est illa, quę est in capite membri, s. veretri: & illa quæ est in loco

A loco occulto dorsi: & ex illa est caro existẽs inter dentes. Sed caro nominata glandulosa est caro testiculoꝝ, & mammillarum. & ex illa est etiã in radice linguæ. & ex illa ẽ caro existens in subascellis, & in duob⁹ emũctorijs nominatis in Arabico orbitam, & quæ ẽ post aures, & in collo. & istius speciei est caro, quæ est inter intestina & neruos.

De Villis. Cap. 11.

SEd de villis ero memoratus, cũ ero rememoratus membra composita existẽtia intus in corpore: eo quia ille est locus conueniens rememorationis ipsorum ibi.

B

De Humoribus. Cap. 12.

ET humores apparentes in corpore humano sunt quatuor, s. sanguis, phlegma, cholera, & melia.

De Simplicibus membris. Cap. 13.

ET simplicia membra sunt cutis, vngues, & capilli. & hoc est manifestum.

De Spiritu. Cap. 14.

SPiritus duo sunt, scilicet spiritus apparens in corde, & spiritus apparens in cerebro. sed spiritus in hepate non apparet per viam sensus. Et hæc sunt verba dicta supra simplicia membra, quæ sufficientia esse videntur in hoc loco. & qui volunt amplius addere, addant. Et nunc redibo ad loquendum supra officialia membra: & incipiã à membro simpliciori omnium ipsorum: & istud est lacertus, siue musculus.

C

De Lacerto. Cap. 15.

LAcertus est corpus compositũ ex carne rubea, & ligamentis, & neruo, ascendentibus supra ipsum. Et ipse est induens ossa, ligatus ligaturis nascentibus ab ossibus. & istud est, qñ neruus cõiungitur supremæ extremitati ipsius lacerti. tandem diuiditur in partes: & miscetur exiturę carnis lacert⁹, & germinat in osse posito sub lacerto ligaturã, & miscetur cum neruo & carne: & demũ ex omnibus istis exit corpus vnum nominatũ lacertus. Et qñ partes nerui veniunt ad extremitatem inferiorẽ lacerti, tũc adunatæ sunt partes nerui ad partes ligamentorũ solũ absq; alia ammixtione carnis: & tandem exit ab istis corpus nominatũ chorda. & hæc chorda tendit, donec iungatur extremitati inferiori illius mẽbri. Et omnes lacerti secundum intentionem Galeni existentes in corpus sunt. 529. Et dictum est, q̃ hęc corpora variãtur in forma, in quantitate, & in compositione. & qñ virtus ab istis germinat, chordæ in forma compositionis ipsorũ tandem variantur in quantitate: quoniã ali qui sunt magni, & aliqui parui. magnus est sicut lacertus positus supra coxã: & paruus est sicut lacertus positus supra oculum. Et variatio ipsorum est in forma, q̃ tales sunt ex lacertis, quorum caro ipsorum non miscetur cum neruo. & variatio ipsorum est in chordis orientibus ab ipsis: quoniam tales ex ipsis sunt, q̃ chorda oritur ex duobus lacertis. & tales sunt, à quibus ambob⁹ ab vnoquoq; eorum oriũtur chordæ duę, vel tres. & hoc est, secundum q̃ conueniteis. Sed variationes ipsorum ex parte oppositionis ipsorum sunt, q̃ aliqui ipsorum oppositio sua est in directo membri, & aliqui non. Et si deberemus loqui in vnoquoq; lacerto lacertorum, hęc verba essent prolixa valde: nec essent huic arti multum necessaria, hoc est ad medicinandum per cibos & medicinas:

D

E

F

G sed chirurgicis, id est operatibus cũ ferro magnum esset iuuamentum. Et dico adhuc, ꝙ post terminationẽ istarum rerum paruum lucrum cõsequeremur. Et ego narrabo de neruis, quando ero locutus iuuamentũ ipsorum in libro Sanitatis.

De forma capitis. Cap. 16.

FOrma capitis naturalis est rotũda, habẽs aliquam planitiem in vtroq; latere: ac si imaginatus fueris formam ceream rotundam esse cõpressam in vtroq; latere. Habens intrinsecus concauitates coniungentes se adinuicem: & nominantur cel H lulæ cerebri. & sunt duæ existentes in parte antetiori cerebri, & vna in medio, & alia in posteriori parte. Et prope coniunctionem istarũ cellularum, scilicet partis vnius cum altera, sunt corpora formata formis talibus, vt sint cõuenientes in aliquo tempore ad claudendum, vel ad aperiendum. Et in sunt cerebro duæ additiones germinatæ à duabus cellulis anterioribus similibus duobus capitibus mammillarum; deriuantes vsq; ad os nominatum colatorium. & istud est os perforatum foraminibus multis: sed non per viam rectã, sed obliquam. & locus istius in craneo est locus, cui coniungitur extremitas nasi. Et ex panniculis duobus cerebri, vnus existis ẽ fortis & grossus, & alius est subtilis. Subtilis coniunctus est cerebro, & nominat⁹ est capitis secundina vel secunda. & assimilat secundinæ, eo ꝙ in ipso sunt nerui & venæ, ex quibus nutritur cerebrum. & ipse cõtinuatur cerebro in aliquibus locis. Et pãniculus grossus coniungitur craneo: & etiam cerebro coniungitur in aliquibus locis. Et hic panniculus fortis pforatus existit foraminibus multis in locis K duobus. Vnus locus est in latere foraminis extremitatis nasi, & nominatus est colatorium, & alter est prope os existens in palato. & istud similiter est perforatum & sub cerebro.

Et sub panniculo grosso est retis, quæ in Arabico nominat alagema, quæ est ex arterijs ascendentibus capput. Sed nuchæ spondylia ipsam cooperiunt, sicut os cranei cooperit cerebrum. & ipsa circundatur a duab⁹ pelliculis exeuntibus à duobus panniculis cerebri, & ex ipsa oritur neruus, qui ei coniungitur.

De forma oculorum. Cap. 17. L

FOrma oculi composita est ex septem tunicis & trib⁹ humorib⁹. Prima ipsarum est, quæ prope craneum moratur, & est tunica pannosa. & eius ortus est ex pãniculo grosso existente in cerebro, & nominat tunica fortis, & in Arabico nominata est aluocha alsalba. Et post ipsam versus partem exteriorem est altera tunica pannosa. & eius ortus ẽ ex panniculo subtili existente in cerebro. & nominatur secunda, vel secundina, & arabice almisslima. Et post istam est tunica retina. & ortus eius est ex anima musculi exeuntis M à cerebro, & est concauus. Et post istam in medio istius panniculi est corpus vnum molle & humidum, nominatũ humor vitreus, & in Arabico alzegia. Et I medio istius corporis est corpus vnum sphæricũ habens aliquã latitudinẽ similẽ grandini in claritate & albedine. & hæc humiditas nominat grandinosa: & est corpus profundatum in humiditate vitrea vsq; ad medietatem. Et post aliam humiditatẽ existentem versus partem exteriorem, saeris ab humidi-

A humiditate grandinosa est vnũ corpus simile telæ araneę. & illud est in vltimo clatitatis & tersionis: & nominatur tela aranea, & in Arabico haantebuthia. Et post istam versus partem exteriorẽ existit humiditas vna, similis albugini oui: & nominatur humor albugineus. Et ascendit supra istam humiditatẽ versus partem exteriorem corpus vnũ subtile aspertum, nominatũ in Arabico maciuaru, versus albuginẽ ex parte exteriori. & color eius variatur in corporibus: eo ꝙ alicubi ẽ valde nigrũ, B & alicui minus, & alicui est coloris calcedonij. Et in medio versus grandinosam est foramen vnum, quod qñq; dilatatur, & qñq; constringit, vice vna post aliã, secundum ꝙ conuenit humiditati grãdinosæ, qñ est habens lucem: qñ constringitur in magna luce, & dilatatur in parua. Et istud foramen nominatur oculi pupilla. & hæc tunica nominatur tunica pupillina. Et post istam est C operturа vna corporis vnius grossi, & fortis, & clari, scilicet coloris cœlestis, simile cœlo, factum ad modum cornu albi, & nominata est tunica cornea, & color eius existit ad modum eius tunicæ, quę existit sub ea.

Et ascẽdit supra istud, corpus vnũ valde album nominatũ coniunctiua: præter ꝙ non cooperit locum ingredinis oculi: & istud nominatur albedo oculi. Et eius ortus est ex pellicula, quæ ẽ versus os exterioris cranei. & ortus corneæ est ex tunica fortis. & ortus vuæ est ex secundina, & ortus araneæ est ex retina.

De forma Nasi. Cap. 18.

FOrma nasi sunt duę viæ diuidentes se in partes duas. Vna earum deriuatur ad extremitatem oris: & D alia ascendit desuper, donec iungatur ossi simili colatori, quod compositum est versus duas adeptiones anterioris partis cerebri similiũ capitibus mammillarum, & istæ viæ circundantur ex vna pellicula grossa, orta ex pellicula oris.

De forma Auris. Cap. 19.

VIa auris est in osse petroso: & ideo nominatur in lingua arabica agari. Et in ipso sunt viæ obliquæ multæ. & tendũt taliter per viã tortam, donec iungantur musculo quinto orto à cerebro, à quo oritur pellicula extensa supra os petrosum. Sed corpus chartilaginosum existẽs E exterius, est auricula nominatum, & istud est manifestum.

De forma Linguæ. Cap. 20.

LIngua est caro mollis & alba inuoluta venis multis & paruis, in quibus est sanguis. Et sunt venæ in ipsa, & arteriæ, & musculi in quantitate maiori vltra ꝙ suæ magnitudini videtur conuenire, & ipsa cooperitur pellicula oris. Et sub ista duo existunt orificia ingentia vsque ad carnem glandulosam ipsius, quæ est posita sub radice ipsius.

De extremitate Oris. Cap. 21.

EXtremitas oris tendit vsque ad F istas vias. Vna ex parte anteriori: & illa nominatur canna pulmonis. Et alia posita est post ipsam ex parte ceruicis supra spondylia colli: & hęc nominatur meri. & per istam transit cibus & potus. Sed per viam cannæ pulmonis transeunt spiritus, & intrant, & exeunt per viam anhelitus. Et positum est supra viã istam coopertorium vnum ad cooperiendum ipsam in hora deglutiendi, vt aliquid non possit subintrare de eo, qd deglutiẽ. quia si aliqd subintrat,

G incõtinenti pronocatur tussis. Et iã præparatum est in hoc loco instrumentum vnum, in quo est vox, versus orificiũ cãnæ pulmonis. & istud instrumentum est membrum nominatum epiglottum, & in arabico haugera. & ipsum est compositum ex tribus chartilaginibus compositione pulera conuenienti esse vocis. ideo vt sit ædificata & fabricata ex istis tribus chartilaginibus zampogna vna, vel fistula similis zampognæ fistulæ, ſ. & flaiboli. Et in concauitate istius zampognæ est corpus sisse linguæ fistulæ: & in istis locis H sũt lacerta multa, vel secreta multa.

De anatomia totius Ventris.

Cap. 22.

SCias q, concauitas totius ventris existentis sub osse tracheæ vsq; ad os lumbi diuisa est in duas magnas partes. Vna est superius cooperiens pulmonem & cor, & secunda est inferius cooperiẽs stomachum, & intestina, & hepar, & splen, & fel, & renes, & vuluam, & vesicam. Et diuiduntur istæ duæ concauitates mẽbro vno nominato diaphragma, & istud diaphragma ĩcipit à capite pectoris tendens per diametrum inferius ad vnumquodq; duorum laterum donec deriuetur. 12. spondyli nuchæ. & istud est diuidens inter superiora & inferiora. Demũ concauitas superior diuiditur ĩ partes duas, & illæ partes diuidũtur vno medio, quod transit per medium illarum partium, donec iungatur spondylibus nuchæ. Et hæc concauitas superior tota nominat pectus, & terminus ipsius est à superiori parte duorum tracheæ vsq; ad diaphragma, quod diuidit superiora ab inferioribus. & hæc est forma pectoris.

De anatomia Pulmonis, & canna eius. K

Cap. 23.

CAnna pulmonis incipit ab extremitate oris, sicut diximus. & qñ descendit sub trachea diuiditur in duas partes. & quælibet pars ipsius diuiditur in plurib⁹ partibus: & circa ipsas ædificata & fabricata est caro pulmonis. & iterum ędificata est ex omnibus istis cannis diuisis, & venis existentibus sub ipsis caro pulmonis. & caro ędificata & fabricata circa ipsas est corpus pulmonis. medietas vero pulmonis est in concauitate dextra, & medietas alia in cõcauitate sinistra. Et canna, ſ. ipsius pulL monis præparata est & cõposita ex chartilaginibus in forma annulorũ; sed non sunt annuli completi, eo q⁹ in quãtitate partis tertiæ annulorũ ipsorũ extremitatibus suis cõiungit⁹ pellicula vna tendens per viã rectã: & coniungunt⁹ isti annuli simul vilis & ligaturis multis. Sed isti annuli proprie sunt duri & chartilaginosi, & gibbositates istorũ annulorũ sunt versus partẽ exteriorem corporis, & possunt palpitari manibus, ſ. pellicula cõiungens annulos p viã rectam. Sed locus rectus ipsorũ coniunctus M est meri. Et hoc est, ac si imaginatus fueris in corde tuo fistulã vnã vnius cannæ. & tertia pars incisa sit in longitudinẽ, & partes duæ integræ remaneant, & pars tertia incisa in longitudinẽ coniuncta sit glutine cum charta vna cũ ambabus extremitatibus linea recta siue perpẽdiculari. & tandẽ intelliges cannã pulmonis per viã conuenientem & rectam.

De anatomia Cordis & forma eius.

Cap. 24.

FOrma cordis est rotunda ad modum pineæ, quæ in Arabico nominatur

A minatur semiara. sed est transuersa, eo q⁹ acuitas cordis existit versus inferiora corporis, & radix versus superiorẽ partẽ corporis. Et habet pelliculam vnã grossam circundantem ipsum: sed nõ coniungitur tota versus radicem. Et positũ est in medio pectoris: sed caput eius, ſ. acuitas tendit magis ad partẽ sinistram. Et arteria magna oritur ex ista parte, ſ. sinistra. & ideo apparet pulsus maior in ista parte. & propter hoc imaginãtur aliqui, q⁹ cor sit positum in ista parte. Et habet cor concauitates duas magnas, vnam ex parte dextra, aliam ex parte sinistra. Et versus B radicem suã est tes vna similis chartilagini: & ipsa est quasi fundamentum totius cordis. Et à concauitate dextra ad sinistrã sunt viæ. Et in cõcauitate dextra sunt orificia duo. Vnum ipsorũ est orificium venę cõiunctæ hepati, quæ oritur ab hepate secundum Gal. & à corde secũdum Arist. Et supra istud orificium sunt pelliculæ tres aperientes se, seu dilatantes in ora introitus sanguinis in ipsum, & demum clauditur clausione conuenienti. Et orificium secundum est orificium venæ coniungẽs C se ex ista cõcauitate in pulmonem, & est vena vna, quæ non pulsat, eo q⁹ tunicæ ipsius sunt grossæ ad similitudinem arterię, & istud orificium habet pelliculas aperientes se extrã, & *non intus ex aduerso pellicularũ alterius orificij. Et in cõcauitate partis sinistræ sunt duo orificia, vnum est orificium arteriæ magnæ, & habet pelliculas tres aperiẽtes se intrinsecus versus partem exteriorem. & sm est orificium arteriæ cõiungentis se in pulmone, & supra istud orificiũ est pellicula vna, aperiens se intus & extra. Et habet cor additiones D duas similes auribꝰ, vna ex parte dextra existit, & altera ĩ sinistra. Et pulmo est volatizans supra cor, & cor habet texturas multas variantes se in oppositione.

De forma Stomachi & Meri.

Cap. 25.

IAm diximꝰ q⁹ in extremitate oris sunt viæ duæ: vna est via animæ, scilicet aeris ad pulmonem: & secunda est via cibi & potus p meri. & hoc vocatur meri. Et istud compositũ est ex duabus tunicis. vna est extrinsecus & est carnosa, & textura ipsius tendit in latitudinem. & alia est in- E trinsecus, & est *neruosa, & textura ipsius tendit in longitudinem, & aliquid ipsius tendit per diametrum. & ipsum positum est in posteriori parte supra spondylia colli, & ipsum elongatur, & descendit inferius, donec transeat diaphragma, & ligatũ est spondylibꝰ & villis ipsum ligantibus. Et quando trãsit diaphragma dilatat, & fit ex ipso stomachus, & tendit aliquantulum versus partẽ sinistrã. & ideo dicitur q⁹ caput stomachi quiescit in parte sinistra, & fundum in parte dextra. imagina er- F go in corde tuo cucurbitam vnam rotundam habẽtem collum longũ, & cum ipsa iungatur collum aliud, & sic intelliges formã stomachi & meri, nisi q⁹ stomachus existit à latere versus deorsum aliquãtulum longus. & vnũ ex duobus capitibus ipsius stomachi superius ẽ meri, & inferius est principium intestinorũ, & nominat⁹ portanariũ, & in Arabico albeb. Et ipse, ſ. stomachus est ligatꝰ spondylibus, & ẽt cum aliquibus intestinoꝝ fortibus ligaturis sustinentibus ipsum. Et corpus stomachi cõ

* a.l. musculosa.

G positum est ex tribus tunicis, textura vnius tendit in ſlongitudinem, & alia vadit per diametrū, & illa est in trinſecus: & est illa tunica, idest* nernosa, & exterior est carnosa, & textura ipsius tendit in latitudinem.

* a.l. musculosa.

De forma Inteſtinorum. Cap. 26.

INteſtina composita ſunt ex duabus tunicis & habent texturā tendentem in latitudinē ſolum, & ſup tunicā interiorem adest viſcoſitas, nominata in Arabico laſuen. inueſtita ex ipſa inuiſcatione, ſiue viſcoſitate à natura. Et oſa inteſtina ſunt ſex: tria minuta, & ſunt ſuperiora, H & tria groſſa, & ſunt inferiora. Et principium minutorū est inteſtinū coniunctū fundo ſtomachi, nominatū duodenū. Et poſt ipſum est inteſtinum nominatū ieiunū. & iſta duo ſunt erecta in longitudine corporis, & orificia iſtorū coniunguntur in hepate plus aliis inteſtinis. Et poſt ieiunū est inteſtinum nominatum gracile: & ipſum reuoluitur reuolutionibus pluribus. & latitudo iſtorū trium inteſtinorū est ad modū vel ad quātitatē latitudinis portanarij. Et poſt iſta est inteſtinū nominatū orbū. & iſtud inteſtinum est latum I non habens tranſitū neciter, ſed iſte est ſiſculo vel marſupio. & quia non habet niſi vnū os, ideo per ipſum intrat, & exit quicquid intrat & exit: & ipſum est in parte dextra poſitū. Et poſt iſtud est inteſtinū nominatum colon. & incipit à parte dextra tendens per latitudinem ventris ad partē ſiniſtram. Et poſt iſtud est inteſtinum rectū. & iſtud inteſtinum rectū habet concauitatem amplam, in qua coadunantur fęces, ſicut vrina in veſica coadunatur. & ſuper orificium iſtius est lacertus vrinæ.

De forma Hepatis. Cap. 27. K

HEpar poſitum est in latere dextro coſtarum ſuperiorum ex coſtis ſuperioribus. Et forma ipſius est forma lunæ. & est habens concauitatem in parte lateris ſtomachi, & additamēta. & aliquibus inſunt quatuor, & aliquibus quinq;. & ipſum est cooperiens ſupra latus dextrum ſtomachum. Et gibboſitas ipſi* est verſus diaphragma. & est ligatum ligamentis coniungentibus ſe pelliculæ exiſtēti ſupra ipſum. Et oritur à cōcauitate ipſius hepatis canale vnū nominatū ianua hepatis. & forma ipſius est forma venæ, niſi quia est L non habens ſanguinem. & illud canale est diuiſum in partes: & illę partes ſunt partes multæ in quantitate multa. & veniūt ex ipſis, ſcilicet partibus partes multæ ad fundum ſtomachi, & ad inteſtinum nominatū duodenum. & multæ etiam partes ad inteſtinum veniunt ieiunum, & demum ad reſiduum aliorum inteſtinorum, donec iungantur inteſtino recto. Et iſtud canale, quod ē in porta hepatis, diuiditur etiā in partibus interioribus ipſius hepatis ad partes minutas, ſcilicet ad venas capillares ſimiles capillis. Et à pte gibboſitatis hepatis apparet vena māgna, à qua omnes venæ totius corporis exeunt, ſicut diximus in anatomia venarum. & radix ipſius venæ diuiditur ab hepate ad partes minutas ſimiles capillis, & obuiat in partes diuiſas à canali nominato porta. Et nutrimentum chymoſum intrat in hepate per ſuam ianuam. & in illis venis decoquitur, donec redeat ad ſanguinem, & demum exit per illam venam magnam exiſtentem in ſua gibboſitate.

De

A *De forma Splenis. Cap. 28.*

FOrma ſplenis est longa. Et poſitus est in parte ſiniſtra ligatus ligamentis coniungentibus pelliculæ exiſtentibus ſupra ipſum. & est continuatus ſtomacho ex vna parte, & ex alia parte coſtis poſterioribus. Et oriuntur ab ipſo conducta duo: vnum ex ipſis coniungitur ori ſtomachi, & aliud coniungitur in hepate verſus concauitatem.

De forma Fellis. Cap. 29.

FEl poſitū est in hepate, & habet vias duas: vna coniungitur in cō cauitate hepatis, & alia ramificatur, B & coniungitur inferioribus inteſtinis, & in fundo ſtomachi.

De forma, & anatomia Renum. Cap. 30.

DVo renes poſiti ſunt in latere duorū laterum ſpondilorum nuchę prope hepar, & ren dexter est in altiori loco rene ſiniſtro. Et vnūquodq; habet colla duo. vnum ipſorum coniungit in vena magna aſcēdente à gibboſitate hepatis, & aliud deſcēdit inferius, donec coniungat in veſica coniunctione mirabili & iſtæ duæ viæ, ſcilicet iſta duo colla, nominantur in Arabico alalbin.

C *De forma Veſicæ. Cap. 31.*

LOcus veſicæ est inter anū & vmbilicum, qui locus est nominatus in Arabico ana. † Et cōpoſita est ex duabus tunicis: & in orificio ſui est lacertus vnus. Et vrina venit à renibus ad ipſam per vias nominatas alhalbin. & iſtę duę vię tendūt per diametrū, & vadunt ēt per longum, donec trāſeant inſra in veſicā. & oritur ab ipſis corp* vnū ſiſe pelliculæ, quæ aperit veſicā, & claudit eam ex parte terū. & iſtud est ſine dubio, vt aliqd nō redeat de vrina ad renes.

† Veſica ē compoſita ex duabus tunicis. 3. Rha. 19. ver. 6. 2. per hoc ſine dubio ſequitur li. 3. Alme. 3. tertij.

De anatomia Myrach, & Zirbi. D *Cap. 32.*

MYrach, quod etiā in Arabico nominat Mirach, habet ſub lacerto exiſtente in veſtito ſub ventre pelliculā vnā, & est plana. & poſt iſtā est coopertorū, & poſt ſunt inteſtina. Et iuuamentū iſtius pelliculæ est ad obuiādum, ne inteſtina ſimul commiſceant, ſicut fit in ægritudine in Arabico noīata ſachot. Et iuuamentū coopertorij est ad ca leſaciendum inteſtina. & de iſtis ero locutus largius in libro Sanitatis.

De anatomia Veretri, & Teſticulorum. Cap. 33. E

ORitur ex oſſe vmbilicali corp* neruoſum, muſculoſum, amplum, & multarū concauitatum. & ſunt ſub ipſo arteriæ multę & latæ, vltra id, quod cōueniret ſuæ magnitudini. & iſtud corp* est veretrum. Et oriunt à pellicula viæ duæ nominatæ in Arabico albarbach, & demū ramificant & generatur ex ipſis pellicula, ſ. burſa teſticulorum, & etiam teſticuli. & veniūt à latere interiori ex parte venarū inferiorū rami habentes involutiōes & ligamēta multa, & circundantur carne glandulosa alba. Et habent teſticuli vias duas F venientes ab ipſis ad veretrum.

De anatomia Mammillarum. Cap. 34.

MAmmilla est compoſita ex arterijs, venis, & muſculis: & est repleta carne glandulosa alba. & iſtę arteriæ & venæ diuiſæ ſunt in mammillis i partes multas minutas, & reuoluuntur, & torquentur reuolutionibus, & tortionibus multis.

De anatomia Vulvæ. Cap. 35.

VVlua poſita est inter veſicā & inteſtinum rectum: ſed est ſuperās veſicā ex pte ſupiori, & ligata

G est ligaturis lenibus: & ipsę sunt musculosæ, vt de facili possint extẽdi, & dilatari, & coadunari, & constringi. Et habet cameras duas iungentes in vno orificio. & quælibet istarũ camerarũ habet loca cõcaua, & nominata sunt in Arabico aluech. & ista sunt orificia venarũ, vnde sanguis menstruus trãsit in vuluã. Et post illas, s. duas cameras sunt additiones, quæ testiculi duo mulieris dicunt, & sunt minores testiculis virorum. Et id, quod superat ex vulua, durat vsq; ad orificiũ ipsius, quod nominatũ est in Arabico fereg. habet ad-
H ditamenta prohibentia ipsum à frigore. Et orificiũ vuluæ virginis est crispũ, & ex crispitudine illa oriunt venæ minutæ habentes pelliculam vnã cõtextam duabus texturis: vna tendit in longitudinẽ, & illa est minor, & altera vadit in latitudinem. Et quantitas huius anatomiæ membrorum sufficiat hic. & si aliqui volunt plus addere, addant.

AVERROIS COLLIGET

LIBER SECVNDVS.

I

SVMMA LIBRI.

De Sanitate.

De Sanitate, & de Complexione, atque Compositione membrorum in vniuersali. Cap. 1.

Definitio Sanitatis.

SAnitas est bona dispositio in membris corporis humani, cũ qua ipsum operatur operationẽ, quam habet agere per sui naturã, & patitur passionẽ, quam habet pati. Et ista definitio ẽ ex definitionibus p se notis. K Et ideo, quia membrorum, fm q̃ testificatur sensus, sunt duæ spẽs, consimilis, & officialis: debemus intelligere in vnaquaq; specie ipsorũ quid ipsa est, & ponere dr̃ias earum, & postea debemus enarrare quę est actio & passio, quæ appropriat̃ vnicuiq; membro. & q̃n nos faciemus istud, tunc cognoscemus quid ẽ sanitas vera cognitione. Et incipimus loqui sup corpus consimilium partiũ. Et dicimus q̃ via in cognitione rei, cũ qua operatur membrum consimile suas operationes, & patiẽt suas passiones, est via, per quã nos possum⁹ certificari in radicibus istius scientiæ: postq̃ nos reperimus hæc verba declarata in Naturali philosophia, s. q̃ oña corpora similiũ partiũ, inquantum sunt similiũ partium, sunt composita ex quatuor elementis, scilicet ex igne, aere, terra, & aqua. Et est declaratũ in libro Generationis & Corruptionis, q̃ via generationis nõ est nisi ex parte temperãtiæ cõmixtionis, & complexionis. Et in Quarto Meteororum est declaratũ, q̃ complexio & commixtio nõ fit nisi per modum decoctionis, quæ decoctio non fit nisi p calorem. & q̃ dr̃ia quę reperiẽ in istis corporibus consimilibus nõ euenit nisi fm dr̃iam, & mensuram seu temperantiã calidi, frigidi, humidi, & sicci, & fm q̃ inueniẽ in eis alia forma temperantiæ. & est determinatum ibi, q̃ formę eorum non sunt aliud q̃ formæ temperantiæ complexionalis, & q̃ accidentia, quæ sunt propria in vnaquaq; specie ipsorum, non sunt stantia per se, sed sunt sequentia formas complexionales. Et hæc est narratio, q̃ erat multum necessaria anticipare hic: & sunt

A sunt verba, quæ sunt declarata ĩ Naturali philosophia per demonstrationes proprias & ordinatas. Et q̃n Medici studẽt tractare de istis rebus in huiusmodi arte, eorũ verba non sunt super ista nec propria, nec ordinata, eo q̃ studẽt attribuere res vniuersales entibus particularibus. & ideo eorum dicta nõ sunt ꝓpria, & non sunt super viam, quam intendunt probare. & tunc cadunt in re, quam creduntadducere per demõstrationem. Et ista res accidit Galeno in libro de Complexione, s. q̃ doctrina eius in illo libro non incedit
B fm doctrinam, quam fecit in libro de Elementis per viam demonstratiuam. & ista verba erunt multũ levia apud illum, qui studuerit in Logica etiam paruo tẽpore. Et modo volumus reuerti ad ordinem verborum nostrorũ. & dicimus q̃ istę res, q̃n erunt secundum modũ quẽ diximus, tũc erit intellectum, q̃ res, quã diximus, q̃ membrũ consimile agit cum ea actionẽ suam, aut passionẽ suam patitur, non est alia res q̃ forma complexionalis, quæ prouenit à mensura commixtionis quatuor
C elementorum. Et q̃n res miscibiles non inueniuntur in mixto nisi duobus modis. Vnus est, vt mẽsuræ sint æquales: & ista mixtio vocatur mixtio æqualis, comparando ipsam extremitatibus, eo q̃ est in medio eaꝝ non declinans. Secundus est, vt non sint in æqualibus mensuris. & ista et inæqualitas est multis modis. & fm istam inæqualitatem sunt diuersificatæ, & inæquales factæ complexiones specierum. Sed dabimus pro exemplo huius, q̃ sicut complexio equi est diuersa à complexione hominis, ideo quia mensuræ elementorum sunt mixtæ in eo sup latitudinem diuersam commixtionis mẽsurarum earũ in homine. Et ideo, q̃ illa forma complexionalis, q̃ est propria in vnaquaq; specie, inueniẽ in ipsa eadem specie in æqualitate & distemperantia media inter multũ & parum, & etiã habet latitudinẽ, quæ recipit plus & minus intra extremitates, quæ tẽperantia & æqualitas non exit de eis, nisi q̃n eorum pitur forma specifica earum, necesse est ex hoc, q̃ vna & eadem cõplexio specialis sit æqualis & exiens ab æqualitate. Et istud est aut in vna quatuor qualitatum, aut in duabus, quarum possibilis est cõpositio adinuicem, s. actiuarum & passiuarũ, quarum vna non contradicit alteri, s. calida & humida, frigida & sicca, aut calida & sicca, frigida & humida. ergo complexiones consimiliũ partium sunt de necessitate nouem, s. æqualis calida, frigida, sicca, & humida, aut calida & humida, aut calida & sicca, aut frigida & humida, aut calida & sicca. Sed si inueniuntur istæ nouem in corpore hominis in fine simĩlanti fini extremitatis esshominum in mensura qualitatũ, istud non posset esse, si non esset possibile
F inuenire corpus consimilium partium, in quo mensurę elementorũ essent æquales penitus in quantitate. & viæ speculationis multũ necessariæ sunt hic. Tamen apparet, q̃ est impossibile esse hoc in quantitate partium eorum, s. in grauitate & leuitate. ideo dominans super corpora partium cõsimilium est aqua & terra: ideo habent coagulationem & firmitudinem. & qualitates, quæ faciunt ipsa firmari & compleri, sũt illæ, quæ faciunt coctionem & digestionem.

Vide Gal. 1. comple. E xio. c. 2. 3. & 8.

Contra Gal.

Idẽ. 4. meteorum cõ. mag. & 29. & 2. Cœ. 7. & 2. de Gener. 45.

G stionem. & ideo est appropriatum
*al. nisi. *generabile dominationi partis agentis & calidæ, & patientis humidæ, cum quibus fit mixtio & coctio. Et totum hoc est declaratum in 4. Meteororum, & ab illis regulis est probatum, ꝙ cõplexiones non sunt nisi quinque solũ: vna scilicet æqualis, & quatuor inæquales. & ꝙ est impossibile duo corpora inuenire, quę sint communia in caliditate, quòd vnum sit ficcius alio, sicut opinatur Galenus in puero & iuuene. & iam declarauimus istud in alio loco meCõ mag. lius. Et scias in summa ꝙ mensuræ duarum qualitatum actiuarum sumuntur à mensuris duarum qualitatum passiuarum, eo ꝙ formæ propriæ habent materias proprias sub eis. Et nos videmus, si nos exiremus ab intentione publica multitudinis Medicorum, esset difficile intellige re. & ideo nos loquimur de hoc nimis. Et adhuc error, qui accideret ex hoc, in hac arte est multum parIdē 3. c. 4. sed 7. hº. c. 25. cũ do concedit eas. uus. & ideo non facimus hic nouũ
H præceptum. Et etiam error, quem diximus de temperata complexione, est paruus. Et ideo dicim*, quòd est verum verbũ Galeni de eo, quod dixit de cute volæ manus. & magis in ista pala vel palma apud Arabes, & sonat pro extrema parte palmæ versus digitos palmæ. & plus in ista, quæ est super partem, quæ vocatur formiculata. Et quando erit totum hoc, quod narrauimus, tunc res, cũ qua operantur partes cõsimiles suas actiones, aut patiuntur suas passiones, est de necessitate vna istarum nouem complexionũ, siue sint partes consimiles alijs, siue non. Et ideo necessarium est scire naturalem cõplexionem de istis nouem comple-
1. comple xio. 9. & 2. tra. 7. c. 13. &. 1. theoricæ. c. 7. & vide 2. d alia 113. & ꝑtã pn. doct. 3. c. 1.

xionibus cuiuslibet membrorũ, ꝙ il I la complexio est temperata, comparando ipsam actioni mebri, aut passioni eius. Et ista tẽperantia est illa, quæ est dicta temperantia specialis speciei. & ipsa est illa cõplexio, quã oportet conseruari in hac arte, aut restaurari. Et quando stabimus super complexionẽ cuiuslibet membrorum consimiliũ, tunc stabimus super complexionem membrorum compositorum ex ipsis. & quandoque plus: ideo ꝙ complexio, quæ dã est, quæ appropriatur membro ossi ciali inquãtum est officiale, & quædam est appropriata ei inquantum L est consimilium partiũ, non ex parte vnde est officiale. Et quando nos stabimus ex hac parte super complexionem cuiuslibet membri mẽbrorum officialiũ, tunc poterimus stare super complexionẽ tẽperatã appropriatam toti corpori: ideo ꝙ cõplexionem nos non appropriamus, nisi in hoc, ꝙ est inuenta membris officialibus, ex quibus est compositum, & ex membris officialibus, & ex parte consimilium. Et est necesse vt scias in primis ꝙ ex mẽbris vel corporibus quædam sunt composita ex elementis prima compositione, & quædã sunt composita mediãte prima compositione. & membra consimilia, quæ sunt partes aĩalis, sunt huiusmodi speciei: ideo quia non generãtur nisi ex sanguine solũmodo, & sanguis generatur ex cibis & potibus. Et scias ꝙ sperma nõ est ex rebus, quæ sunt pars membri, aut simplex, aut aliquod aliud membrorũ, sicut declaratum est in Naturali philosophia. & ego faciã longio rẽ sermonem in tractatu de iuuamẽto membrorũ. Nec etiã melancholia,

A lia, cholera, & phlegma sunt elementa membrorũ consimiliũ per viam, secundũ quam est sanguis. Ideo ꝙ res, quæ generantur plus q̃ ex vna re, non cõplentur, nisi quando miscentur illæ res adinuicem, & faciũt vnum corpus. sicut est squinzibin, quod fit ex commixtione mellis cũ aceto & aqua, quorũ quodlibet stabat per se in actu, & in vulua non inueniuntur melancholia nec cholera in actu, quæ misceantur cum sanguine, ad hoc vt sint postea pars mẽbri. sed cholera & melancholia sunt in corpore hominis ex certis iuuaB mentis, quæ nos festinamus declarare. Sed phlegma est materia remota: ideo ꝙ ex ipso non generantur membra, nisi quando fit sanguis. Et duæ choleræ non sunt materiæ mẽbri nec ꝓpinquæ, nec remotæ, ideo quia est impossibile ipsas conuerti in sanguinem. sed ipsæ sunt in eo in potentia: quia quando corrũpitur, multoties conuertitur ad eas. Et nõ fecit eos errare in hoc, nisi locus cõsequentis: ideo ꝙ viderunt, ꝙ ea nta non inueniuntur in cõposito ex eis nisi in potentia, cùm dixerunt hoc'.
C Sed & non conuertitur, ꝙ res, quæ inuenitur in alia re in potentia, sit eius elementũ: sed sanguis est materia transibilis, vel mutabilis ad aliã rẽ per accidens, non sicut est materia cibus istorum per accidens: sed si cut vita est materia mortis. Et ideo non dicitur ꝙ fex & spuma sit elementũ vini: sed dicitur ꝙ vinũ est completũ existent: b* separatis istis ab eo: ideo quia sunt eius superfluitates separatæ ab eo, quando digeritur, ita sunt veræ duę choleræ cũ sanguine, eo quòd quodlibet generabile habet aliquam superfluitatem, quæ separatur ab ipso tempore di- D gestionis.

De complexionibus membrorum Consimilium. Cap. 2.

ET postquã est declaratũ istud, reuertemur ad ordinẽ nostrum ad enarrandũ complexionem quorumlibet membrorũ consimiliũ, & ab illo procedem* ad cognitionem eorũ actionum, & passionum. Et dicamus ꝙ ossa apparent ex suo esse, ꝙ frigiditas & siccitas dominatur super ea: & similiter chartilagines, & pili, & chordæ, & ligamenta. & nerui, & venæ, & panniculi: eo ꝙ calor ea coxit, & frigiditas congelauit: & E ideo mollificat ea calor, aut dissoluit. Et ista qualitas est in vno eorũ plus q̃ in alio. Et videtur ꝙ siccior omnibus sit pilus: post illum os, & Ordo, quẽ sequit' Auí. prima primæ. 2. post illud chartilago, & post ligamẽtum, & post illud panniculus, & post illum venæ, & post illas sunt venæ pulsatiles, & post illas neru*, vel musculus. Sed superfluitas frigiditatis eorum est ista, ꝙ pilus est frigidior omnibus, & post illum ossa, & post illa chartilago, & post illam ligamẽtum, & post illud panniculus, & post illum lacertus, & post illum venæ pulsatiles, & non pulsatiles. Et ista F membra frigida & sicca non appropriantur frigiditati nisi propter hoc ꝙ frigiditas est illa, quæ complet ea, & dominatur in eis: non ꝙ ipsa sint priuata calore, sicut ipsa sunt appropriata siccitati, ideo ꝙ siccitas est illa, quæ complet ea, & dominatur in eis: non ꝙ sint priuata humiditate, quia mixtio & digestio stant super humiditatẽ, & calor qui est in istis in specie specierũ accidẽtis. Sed mẽbra, super quæ dominatur calor & humor, sunt caro, sanguis, & spirit*.

Sed

G Sed calidius omnibus est spiritus, & post illum est sanguis, & post illum caro. Et per istam eandem viam incedunt humiditates: ideo q̄ spiritus est de genere aeris, & aer est humidior aqua, sicut declaratū est in Naturali philosophia. Sed inter membra frigida & humida in primis est adeps, & post illum est pinguedo, & post illam cerebrum, s. substātia medullaris, & humiditates incedunt secundū hanc viam. Et hic est pelag⁹, in quo aliquis multum haberet nauigare, si tēpus adesset. & in alijs nostris libris iam locuti sum⁹ prolixe.

H Sed multum recordare, & caue ne obliuiscaris quod dictum est supra, s. q̄ de necessitate est, q̄ sint gradus virtutum actiuarū super vnā & eādem complexionem fm comparationem graduum virtutū passiuarū & non intendas post consiliū ignoratum in hoc. & conueniens est Medico recipere cōplexionem istorum membrorum à Naturali.

De complexionibus membrorum Officialium. Cap. 3.

ET nunc incipiem⁹ à complexione membrorū officialium, post quam diximus de complexione cōI similium. Et dicim⁹ q̄ cor, postquā est compositum ex panniculis & ligamentis & neruis, est de necessitate calidum propter multum spiritū existentem in eo, & propter sanguinem existentem in eo, & etiam propter partem carnosam quam habet, & stat in corpore ad similitudinem vnius clibani ignis in domo. Sed si est siccum, sicut dicunt Medici, aut temperatum, aut declinans ad humiditatem, hoc est speculandū. Sed mihi videtur q̄ est declinans ad humiditatem propter spiritum existētem in eo. Sed illud, quod videtur ex hepate ex sua essentia, est q̄ sit calidum & humidū: propterea q̄ maior pars suarum partium est carnosa, sanguinea, & etiam ad ipsum trāsmittūtur multæ arteriæ. Et hic multa sunt inquirenda. & quia Medico non pertinent, ideo dimittamus. Et cerebrum est frigidum: ideo q̄ maior pars suarum partiū est substātia medullaris, & neruosa, & sifishuic. Et natura medullæ, quæ est in ipso, est diuersa à natura medullæ, quæ ē in ossibus quia tu vides, q̄ nō est in eo pars pīguosa, aut vnctuosa. & qū coquitur ad ignem, ingrossatur & L deficcatur: ideo q̄ pars aquosa, quæ est in eo, resoluitur propter caloré, & remanet pars terrestris.

Et quemadmodum diximus de cerebro, eodem modo diximus de nucha. Sed splen, & renes ipsa ēt sunt de membris calidis & humidis: quāuis renes sint in hoc sub splene ī gradu ꝓpter grossitiem sanguinis, qui stat in splene, sicut splen est in hoc gradu satis inferior hepate.

De Complexione temperata, & de distemperatis totius corporis. Cap. 4.

ET postquam est declaratum in M complexione mēbrorū officialium & consimilium, ab isto possumus cognoscere quid est temperata complexio totius corporis. Quod si inueniuntur ista membra proportionata super istas complexiones, ipsum est temperatæ complexionis penitus. & inueniuntur in eo istæ proprietates, & illa signa, quæ dicit Galenus q̄ inueniuntur in temperata complexione. Et manifestum est, q̄ ista temperantia non dicitur nisi in comparatione omnium partium totius corporis: ideo quia ī possibile est

A est istis membris consimilibus ex eū tibus eis a sua complexione naturali, aut in vna quantitate, aut in pluribus, q̄ nō superueniat permutatio, aut corruptio per istum exitum. Et iste exitus habet multas causas, aut propter clima, aut pp materiam, aut pp agens, aut propter mutationem quatuor ætatum, eo q̄ puer est calidus & humidus, & iuuenis calidus & siccus, & senex est frigidus & siccus. & hoc manifestum est ex corū operationibus, & ex propinquitate & lōgitudine generationis. & ēt masculi complexio est calidior & siccior cōplexione fœminæ. & hoc manifestū est ex operationibus eorū. Et aliqū permutātur complexiones pp exercitia, & propter cibos, & propter omnia extrinseca. Et sicut potest eē ista permutatio in consimilibus, ita potest esse in officialibus. Et post hoc in totalitate totius corporis concordantibus nobis ipsa omnia adinuicem. Et postquam est possibile eē hoc, & etiam ostensum q̄ exitus cōplexionum exeūt ad octo spēs apud Medicos: tunc res, pp quas operatur membrū suas actiones, & patit suas passiones, aut totū corpus, sunt nouem species apud Medicum, vna tēperata, & illa ē naturalis, & octo sūt distemperatæ, eo q̄ corpus, cui dnāt caliditas in mēbris & siccitas, appropriat caliditati & siccitati, & sic in reliquis speciebus. Et hoc modo intelligē, q̄ species complexionis sanitatis sunt nouē. Et temperata communicat cum ambabus spēb⁹ mēbroꝝ: saluo q̄ ipsa est in simplicib⁹ primo in substantia, & in compositis secundario & per accidens. Et ideo, quia Medici appropriant complexiones distēperatas qualitati actiuæ & passiuæ, conueniens est appropriate cō D plexionem totius corporis istis duabus qualitatibus solū. & pp hoc sunt fm rationem complexiones distemperatæ solum quatuor. Cōplexiones distemperatæ sunt tm quatuor. Idē supra. c. 1.

De Sanitate membrorum officialium, & eius speciebus. Cap. 5.

ET postquam est declarata sanitas consimilium partiū pp earū complexionem temperatam, quam habent propriā, & in substantia conseruatam, & per accidens mēbrorū officialium & totiꝰ corporis: modo redeamus ad declarandum sanitatē mēbri officialis substantialiter, inq̄tum est officiale, & spēcius. Et dicimus, q̄ mēbra officialia, ideo quia sunt composita, apparet ex eorū esse q̄ nō operantur suas actiones, & patiuntur suas passiones, nisi qū sunt in sua qualitate, & in qualitate quātitatis, inquantum ipsa est quātitas, & in positione sua fm modū naturalē, & in continuatione partium suarū, & in contiguatione terminorū eorum in coniunctione sua, & separatione, & in qualitate coniunctionis & separationis eorum, & sitꝰ eorum, & ordinationis. Et quidā sunt, qui opinantur q̄ istud interet in genere positionis. sed si vocat positio, hoc non est nisi pp æquiuocationē. Sed qualitas eorū est, q̄ sit forma eorum naturalis, & q̄ concauitates eorū, & viæ sint fm formam naturalē in eorum largitate & strictura, & q̄ sint eorum superficies in lenitate & asperitate fm modum naturalem.

Sed quantitas est in tempore, quādo inuenitur harum partiū numerus naturalis, & eodem modo in suis mensuris. Sed modus eorum in cōiunctione est etiam modus ille naturalis, sicut cōiunctio partis membri officiali

officialis, pars parti, & separatio eorum pars à parte. & qualitas coniunctionis, & separationis intrat in hoc.

Et continuatio, & contiguatio, & terminatio, & separatio, & coniunctio manifesta sunt. Sed cõtinuatio plus conuenit in membro consimili q̃ in officiali. & paruum & magnũ sunt in genere mensuræ: & sunt appropriata quantitati continuæ, sicut sunt satis, vel multum & parum appropriata quantitati discretæ: quãuis mẽsura in hoc ꝙ appropriatur, sit conuenientius appropriare eam membro consimili q̃ officiali: ideo quia officiale non est super mensuram suam naturalem, nisi quando est quodlibet consimilium, ex quibus est compositum super mensurã suam naturalem. Sed positio naturalis, quæ est in membro, hoc est vt sint eorum partes oppositæ mẽbris manifestis, sicut consuetudo est mẽbri positi. & istud erit locus mẽbri naturalis in corpore, sicut est hepatis & stomachi. & sic in alijs est intelligendum. & ita est mod⁹ iste in positione partis membri in seipso, pars parti. Sed quod diximus, ꝙ erit modus ipsius ex communicatione eorũ partium suis partibus, est modus naturalis, hoc exitit in * positione prima, quæ generalis est omnibus mẽbris corporis, sicut est communicatio omnium mẽbrorum principalium, eo ꝙ non complerentur eorũ operationes, nisi cum eis. & etiam hoc est inuentũ in membro cũ mẽbro, sicut communicatio stomachi cum cerebro in operatione sua, quæ est appetitus. Et sicut est in partibus vnius & eiusdem membri officialis cum parte, quæ dominatur plus in operatione illius rei, sicut est cõmunicatio omnium partium oculi ad crystallinam humiditatẽ. Sed sunt * gradus coniunctionis, & separationis, & eorum qualitatum. quoniam sunt ex membris, quę separata sunt absque ligaturis, sicut sunt digiti. Et eorum sunt, quæ associantur ligaturis vel adeptionibus, quorum partes intrant partes. & eorum sunt, quorum coniunctiones sunt nodatiles. & hoc modo potest esse ꝙ mouetur membrũ, quod est pars coniunctionis ipsius situs. Sicut est planta manus, quæ est pars coniunctionis brachij, quod est nominatum in Arabico scahat. & ipsa planta coniuncta est ligaturis & adeptionibus, & cum hoc est coniunctio nodatilis. Istæ sunt species dispositionum, quæ q̃ sunt in membris officialibus, tũc habent agere suas actiones naturales, & pati suas passiones, siue illas, quas habent ab * vtilitate, siue illas, quas habent a nobilitate. Et a capitulis anatomiæ, quæ ordinata sunt p̃ multos alios authores, poteris scire istas res prolixius. & propter hoc non est mea intentio prolongare me in eis. Et si tu vidisti libros Galeni, & libros aliorum Medicorum, qui sunt secundum suam opinionem, & vidisti istum, tunc cognosces ꝙ illud, quod diximus in diuisione specierũ sanitatis, est multũ melius, & verius q̃ illud, quod dixit homo quem scis. Et istud melius non poteris cognoscere, si tu non studueris in Naturalibus scientijs: quoniam oportet ꝙ tu teneas de via Philosophorum aliquantulum plus quam de via Medici, & ꝙ iste liber nõ est factus p̃ illo, qui incipit tantũmõ legere.

De

De *Sanitate aliqualiter in membris consimilibus.* Cap. 6.

ET modo incipimus dicere: ideo ꝙ inuenimus de complexionibus sanitatis appropriatis membris consimilibus, quæ sunt in fine temperantiæ secundũ se, & quasdam, q̃ exeunt à temperantia, sed exitu, per quem non prouenit læsio sensibilis in actione, aut in passione. & similiter est in membris officialibus. & tũc inuenimus ibi qualitatẽ tẽperatã, & q̃titatẽ tẽperatã. & positionẽ tẽperatã, & cõiugationem tẽperatã. Et ista est bona dispositio, super quam vifus fuit Galenus demonstrare in tractatu habitudinis bonæ. & qui eam voluerit addere in isto libro, nõ reputo malum. Ideo species sanitatũ, quæ sunt in officialibus membris, sunt apud Medicos octo, quatuor temperatæ, & quatuor distemperatæ, aut augmentatæ. Sed quintum genus specierum vel generũ dispositionum, quidam sunt, qui opinant, ꝙ est vnum, in quo cõmunicant mẽbra consimilia & officialia, & illa est forma coniunctionis nostræ. Ideo quia coniunctio est duobus modis, sicut scis, vna est coniunctio nodatilis, alia est coniunctio vera. & vera est appropriata magis consimili, & alia plus officiali. Sed cõiunctio vera illa est consimilium, & debet numerari in habitudine sanitatis eorũ.

A modo declarauimus omnes spẽs habitudinum sanitatum membrorum consimilium & officialium, cõmunes siue proprias. & declaratum est in omnibus per quem modum est eorum communicatio. Et necesse fuit illi declarationi: ideo ꝙ operatio complexionis temperatæ mẽbri officialis non est vna & eadem operatio cum illa cõsimilium: ideo quia est consimilibus propria & in substantia, & officialibus secundaria & per accidens. & alij Medici non subtilitati fuerunt in faciendo hanc diuisionem.

De *Actionibus, & Passionibus, & de Virtutibus membrorum.* Cap. 7.

MOdo volumus tractare de actionibus, & passionibus proprijs in quolibet membro. & istæ intẽtiones & cognitiones sanitatis stãt loco causarum finalium. & illæ, de quibus hactenus locuti sumus, stant loco causarum formalium & materialium. & hic est ponẽdum vnum principium naturale. Et dicimus iam esse ostensum in Naturali philosophia, quòd quodlibet corpus est compositum ex materia & forma, & quòd materia non est inuenta, nisi propter formam. & propter hoc collectum ex materia & forma, scilicet ens naturale, non est nisi propter operationes suas proprias in ipso. Ideo dicit Aristoteles, ꝙ natura non facit aliquid in vanum. Et similiter inuenitur istud in rebus artificialibus. verbi gratia, quia ligna nauis non sunt inuenta, nisi propter formam nauis, & figuram suam, & est inuentum collectum ex his ambobus propter operationem nauis, scilicet nauigare in aqua. ergo de necessitate est inuenire in mẽbris hominis rem, quæ sit etiam hoc modo scilicet ꝙ sit in eis res stans loco materiæ, & res stãs loco formæ, & res tertia factio & passio, quæ res ipsa erit finis collecti eorum. Et hic est necesse inquirere ĩ primis, quæ sit illa res in mẽbris, quæ stãt loco formæ, & ꝙ loco materiæ, & postea veniem⁹ ad

de-

G declarandū actionem, & passionem cuiuslibet eorū. Et dicimus ꝙ membra consimilia apparent vt in pluribus eorū ꝙ sint loco materiæ compositi. quia ossa manuū, & ligamenta, & chordæ, & nerui, & caro, & cutis apparent ex eorum esse ꝙ nō sint inuenta, nisi propter formā manus. & forma manus, quæ est composita ex illis, non est inuenta nisi propter actiones & passiones, quibus ipsa appropriatur, ſ. ꝙ manus nō posset extendi, nec cōtrahi, nec colligere, nec facere alias suas operationes nisi ꝓpter hoc, ꝙ est composita. Et quā-

H uis mēbra consimilia non sint inuēta nisi pp cōpōsita, tū habent quodlib et eorum per se operationem ꝓpriā, quæ manifestatur plus in compōsito, ſ. ꝙ manus non haberet firmitudinem ad sustentandū res, nisi propter ossa: & nō haberet posse plicare se, nisi ꝓpter carnem, & ꝓpter neruos, & alia similia. Ergo postquā diximus ꝙ mēbra consimilia non sunt inuenta nisi pp compōsita, necesse é nobis videre, si hic est aliqua res, pp quam sit inuentū compōsitū & collectū ex eo, cum qua complea tur operatio compositi. Et dicim⁹,

I ꝙ actiones, & passiones naturales mēbrorum non fiunt nisi propter calorē innatū in ipsis præter calorē complexionalem, qui est in mēbris consimilibus. Et hoc est demōstratū per scientiam demonstratiuam, & cognitū per experientiam anatomiæ, ꝙ ſ. inuenitur in corde vnum corpus vaporosum calidum in fine, quod mittitur ab eo ad omnia mēbra per viā arteriarum. & ita opinatur ꝙ sit in cerebro. Et postquam sic est, & coniunctū huic, ꝙ omnes actiones & passiones non fiunt nisi per calorē intrinsecum, sicut est declaratū in Naturali philosophia, & declarabitur adhuc in isto lib. ergo membra non faciunt suas operationes nisi cū formis eorum compositionalibus, & cū eo quod accidit eis de isto calore. & coniunctū in membro de istis duobus caloribus supradictis, istud est sua forma, cum qua agit, & patitur. Et ab hinc potes cognoscere dominationem cordis super omnia alia membra: quia tu vides ꝙ ipsum sufficiēs est ex se, & alia indigent eo. Et similiter cerebrum est in hunc modū super mēbra, in

L quibus dominatur. ergo mēbra sim plicia non fuerunt inuenta nisi propter composita, & composita sunt inuenta propter istū calorē, qui est missus à corde, & iste calor stat in eis loco formæ. & per istam collectionē fiunt actiones & passiones, quę sunt propriæ in quolibet membro. Sed si sufficit iste calor in faciendo hoc, aut sine hoc est alia virtus stans isti calori loco formæ, ista non est res quam Medic⁹ habeat inquirere, sed dimissa nobis. Et dicemus breuiter ꝙ hic sunt aliæ virtutes præter formas complexionales, quę vocantur

M animæ. Et istud est conueniens anticipare in paucis verbis, antequā tractemus de actionibus & passionib⁹ cuiuslibet mēbrorū, & narrare quot sunt illæ ſpēs, & postea reuertamur ad inquirendū rem, cui appropriaē quodlibet mēbrorum, & istud erit, qñ cognouerimus in primis virtutes, à quibus veniunt operationes.

Et scias ꝙ genera operationū sunt notiora quo ad nos q̄ virtutes, & virtutes apud naturā notiores. Et ideo dicimus, ꝙ Physici & Medici, quādo speculant in operationibus, & dicēt quod

A ꝙ virtutes, quę sunt in homine, sunt tres, aut virtus naturalis, aut vitalis, aut aīalis. Virtutes naturales apud eos sunt, cū quibus fit nutrimentū, augmentū, & generatio. Et virtutes vitales apud eos sunt virtutes pulsatiles, quæ sunt in corde, & habent dilatare & constringere, inspirādo & respirādo. & virtus motiua quæ est in corde, quæ vocat electiua, per quam mouet animal ad appetendum rem vel fugiendū ab ea. Et virtutes animales apud eos sunt quinq; virtutes sensuum, ſ. tactus, & gustus, & odoratus, & auditus, & visus, & etiā virtus

B motiua in loco, & virtus imaginatiua, & çstimatiua, & cogitatiua, & cō seruatiua, & reminiscibilis. Et ista est diuisio, qua vſi sunt Medici in diuidendo virtutes aīæ. & quāuis nō sit conueniens, parū tibi pōt nocere in hac arte. Sed cōueniens oīno est illa, quæ fit fm motū naturalem. ideo ꝙ manifestum est ꝙ istæ operationes nō possūt appropriari quatuor qualitatibus solum, sed ēt virtutibus additis sup eas, quæ vocantur animæ. Et postq̄ inuestigati sunt super istas operationes, quæ vocantur animæ,

C dicunt ꝙ quędam sunt operationes quæ appropriantur plantæ, quæ hēt tres virtutes supradictas, scilicet nutritiuam: & post illam, crescitiuam, & ista est finis nutritiuę: & post illā: generatiuā, & ista est, quasi finis crescitiuæ. Et est declaratum ibi ꝙ ipsæ sunt animæ: ideo quia sunt organicę, & quia non sunt virtutes naturales. ꝙ si ipsi nō appellauerunt eas naturales, nisi largo modo, istud esset veritas, si ipsi crederent ꝙ ipsa esset anima fm relationem, aut fm operationem. Sed si ipsi credunt ꝙ ipsa in sui essentia sit virtus propria solum, istud est error. & significat sup

D opinionem eorū ꝙ ita est, quia nos videmus ꝙ Gal. in vno suorū librorum assimilat ipsam adamanti, & venit ad diuidendum eam. Sed virtus pulsatiua est de necessitate cibatiua virtus, & diuisiua, & princeps. quia cum ipsa cor dat calores alijs membris: & est sicut seruiens virtuti principali cibatiuæ, quia eum ipsa cōseruatur. Et ideo non est cōueniens ponere illam vnam virtutem per se ab alijs virtutib⁹: ideo, quia est ista virtus aīmæ nutritiuæ, sicut aliæ q̄nq; suæ virtutes, sicut attractiua, retenti ua, & digestiua, & expulsiua, & discretiua: quāuis virtus pulsatilis approprietur plus vitæ pp multum calorē, qui est cum ea. Et quidā sunt, qui appellant plantam in ista virtute hayguam, ſ. vegetatiuam. Et forsitan Medici non vocauerunt istam virtutem cuentationis vitalem, nisi propter hoc, ꝙ appropriatur plus vitæ, quamuis sit de genere nutritiuæ, sicut diximus. Sed eorum diuisio, per quam diuidunt virtutes animales ad sensum, & ad virtutem motiuam in loco, & imaginatiuam, & rationalem, & conseruatiuam, & reminiscibilē, est omnino vera: sāluo ꝙ

F virtus motiua in loco non est aliud plus q̄ elenosoia, ſ. virtus motiua voluntarie, quando concordatur cum ea imaginatio, & cōsimilium. & ita est declaratum in libro de Anima. Et ipsi numerant virtutem motiuā voluntarie in numero vitalium, & ponunt motiuam in loco aliam ſpeciem. & istud non est conueniens, quia non est nisi virtus nutritiua, & crescitiua, & sensitiua, & generatiua & imaginatiua, & appetitiua, & rationalis, & motiua, & lactatiua ex

Quīq; virtutes naturales. idē in fine sequētis capituli.

Cōtra Medicos.

G istis, sicut est æstimatio, aut cogitatiua, & cõseruatiua, & reminiscibilis.

Et iam est hic dictum q̃ virtus rationalis est magis spiritualis q̃ imaginatiua: quia perfectio virtutis rationalis est apprehẽsio rerũ vniuersaliũ, sicut potest intelligi à Philosopho 1 tertia particula primæ summę Physicorum, & in Primo Posterio. quãuis intelligatur contrariũ circa finem primi libri Physi. Et qui habebit necesse soluere ista dubia, requirat in locis illis. Et quia res vtes, quæ sunt apprehensiones virtutis rationalis, habẽt particularia, necesse

H est inuenire in homine virtutẽ, quæ apprehendat essentiã illorum particularium contentorũ sub vniuersalibus, & virtutẽ aliam recordantem ista particularia, quæ sunt cõprehensa à virtute propria eorũ apprehensioni. Et ideo, quia ista virtus apprehensiua particulariũ non apprehendit ea nisi habitudinib⁹ imaginatis, fuerũt de necessitate tres virtutes, s. æstimatiua, quæ apprehendit essentiã particularium: & reminiscibilis impressionis æstimatæ: & imaginatiua, à qua apprehendit æstimatiuã

I suã impressionẽ, sicut seruientes virtuti rõnali: ideo quia seruiens præparat seruito ea quæ sunt sibi necessaria, aut studet in aliqua re; appropriatarũ seruito. Et manifestũ est, q̃ virtus imaginatiua præparat virtuti rationali ea, quæ nõ sunt apprehensa. sicut est manifestũ q̃ duæ apprehensiones, s. æstimatiua, & cõseruatiua appropriantur apprehẽsioni virtutis rationalis. & quando remouentur res vtes à virtute rationali. & virtus reminiscibilis facit recordari essentiæ particularis, & cognoscit illam virtus æstimatiua, & tunc inue-

Virtutes animales interiores sũt tres. Idem clarius infra. c. 10. & 3. huius c. 40.

nit virtus imaginatiua habitudinẽ K illius essentiæ particularis, quę est recordata à reminiscibili, & cognita ab æstimatiua, & quando imaginatiua iam venit sũper suam habitudinem, tunc virtus rationalis reducet ad se illud, quod erat priuatũ ab ea: ergo istæ tres virtutes ex hac parte sunt ministrantes virtuti rationali, & ministrans est lactans. ecce, quia sunt lactantes ex hac parte, sicut dictum est. Et ista verba sunt dimittenda hic, fm q̃ stant, & recuperanda à Naturali, quamuis nõ sit necessarium arti Medicorũ scire hoc, nisi per modũ electionis meliorameti. L Sed est sufficiens Medico in istis rebus cognoscere complexionem, cui appropriatur vnaquæq; istarũ virtutum, conseruando ipsam, si esset præsens, & restaurando ipsam, si esset deperdita. ideo quia sufficiẽs est ei in hac arte venire à cognitione formæ complexionalis ad formam spiritualem: sicut est sufficiẽs et venire à cognitione materiæ ad cognitionem quatuor humor⁹, & mẽbrorũ.

De iuuamentis membrorum consimilium. Cap. 8.

SEd cũm quieuit res sũper locum M suum positum in hac arte, tunc erit manifestum q̃ omnia membra non sunt inuẽta, nisi propter has virtutes, & istæ virtutes ꝓpter has suas actiones. ergo non est inuentum in corpore aliquod membrorum, nisi propter aliquam actionem istarum virtutum, aut passionem earũ. Ideo est nobis necessariũ inquirere actiones & passiones membrorum, & cõplexionem cui appropriantur: & cognoscentes illud, cognoscimus sanitatem cuiuslibet membri per suas finales causas prædictas in hac arte: ideo

A ideo quia iam cognouimus eam p causam materialem & formalẽ. Sed causam efficientẽ non est necesse nobis hic narrare: ideo quia iam est separata: saluo si ibi esset res, quæ staret loco efficiẽtis in statu cõseruãte.

Et incipiemus à iuuamento membrorũ simplicium, & dicemus q̃ res, quã diximus, quæ est necessaria per aliam, est duobus modis. Vnus est, vt sit essentia primę necessaria essentiæ vltimæ, sicut fuit intentio essentiæ consimilium necessaria pp intẽtionem essentiæ officialium. Alius est, vt nõ sit ex necessitate: sed est, ga

B meliora sunt duo q̃ vnum, & significat nobilitatem in agente & patiente. sicut oculus, qui nõ est inuentus nisi pp necessitatem videndi: sed natura duplauit eos pp melioramentũ duplationis, sicut nos declarare debemus. Sed nos nõ recordabimur istorum iuuamentorum nisi illius, quod erit magis necessarium. De membris simplicibus quædam sunt ossa, & similia ipsis, sicut chartilagines, & similia. & ista iuuamẽta sunt nota p se. & hõ potest cognoscere maiorẽ partẽ per seipsum, vel ab eo, qui aliquantulũ studuerit in cognoscẽdo. Sed vngues fuerunt facti pp

C duo iuuamẽta. Vnũ, quod est cõe, N & est pp conseruationem extremitatũ digitorũ, sicut ponitur ferrum in postremo hastæ lanceæ. Secundũ est propter sustentamentum carnis digiti, qñ cadit aliquid. Et istud iuuamentum est magis proprium in vnguibus manuum, q̃ in vnguibus pedum. sed primum iuuamentum communicat homini & alijs animalibus. In iuuamentis neruorum cadunt multa dubia. Gal. sentit quòd iuuamentum eorum est ad ferendum sensum, & motum voluntariũ

D quolibet membrorũ nodatiliũ mobilium discontinuatorũ. Iuuamentum tertiũ est, vt possit fieri resolutio superfluitatũ vaporosarũ, sicut sunt cõmissuræ, quæ sunt in osse capitis. Et potest esse q̃ sunt & alia iuuamenta: ideo q̃ si eueniret aliqua lesio alicui ossium, non transiret ad aliud os alterius mẽbri, quia discontinuatũ est ab ilso. Itẽ fuit necessitas multorum ossiũ pp diuersitatem figuræ eorum, & qualitates fm illud, pp quod ordinata sunt, & pp paruitatem & magnitudinem eorũ. Sed diuersitas in paruitate & magnitudine est sicut ossa parua, quæ sunt in E digitis, & ossa cruris, & coxæ. Sed diuersitas in figura ẽ sicut os, quod de necessitate habet esse forte. & graue fuit factũ durũ & clausum. & illud, in quo fuit intentio vt esset leue, fuit factũ durũ & perforatum in qualitate. & illud, quod habet de necessitate esse coniunctũ cum carne, fuit factũ tenerum, sicut chartilagines, & similia. & ista iuuamẽta sunt nota p se. & hõ potest cognoscere maiorẽ partẽ per seipsum, vel ab eo, qui aliquantulũ studuerit in cognoscẽdo. Sed vngues fuerunt facti pp F

Secūdo de Partī. aīalīū cap. 8. & in Paraphrasi Auer. oppo. 2. de Aīa. 7. & c. 116 vide. 3. de Nā aīalīū c. 5. quod Auer. ñ notuit neruos dissemina tos, 3. ḡ Locis affectis 6. oppositi. 3. de Nā aīalīū. c. 9.

G omnibus membris. Sed quod apparet à sententia Aristotelis est, ꝙ nō fit factus neruus nisi ad temperādū calorē intrinsecū, ad hoc vt det virtutem sentiendi. & hæc opinio sequitur plus iuuamento cerebri. Sed si ē instrm motus voluntarij, in hoc cadit speculatio. Et confirmatio Gal. ꝙ sensus & motus sint à neruis, est, eo ꝙ remoto neruo remouetur sensus & motus. & hoc non est ꝑ viā demonstratiuā. & iā disputauim⁹ hoc in libris Logicalibus. Sed apparet ꝙ iuuamentū nerui est de genere iuuamenti cerebri. & apparet manifeste ꝙ oriscantur ab eo, & ꝙ non sint fixi in eo, sicut dixit Gal. Et ligamentorū iuuamentum, & chordaꝝ ad motū voluntarium est apparens ad oculum. Et panniculi fuerūt facti propter abscōdere & defendere, & etiam vt sustineant membra, quę sunt suspensa, & retineant ea: quāuis hoc iuuamentū sit magis proprium ligamentis. Et iuuamentum panniculi positi supra ventrē est de specie huius iuuamenti, eo ꝙ prohibet intestina egredi de propijs locis, sicut accidit hernijs. Sed venarū duæ sunt partes. Vna est arteriæ, quæ portant ſpiritū, & sanguinē à corde. & istæ sine dubio fuerunt factæ ꝓpter hoc, & fuerunt ramificatæ & partitę ꝑ totum corpus, ad ferendum rēm istā, aut ſpiritum solū, aut ſpiritū, & sanguinem simul. Alia est nō pulsatilis, in quibus non est ſpiritus sensibiliter. nisi nos induceret ad hoc vnum dictum simile dicto, quod dicit Galenus in hepate, quia dicit, ꝙ est fons ſpiritus naturalis, quem diximus non esse nisi propter virtutē nutritiuam. Sed quod apparet ex iuuamento istarum venarum, est, quia factę sunt ad diuidendū sanguinem coctū in hepate per alia membra: & propterea fuerunt ramificatę sicut arteriæ. Hic scire debes ꝙ Aristoteles vult, ꝙ cibus & nutrimentū omnium membrorum fiat ex duobus sanguinibus mixtis insimul: & sanguis qui est in venis non pulsatilibus, & in hepate est sicut materia sanguini misso ꝑ arterias cordis: & ꝙ sanguis arteriarū est sicut forma sanguinis, & hoc est, quia dat eidem complementū, & coctionē, & facit ipsum cibum propinquum actui. Et Galenus sentit ꝙ sanguis, qui prouenit ab hepate ꝑ venas ad membra, ē cibus propinquus ꝑ se. Et probatio quidē Philosophi in hoc est hæc, ꝙ sanguis, vt est sanguis, est conueniēs vt sit cibus membris: & omne, quod nutrit, debet euenire mēbris: & duo sanguines, vt sit cibus membris, veniunt eis: ergo membra debent nutriri ex eis. Et propterea ꝙ vnus eorum est crudus, & alter coctus, crudus cōuenientior est vt appropriet materiæ, & coctꝰ formæ. ergo debet esse cōparatio cocti ad crudū, sicut formæ ad materiā. & hoc est declaratū bene in hb. de Aīalibus. Et ex verbis Gal. apparet ꝙ idē asserit, ꝙ mēbra superiora cibant̄ à sanguine arteriali, ꝙñ præcipit incidi arterias in passione hemicranea, & in epilepsia perseuerante. & vtinā ego scirem quid prohibet eū credere, ꝙ iste sanguis arterialis nō nutrit alias partes corporis. Sed cerebri medullę sunt duæ ſpecies. vna est, quæ stat in olla capitis. & istud sine dubio est mā ſpiritus, cum quo fiunt sensus. sed medulla, quæ est in ossibus, est ſpurtas cibi eorū. Et ossa solida nō habēt medullam, quia non sunt ꝑforata.

Et

A Et nomen medullæ dicitur æquiuoce ad hanc medullā, & ad eam, quæ est in olla, & nō nominamus eā medullā, nisi quia sic à vulgo nominat̄. Sed medulla, quæ est in ossibus, est ſpurtas penitus. & hæc est substantia temperata. Sed nā nuchę est de natura cerebri, & iuuamenta eox̄ sunt eadem. & adhuc exponā dīam, quę est inter ea, qñ narrabo iuuamenta membrorum officialiū. Sed carnis duæ sunt ſpecies, sicut dictum est, & Aristo. dicit sū ꝓ has duas, quia sunt instrā sensus tactus, proprie stantia eū vo, sicut stat oculus cū visu. & demonstrat hoc, quia sensus simplex nō inuenit̄ nisi à corpore simplici, & ꝙ neruus ē seruitor carnis in hac apprehensione ad temperandū ſpiritum sensus, qui mittit̄ à corde. & ista fundamēta necesse est vt Medicus à nobis recipiat. & nos dicimus de sensu & motu, ꝙ vna ex rebus, à qua est eorū permanētia, sunt cerebrū & nerui. Sed vna ſpēs carnis, quā Gal. vocat musculosam, est vnū ex mēbris officialibus, & in illo est virtus primi motoris. Propterea ꝙ istud est illud, quod mouet̄ ex se per hanc virtutē, & non mouet̄ ꝑ aliud

C mēbrū, quod ipsum moueat quia, si ꝑ aliud moueret̄, hoc induceret nos ad inueniendū corpus aliud, qđ moueret̄ ex se. aliās, res duceret̄ in infinitū, quia nullū corpus mouet nisi moueat̄. & ē necesse, ꝙ res quiescat apud primū, quod mouet̄ à motore immobili. & hoc probatū est in Naturali Philosophia. Et hæc ſpēs carnis apud Gal. est instrm motus locālis. & loquemur de ea, qñ loquemur de membris officialibus. Sed caro ſpongiosa inguinū, & subascellarū est facta ꝓp expulsionem superfluitatum. Et nomen medullæ dicitur æquiuoce ad hanc medullā, & ad eam, quæ est in olla, & nō nominamus eā medullā, nisi quia sic à vulgo nominat̄. Sed medulla, quæ est in ossibus, est ſpurtas penitus. & hæc est substantia temperata. Sed nā nuchę est de natura cerebri, & iuuamenta eox̄ sunt eadem. & adhuc exponā dīam, quę est inter ea, qñ narrabo iuuamenta membrorum officialiū. Sed carnis duæ sunt ſpecies, sicut dictum est, & Aristo. dicit sū ꝓ has duas, quia sunt instrā sensus tactus, proprie stantia eū vo, sicut stat oculus cū visu. & demonstrat hoc, quia sensus simplex nō inuenit̄ nisi à corpore simplici, & ꝙ neruus ē seruitor carnis in hac apprehensione ad temperandū ſpiritum sensus, qui mittit̄ à corde. & ista fundamēta necesse est vt Medicus à nobis recipiat. & nos dicimus de sensu & motu, ꝙ vna ex rebus, à qua est eorū permanētia, sunt cerebrū & nerui. Sed vna ſpēs carnis, quā Gal. vocat musculosam, est vnū ex mēbris officialibus, & in illo est virtus primi motoris. Propterea ꝙ istud est illud, quod mouet̄ ex se per hanc virtutē, & non mouet̄ ꝑ aliud mēbrū, quod ipsum moueat quia, si ꝑ aliud moueret̄, hoc induceret nos ad inueniendū corpus aliud, qđ moueret̄ ex se. aliās, res duceret̄ in infinitū, quia nullū corpus mouet nisi moueat̄. & ē necesse, ꝙ res quiescat apud primū, quod mouet̄ à motore immobili. & hoc probatū est in Naturali Philosophia. Et hæc ſpēs carnis apud Gal. est instrm motus locālis. & loquemur de ea, qñ loquemur de membris officialibus. Sed caro ſpongiosa inguinū, & subascellarū est facta ꝓp expulsionem superfluitatum. Et nō est multū longinquū D ad credendū, ꝙ multa ex carne non sit facta nisi ad implendum loca vacua, & ad defendendū. Et in ſumma istud est ſimplex membrū, in quo cōmunicant oīa animalia, sicut cor est membrū officiale, in quo cōmunicāt oīa animalia. Et sanguis manifestū est, ꝙ non fuit factus nisi ꝓp vnā duarum rerum: aut ꝓp dandū nutrimentum, sicut sanguis qui est in hepate, & in venis, quas opinātur Medici vt nascantur ab hepate: aut vt sit vehiculum ſpiritus, & caloris, & iste est sanguis arterialis. Phlegma est sanguis indigestus: & propte E rea debet dici ſuperfluitas sanguinea, hoc ē ſuperfluitas diminuta vt sit sanguis, nō superfluitas, cuius separatione à sanguine remaneat sanguis cōpletus, sicut à cholera, & melancholia. ergo si ita est, eē phlegmatis fuit in corpore de necessitate: hoc est ꝙ impossē est cibum cōuerti, nisi ex eo generent̄ ſuperfluitates phlegmaticę. Et potest ēt cum hoc, ꝙ sunt in ipso alia iuuamēta, quia humectat membra, & adaptat ea ad cibandū, & q̄ si est sicut cibus præparatus eis, qñ cibus tardat̄ eis. Sed melancholia, & cholera sunt primo & ꝑ se in corpe F ꝓp necessitatē: quia cibus chylosus, qui vadit de ſtomacho ad hepar nō posset digeri, nec esse sanguis, nisi separent̄ ab eo istæ duæ superfluitates, sicut mustū non potest esse vinum, nisi separent̄ ab eo duæ superfluitates, vna grossa & terrestris, & alia subtilis. Et propterea ordinauit nā eis propria membra. & non fecit sic phlegmati quia istæ duæ superfluitates nō habēt aptitudinē, vt possit eē ex eis aliqua pars membri aliquo mō: qđ in phlegmate bene pōt esse.

G Et appareret cum hoc, q̄ natura nō præparauit istas, vt essent instrm seruiens virtuti nutritiuæ p viam electionis boni. quia bursa fellis habet vnū meatum ramificatū, qui aduenit intestinis superioribus, & partibus infimis stomachi. & in aliquib⁹ hominib⁹ tangit stomachū, & facit idem opus, quod facit in intestinis. quia bursa fellis mādat p hunc meatum intestinis partem choleræ, quæ moueat ea ad expellendū superfluitates, & facit quasi abstersionem. Et sīlr splen habet vnū meatū, qui tangit os stomachi, & mittit ei partem H paruā melancholiæ ad pungēdum illud, & ad mouendū appetitū cibi: quia ista o patio prouenit à reb⁹ acetosis. & multa verba dicta sunt ī alijs libris: sed nō expectes ex me, vt laborem ad narrandū ea. Sepi vtilitas in corpe fuit, vt calefaceret, sicut zirbum, diaphragma. Et sepū est superfluitas sanguinis cocti, à quo cibata sunt mēbra. Et pp hoc, q̄n est in corpore tēperate, significat magnā sānitatem: quia significat super bonitatem nutrimenti. & q̄n non inuenit in corpore, significat q̄ nō est bona digestio: quia nō est sū pfluitas, quę I venit à bona digestione, hoc est calida & humida. Et necessariū illud est ad implendū vacuitates etiā membrorū. sed q̄n multiplicatur in corpore, significat sup malam dispōnē. quia multitudo materiæ nutritiuę, quæ est sanguis, est cōuersa in sepū: & tunc infrigidantur mēbra & moriunt, quia in hac superfluitate non est sensus, & perduntur membra sensibilia, q̄n multiplicatur super ea.

Pilorum capitis, superciliorum, & palpebrarū iuuamentum est vt defendāt. & hoc est manifestum. quia videmus q̄ pili capitis defendūt cerebrū à frigore, & calore: & superciliorū, & palpebrarū adiuuant ad defendendū oculos à reb⁹ extrinsecis. Sed pili subascellarū, & pedū, & multi alij, qui sunt sup superficie corporis, quod apparet ex eis plus ē ex, necessitate materiæ: eo q̄ generāt pilus ab vno vapore fumoso adusto secundū Gal. Et hoc indiget speculatione. quia vē q̄ pilus sit corpus extendibile, siccū, & tale est superfluitas cibi sicci, q̄n nimis coquit, durante in illo admixtione pinguedinis. ergo nō est ille vapor, cui⁹ sit aggregatio partis supra partē: sed est corpus cōtinuum fortis cōtinuationis, extēsiuum, crescens in longitudine. Et mihi videtur q̄ natura adducit istum vaporē, vt sit materia pili, ad hoc vt pilus trahat illam malam materiam ex corpore ad mundificandum ipsum per hoc, sicut tu vides q̄ fit artificialiter faciunt laboratores terræ, qui q̄n volunt vt ipsa fructificet, seminant semina, quæ habent attrahere partem terrestrem adustā, & per hūc modum potest esse vt sit iuuamentum corpori. Sed cuius vidētur esse pp defendere, & abscondere, & stat foris, sicut sunt coopertu M ræ membris intrinsecis. Et spiritus sunt propinqua instrumenta virtutis regitiuæ corporis. & sic dicendū est q̄ ministratur à quatuor virtutibus, aut quinq⁹, hoc est attractiua, retentiua, digestiua, & expulsiua, & discretiua. Et adhuc est inuenta alia virtus, quæ communicat toti corpori, quæ regitiua nuncupatur, & quæ sit, & vnde sit multa dicenda sunt. & postea disputabimus. quicquid sit, ab anima est. propterea priuatio eius est subita mors necessario.

De

A *De iuuamentis membrorum officialium, quæ sunt instrumenta virtutis nutritiuæ. Cap. 9.*

ET post⁹ narrauimus iuuamēta membrorū simplicium, narrandum est iuuamentū membrorū officialiū, & vniuscuiusq; partis ipsorum. Et hoc faciemus breuiter, exceptis casibus, in quibus prolongādi sunt sermones illis, qui nobis sunt similes. Et eligemus ex his, quod manifestū est, & quod opinatur ee magis necessariū in hac arte: & incipiemus à membris, quæ sunt instra virtutis nutritiuæ. quia hæc est virt⁹ ne B cessaria prima nostro ee: & propterea fuit corruptio suaę operationū mors. Et dicimus, fm q̄ testificātur sensus, q̄ mēbra disposita ad faciendas operationes illius virtutis sunt stomachus, & sui ministri, sicut os, & instra eius, & œsophagus: & post hæc intestina, & hepar, & venę, & renes, & splen, & sacculus fellis, & vesica. Primum iuuamentū oris est masticatio cibi. & propterea fuerūt positi dentes, vt faciant ad hoc cōuenies præparamentū. dentes quidē anteriores, vt incidāt: maxillares, vt C frangāt: molares, vt molāt. Et scias, q̄ in ore ē aliquātula digestio: & homo, quem tu scis, appellat eam alio nomine. Oesophagus est meatus, per quem transit cibus ab ore ad os stomachi, & operatio sua nō est nisi in duabus virtutibus, quæ sunt lactantes virtutem nutritiuā, hoc est attractiua & expulsiua: quia est necesse attrahere ab ore: & expellere ad stomachum. & q̄n ista operatio perdit, moritur homo fame. Et instrumentum seruiens naturæ in his duabus operationibus, necesse est vt varietur. Et apparet p anatomiā, q̄ œsophagus est cōpositus ex duabus tunicis: vna quæ est fm latitudinem, & alia, quę est fm longitudinē, & ista, quæ procedit fm longitudinem, q̄n colligitur, & constringit, & ascēdit ad epiglottidē, tūc fit attractio. & illa, quæ vadit in latitudine, facit expulsionem, q̄n aggregatur, & amplectitur cibum: sicut vola manus aggregat se super res humidas, & constringendo eas expellit. Manifestū est, q̄ stomachus ē locus digestionis missi cibi eidem ab ore, cō uertendo illum in chylum: quia nō potest conuertere ipsum in sanguinem. Et hoc apparet ab eo, qd mi- E nistri sui in hoc opere sunt quatuor virtutes particulares supradictę. Sed digestio est magis manifesta in tunica carnosa, pp calorem, qui est in ea plus, & propter illud, quod ei aduenit ex arterijs, & venis, quæ ei adducunt calorem: & ēt est suppositus hepati, ita q̄ ipsum calefacit. quia hepar est ei circa positum à latere dextro: & splen est ei circa positus in latere sinistro, qui dat caloré. Sed attractio cibi, quā facit œsophagus, & meri, sit p tunicā villorū longitudinalū, & adiuuat ipsum ī hoc, quod est in eo de tunica diametrali angu F lari. Et *receptio, & expulsio fiunt p tunicam, quæ procedit p latitudinem. ideo quia q̄n recipit cibū, illa tunica aggregatur super ipsum ab omni parte, quousq; completur digestio: & digestione facta aggregantur omnes sue partes superiores sup eam, & tremunt eam inferius, & est expulsio per hanc tunicam, quæ vadit per latitudinem: & habet duas operationes contrarias, hoc est expulsionem inferius, quādo est facta digestio: vel superius per vomitū.

*a. l. retentio

G Sed operatio virtutis discretiuę nō est multū manifesta in stomacho: nisi diceremus ꝙ stomachus nutriretur ex chylo, quia desyderaret cibum, & aggregaretur super ipsum, qđ fit in eo. & opinio affirmat hoc. Quod si nō diceremus, ꝙ stomach⁹ nutritur ex chylo, *quare desyderaret cibū, & aggregaretur sup ipsum, & cessaret fames, qñ comedimus? Et si contingat ꝙ vnū membrū sentiat alteri, seipsum obliuioni nō tradit: ergo recipit nutrimentū, & vtilitatē ex eo. Et accidit vt aliqui ex nostris socijs dubitent ex hoc: quia membra ex chylo non debent nutriri, nisi postq̄ conuersus fuerit in sanguinē, & non est adhuc cōuersus in sanguinem in stomacho. Ergo dicamus ꝙ stomachus nutriē ab eo ex modica re, quę plus assimilatur qualitati q̄ quantitati. & testificatur ex hoc, ꝙ subito quiescit fames, cū comedimus, sicut subito quiescit sitis, cùm bibimus. Et adhuc non est inconueniens, ꝙ in eo fit aliqua pars subtilis, qua nutriat cito per aliquā humiditatē, quamuis non fit sanguinea. quia tu vides multa animalia, q̄ nutriuntur, licet non habeant sanguinē. Et digestio fit in eo per caliditatem & humiditatē primo, & secundario fit p aggregationem, quam facit stomachus super cibū, & quia ipsum amplectit. Et propterea tunc, quanto stomachus in animalibus ē grossior & durior, tanto fortior digestio fit. & hoc apparet in stomachis volucrum. Et propterea voluerunt quidam Antiquoꝝ ꝙ digestio fiat pp constrictionem aggregationis. & opinantur ꝙ stomachi volucrum prosint stomacho, sicut sunt stomachi gallinarum & perdicum. quia hoc membrū nō fuit positum in eis durum & forte, nisi propterea quia non habent dentes molares.

*a.l. qñ desyderaret, & aggregaret sup ipsum, nō esset virtꝰ discretiua, vt etiā opatio multum manifesta in eo.

H Argūm tū contra se. Prima responsio.

Secūda responsio.

I Sed intestina ēt videnē esse instrumenta nutrimenti: quia ipsa nō fuerunt facta principaliter, nisi vt transeat p ea digestus cibꝰ in stomacho p foramen, quod appellatur porea: Propterea cùm facta est digestio in stomacho, aperiē locus iste, & mittitur cibꝰ ad intestina: & interim he par trahit ab illis succositatē chyli p venas, quæ attingunt istud. & qñ cōpleuerit operationes, tunc expellit intestina superfluitates inferius: & illa est superfluitas sicca. ergo vtilitas intestinorum est bina. Prima, quia sunt via, per quā cibus vadit ab illis ad hepar. Secunda pp expulsionem superfluitatis siccæ. Et virtus in illis manifestior est expulsiua. & propterea fuerūt ambæ suæ tunicæ euntes per latitudinē. Sed virtus attractiua non est manifesta in eis, propterea non habuerunt tunicam vnā in longitudine. & ipsis est virtꝰ digestiua: quia eorū cōplexio est propinqua complexioni substantiæ stomachi. Sed illa intestina nō habuerūt multam reuolutionē, nisi vt moraretur in eis cibꝰ, donec hepar traxisset ab eis, quod necessariū erat. Et propterea dicit Arist. ꝙ animalia habentia paucā reuolutionem in intestinis, sunt gulosa. Et habuerūt duas tunicas, vt essent fortia: quia sunt via superfluitatum. & etiā quia operatio virtutis expulsiuæ in hoc ē fortior.

Manifestū est in hepate, ꝙ est immutatiuum cibi ad conuertendum ipsum in sanguinē: & postea mittit ipsum ad oīa membra. Et pp dominationē, quam facit super oīa membra nutritiua, opinabat Gal. ꝙ esset penitus

Gal. qđ de hepate principio in nutritiua virtute

A penitus ī virtute nutritiua princeps, & ipse nescirit, ꝙ postremum nutrimentum est in corde: & in eo prima virtus nutritiua est princeps. Et apparet de hoc mēbro, ꝙ habet quinq; virtutes dictas, hoc est digestiuam, qñ facit sanguinem, retentiuam tēpore digestionis, attractiuam quando trahit chylum ab intestinis, discretiuam qñ diuidit & cognoscit tres superfluitates: hoc est superfluitas aquosa, quam trahunt renes: cholerica, quam trahit bursa fellis: melancholia, quam trahit splen. Et inuenit virtutem expulsiuam affinem virtuti attractiuæ, magnum dubiū est. & hic non est locus suæ solutionis.

B Et debes scire ꝙ istæ quatuor virtutes aut quinque non sunt separatæ abinuicem, sed sunt sicut multi operarij super vnum opus: & sunt virtutes, quæ sunt sicut instrumenta vni virtuti, quæ facit nutrimentum, & facit ei cum istis quatuor virtutibus in quolibet membro. & illæ in toto corpore datæ sunt propter necessitatem vnius virtutis intrinsecę, quę est in vnoquoq; mēbro. & hoc est virtus nutritiua principalis. Deinceps

C contemplandum est, si ista principalis virtus est propria ī hoc membro ad hoc vt sit ipsum solum princeps membrorū istius virtutis: aut illic est aliud membrum, quod sit princeps ad ipsum in hoc opere. sup hoc est multum necesse disputare. Et dicim⁹, iam apparet per hoc, quod declaratū est in Naturali philosophia, ꝙ ista virtus non facit nisi vnā partem membri nutritiui: & ꝙ membra sunt composita ex elementis: & ꝙ compositum ex elementis non est compositum, nisi per modum temperantiæ complexionis: & complexio fit per modū decoctionis: & decoctio per modum caloris: ergo necesse est, ꝙ instrumentum istius virtutis sit principiū fortis caloris: qa non est differentia inter illam rem, quæ est nobis necessaria ad esse partis, vel esse totius. & si ita est, ergo de necessitate iste calor est in hepate, & in alijs instrumentis nutritiuæ. Et si ita est, sicut dicit Gal. ꝙ non lucrata sint alia membra, quæ habent hanc virtutem istum calorem, cum quo agunt suas operationes, nisi à calore hepatis: ergo hepar certe ē princeps ipsorum membrorū: quia nō completur eis hoc opus nisi per ipsum, & ipsum complet opera sua per se. & tale membrum, quale est istud, est dignius vt vocetur princeps. & ista est dominatio, quā dixerunt tū authores ipsum per se habere. Et propterea de rectore agricultorū dixerūt ꝙ sit princeps eorum: propterea qꝙ seruitia eorum non complent, nisi ex regimine ipsius, & opus illius cōpletur per ipsum. & hoc est in omni

Cōtra Ga.

F specie dīationis. Dico ergo, vtinā ego scirem, si possibile est, à Galeno & alijs qui sequuntur suam sententiam, vt dicant ꝙ hepar est sufficiēs per se in ista operatione, ipso concedente cum eis, ꝙ multæ arteriæ veniant hepati à corde, quæ abducunt eidem multū calorē, ꝙ si hepar est sufficiens sibi in hac operatione: ergo calor iste est in vanum, & sine ali

Respōsio. Replica.

qua causa. Et si dixerint ꝙ iste calor non det hepati, nisi virtutem vitalē: Dicemus, quid est virtus vitalis, quę est in membris: est ne alia virtus, q̄ virtus nutritiua aut sensibilis? & nec nomen vitæ intelligitur, nisi super has duas, licet accidat vt nomen vitæ attribuatur magis sensibili. & hoc

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed Gal. dicit ꝙ pulmo nullum habet proprium motum in ſe: & ꝙ motus illius ſequitur motum pectoris: & ꝙ motus anhelitus, qui ſequitur motum naturalem, fit per rem muſculoſam magnam, quæ dicitur diaphragma, quod ſeparat ſſeriora mẽbra a ſuperioribus, & dicit ꝙ magis propria res iuuamẽti iſtius membri eſt hæc operatio: quia nos videmus ꝙ incontinenti cum pectus dilatatꝫ, repletur pulmo aere: ſicut videmus in follibus fabrorum. Et teſtificatur ſuper hoc, ꝙ quando vulnus factum fuerit ibi, & intret aer pectus, tunc ceſſat motus pulmonis, & moritur. Et poſſet eſſe ꝙ ceſſatio motus pulmonis, quando vulneratum eſt pectus, eſt propterea quia infrigidatur pulmo. Et in temporibus Ariſto. nõ cognoſcebatur aliud iuuamentum huius membri, niſi propter ſeparationem membrorum principalium a nutritiuis, ad hoc vt non accideret tempore digeſtionis eis aliud ex calore illo. Et non debet imputari Ariſtoteli hoc in defectum. quia iſtud, quod apprehenditur per anatomiã, eſt ſicut res, quæ apprehenditur numero motuum circulorum. nec illa erat plena ſcientia completa tẽpore

E

R. ſecũda.

Vid tertiã rõnẽ prio Theizir tr. 11. ca. 2.

F

Excuſatio Ariſtot. de anatomię cognitiõe.

Ari-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Aristote Et si tempore Galeni erat ars Medicinę plene completa, tamẽ dicit Galenus non est impossibile post me venire, qui inuenit in arte Medicinæ, quod per me non est inuẽtum. Et propterea in maiori parte rerum, de quibus opinantur homines, ꝙ Galenus contradicat Aristoteli, non est vera cõtradictio, sed sicut additiones & complementa. quia nullus deperit Aristote. de eo, quod dicit in iuuamento diaphragmatis & motu neruorum, secũdum ꝙ dicit in tractatibus vniuersalibus de esse motus, & sensus, & iuuamentis cordis, & cerebri. & similiter hic
H est sic dicendum: & non est dicẽdũ ꝙ illud, quod dicit Galenus in reb⁹ particularibus, contradicat in vniuersalibus Aristoteli. Et modo volumus reuerti ad illud, a quo separati sumus: & dicimus ꝙ illud, quod diximus ex sententia Galeni, ꝙ motus pulmonis⁹ sequitur motum pectoris, & hoc indiget speculatione. quia Galenus non verificat hoc, nisi ꝓpterea quia videtꝙ cessante motu pectoris, cessat motus pulmonis, & tunc moritur animal. Et ego dico ꝙ non est hoc ita absolute dicendum, ꝙ motus pectoris sit causa prĩ
I cipalis motus pulmonis. quia possibile est vt quilibet istorum, i. pulmo & pectus, habeat hunc motum ex se, sed habeant vnam proprietatem coniunctionis: propter quam nullꝰ eorum mouetur sine alio. & propterea cum cessat motus vnius, cessat motus alterius, & non est quilibet eorum causa motus alteriꝰ. Et si nos ponerem⁹ ꝙ quando pulmo nõ mouetur hoc motu, tunc cessaret motꝰ pectoris, sicut dicit Galenꝰ, essemus arbitrati per hoc secundum eum, ꝙ pulmo esset id quod moueret pectꝰ, K dicendo ꝙ si non moueretur, quòd non moueretur pectus. Ecce hic videtur ꝙ Galenus prodiderit in opinione sua ꝙ non est impossibile esse motum pectoris & pulmonis, vt moueatur simul, sicut ī globo vno: vt si vnum non moueretur, ꝙ aliud nõ moueretur: quanuis vnus nõ sit motor alterius secundum modum qui dictus est. Item non est impossibile, superueniente pectori mala cõplexione per incisionem nerui, quę ei aduenit, ꝙ illa malitia non penetret ad pulmonem per illam colli- L
ganciam. quia vna rerum, ex qua ægrotant membra, est colligantia. & Galenus hoc concedit. Etiam per hanc eandem viam debemus dicere, ꝙ motus pectoris adiuuet motũ pulmonis: & maxime quando indiget forti anhelitu. Et melior via, Optoprã.
quam eligere possumus in fine nostræ propositionis, est hæc, ꝙ membrum, quod læditur, cum cessat inspiratio & respiratio, est cor, sicut manifestum est. & si cor est illud, quod recipit hanc læsionem ꝓpter hanc cessationem, & non solum læ
sionem, sed & mortem: ergo de ne- M
cessitate est illud membrum, in quo est principium istius iuuamenti. Et motus pulmonis secundum Gale. erat violentus, per viam, vel per violentiam, qua mouentur corpora artificialia. Et nobis est dicendum ꝙ illud principium motus est in ipso per viam, quæ est in corporibus naturalibꝰ. & adhuc ꝙ completur hic motus per duos motus, videlicet naturalem & voluntarium. Ergo melius, quod dicere possumꝰ ex his, est, vt sint sicut duo primi mobiles. s. ꝙ musculus sit primus in motu voluntario,

A tario, & cor & pulmo primi ī motu naturali. Et Gale. tenuit in hoc tractatu viam, quam in alijs regulis suis, qui putat vt iste sit motus voluntarius, & putat ꝙ non sit voluntatiꝰ nisi per neruum. & non apparet per anatomiam vt nerꝰ veniat ad pulmonem, per quem possit sentire, & maxime per quem possit mouere: & potest esse, ꝙ nostra principia nõ sunt sufficientia veniendi ad veritatem plurium harum inquisitionũ, sed tamen conueniens est vt loquamur de his secundum aptitudinem huius temporis. quia non est impos
B sibile vt cadant hæc verba, per quę possumus certificare de veritate harum rerum tempore futuro, cum ad ptęsens spatium non habeamus. Et non fuerunt ordinatæ partes duplices pulmonis, nisi propter hoc, vt si superueniret vni parti mala dispositio, vt alia staret in iuuamento loco ipsius: sicut contingit in vulneribus quæ laniant vnam cameram pectoris. quia stat pars pulmonis, quę est in camera non vulnerata loco iuuamenti anhelitus. sed quando vulnerantur ambæ, tunc statim moritur
A vnus pulmonis C patiens. Et iuuamentum cannæ pulmonis est propter inspirationẽ, & respirationem, & cum hoc habet iuuamentum vocis. Et propter hoc fuit positum in extremitate huiꝰ mẽbri vnum, quod habet possibilitatẽ generãdi vocem. & assimilatur vni paruæ linguę. Et missę sunt eidem a musculo res, quæ dant ei diuersas dispositiones, vt possit generare diuersas voces. Et hoc iuuamentum est tantum propter bene esse, & nõ ꝓpter necessitatem: propterea ꝙ vox non est necessaria in eẽ nostro. Et in maiori parte facit natura hoc, quia facit in vno membro duo iu- D
uamenta, aut tria, quando debet esse hoc. sicut videmus ī narib⁹: quia sunt ordinatæ ad odorandum: & ad hoc vt sint propter mundificationẽ superfluitatũ cerebri. & in vna parte seruit virtuti expulsiuæ, & in alia parte seruit virtuti sensibili. Et etiã De vulua
iuuamẽtum vuluæ est vt defendat, ne puluis, aut fumus, aut similes res nociuę veniant ad guttur. & cũ hoc defendit, ne aer frigidus ingrediat ad membra anhelitus. & ideo quando multum inciditur ab ea, fortificat frigiditas ad pectus, & pulmonẽ, E
& apparet vt habeat muẽtionem in esse vocis. Et testificatur nobis ꝙ epi De Epiglo
glottis est instrumentum, quod ap- tide.
propriatur voci. quod est, quia cum sufflamus fortiter in cameram, vel cannam pulmonis alicuius animalis, egreditur vox extra ex ea, quę assimilat voci illius aãlis. Et fuit positum super hunc meatũ cooperimẽtum vnum ad defendẽdum a reb⁹, q̃ vadunt ad œsophagum, ne ingrediatur in ipsum, quia moriret hõ. Et propterea, quando intrat aliquid modicæ quãtitatis, amouet tussim. Ista sunt, quę sunt possibilia dici de iuuamento anhelitus. F

De iuuamentis Cerebri, & partium eius.

Cap. 20

ET virtutes cerebri, s. imaginatiua, & cogitatiua, & remmiscibilis, & conseruatiua, q̃us nõ habeãt mẽbra vel instrumẽta, ipsa tñ habẽt ꝓpria loca in cerebro, in quib⁹ manifestantur operationes earum. & ꝓpea de eis dicendum est. Et dicim⁹ ꝙ virtꝰ imaginatiua stat in ꝓpria cerebri: & illa est, q̃ retinet figuram rei, postq̃ separata est a sensu cõmuni. Sed cogitatiua plꝰ manifestatꝫ ī media

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dia camera.& per hanc virtutem cogitat homo in rebus, quibus pertinet cogitatio & electio, quousq; apprehenderit quod conuenientius est. Propterea non inuenitur hæc virtꝰ, nisi in homine:& animali bruto cõcessa fuit æstimatiua loco istius. Et locus virtutis reminiscibilis & conseruatiuæ est pupis,siue pars posterior capitis.Et inter conseruatiuam & remmiscibilem non est dria, nisi quia conseruatiua est conseruatio continua, & reminiscibilis est cõseruatio intercepta.Et dria,quæ est inter conseruatiuam vel reminiscibilem,& imaginatiuam,est quia imaH ginatiua præstat alijs formam rei sensatæ,postquam priuata est a sensibus:quare non est sensus.Et virtꝰ conseruatiua & reminiscibilis non sunt nisi ad conseruandum, aut ad faciendum reuerti apprehẽsionem illius figuræ. Et ex hoc apparet,ꝙ sunt magis spirituales q̃ imaginatiua. Et non est tradendum obliuioni, ꝙ quanuis cameræ cerebri sint membra, in quibus complentur operationes istarum virtutum, tamẽ inueniuntur earum radices in corde:&ꝙ illa loca non sunt illis, nisi sicut instrumenta,in quibus manise I stantur eorum operationes,Et sicut virtus visibilis dr esse in humore cristallino,quanuis sit in corde, vel in cerebro: sic istæ virtutes,& iuuamẽtum istorum locorum est ad temperandum eas fm modum,qui dictus est iuuamento cerebri ad alias apprehensiones. Et hoc declarabitur per viam,qua declaratum est illud: hoc est ꝙ virtutes istæ non laborãt, nisi cum calore intrinseco : & calor intrinsecus non aduenit eis, nisi cũ calore mensurato:ergo virtus datiua & mensuratiua de necessitate est K in corde:ergo radix istarum virtutũ est cor. Item,quia operatio imaginatiuæ non est,nisi ī signum,quod remansit ex sensatis in sensu communi, sicut declaratum est in libro de Anima:& ibi declaratum est, ꝙ locus & radix habitationis sensus communis est cor:ergo habitatiõis locus virtutis imaginatiuæ est ī cor de necessario. Et iterum,quia imaginatio est,quæ mouet animal,mediante virtute motiua voluntaria, manifestum est ꝙ motiua voluntaria est in corde:ergo imaginatiua ẽ L in corde.Et in loco, in quo est imaginatiua,de necessitate est cogitatiua:quia cogitatio non est nisi compositio rerum imaginatiuarum, & dissolutio earum. Et in loco,in quo cogitatiua de necessitate est, est reminiscibilis & conseruatiua:propterea quia propter ipsam sunt inuentæ. Et non est necessarium in videndo ægritudines istarum virtutum, & in ægritudinibus istarum camerarum cerebri, vt iudicetur propter hoc,ꝙ istæ virtutes sint solum in cerebro:sicut non est dicendum in videndo virtutem visibilem ægram, M qñ egrotat humor crystallinus, ꝙ virtus visibilis non sit principaliter, nisi in crystallino. Et tu vides iterum,ꝙ ægrotant istæ virtutes apprehensiuæ propter ægritudinem diaphragmatis:& non fuit aliquis, qui crederet ꝙ istę virtutes apprehensiuæ essent in diaphragmate, propterea quia non fuerunt ordinatę istæ camerę cerebri,nisi propter istas virtutes. Et fuit ordinata earum complexio ad faciendum illud,quod cõuenit istis virtutibus.& propterea ista virtus non manifestatur primo, nisi

Opatiões dictarũ virtutũ compleẽ in cameris cerebri, sed earũ radices sunt I corde.

Prima rõ.

Secũda

Tertia rõ

Rõsio ad rõnẽ cõ ꝙ excepit.

Secunda exceptio.

A nisi ī duabus cameris proprie, & ab ea vadunt ad duas cameras, q̃ sunt in parte posteriori per meatum,qui est inter vtrasq, : & sunt posita corpora in illo meatu,quæ aperiuntur, quando necesse est vt aperiantur ad intrandum calorem intrinsecum in illas:& postmodum clauditur in illis,sicut dictum est in libro Anatomiæ. Et quia cerebrum est mẽbrũ humidum liquidum, ideo ad custodiam ipsius positum fuit os cranei, & panniculi circundantes ipsum, sicut positæ sunt costæ pectoris ad cõ seruationem cordis.Et positum fuit B hoc rotundum:eo ꝙ hęc forma est melioris dispositionis aliarum omnium formarum, & maioris capacitatis aliarum:& quia a nocumentis remotior omnibus alijs exijstit.Et fuit positum cerebrum in altiori loco corporis in animalibus perfectis,ꝓpter sensus qui sunt ī eo:propterea ꝙ sensus, fm ꝙ dicit Gale.sunt custodia corporum:& rationis est, vt custodes sint in locis altis.

De Somno. Cap. 21.

ET iam declarauimus iuuamentum vniuscuiusq; membri, fm C ꝙ sufficiens nobis vr.& restat vt declaremus aliquas operationes, quę conseruant sanitatem. Et incipiemus ab operatione dormiendi:& faciemus te scire quid sit dormire, & in quo membro fiat hæc operatio, & quæ sit eius causa:eoꝙ est vna ex rebus necessarijs in esse animalium dormientium, & homo est vnũ ex his.& propterea priuatio huius operationis est vna ex rebus, quæ facit perdere vitam.& quando compleuerimus narrationem istꝰ virtutis cũ modico eius,quod sequitur ad hoc, tunc erit completa ista particula, & incipiemus loqui in alia particula D de ægritudinibus, & causis earum, & accidentibus ipsarum, si Deo placuerit. Et dicimus ꝙ dormire est ligamentum,& quies sensuum,& reuersio ipsorum ab instrumentis eorum ad partem intrinsecam corporis.Et istæ res per se notę sunt.& ꝓpterea transeunt res sensatæ super dormientes,& non sentiunt eas: & etiam videmus dormientem oculos habentem apertos,&non videbit.& si esset virtus visibilis in suo instrumento,tunc videret. Et non solum accidit hoc in hora dormiendi, sed E etiã accidit hoc,quando homo subtiliter sollicitatus est circa aliud,tũc etiam transeunt super ipsum multa sensata,& non sentit ea. Et post quam dormire non est,nisi reuocatio sensuum ad partes ꝑiores corporis,& est impossibile sensibus, vt mouentur in motu vniuersitatis corporis sine corpore vno, quod staret loco eius propriæ materiæ:& est manifestum ꝙ istud corpus est calor naturalis: ergo dormire necessario fit per caloris naturalis reuersionem ad partes intrinsecas corporis. Et testificabitur super hoc,ꝙ partes exteriores corporis refrigerantur,cũ F homo dormit.Et etiam operatio digestionis est fortior cum homo dormit:eo ꝙ calor naturalis, cum quo operatur natura in vigilando in exterioribus,vt det sensum& motum, reuertitur dormiendo ad partes intrinsecas corporis.Et postquam tũ summissio calor naturalis membris nõ fit nisi a corde,sicut dictum est superius:ergo reuersio ipsius tẽpore dormitionis non fit nisi ad cor:propterea quia a loco,vnde incipit motus, ad eundem reuertitur:sicut est ī domino:

Somni definitio.

Declaratio definitionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mino: quia ab eo res habent initiū, & ad ipsum reuertuntur. Et postq̄ declaratum est, q̄ somnus est quies sensuum, & cessatio suarum operationum propter reuersionem caloris naturalis, qui est eorū subiectū ad cor: etiam sciendum est, quæ sit causa istius reuersionis: propterea qa hæc res stat loco formę dormitionis, & loco vltimæ digestionis.

Et dicimus q̄ dilatatio caloris naturalis in partibus extremis nō est nisi propter augmentum quantitatis eius: & non fit propter augmentum qualitatis, nisi propter augmentum

H quantitatis, quæ est in eo: sed constrictio sua est diminutio quantitatis. & hoc fit necessario, dominantibus super ipsum frigiditate & humiditate: ergo somnus non accidit nobis, nisi quando infrigidatur & humectatur calor naturalis: propterea quia, quando acquirit humiditatē & frigiditatem, & reuertitur ad suā radicem, diminuitur a sua quantitate. Et propterea quia iuuamentum cerebri fuit, vt temperaret caliditatem & siccitatem cordis, necessariū

I est vt recipiat maiorem partē istius operationis a cerebro. Et hoc accidet, quando dominabitur super cōplexionem ipsius frigidam & humidam. & hoc non accidet ei, nisi quā do transmittitur eius cibus. & sīr quando accidit cibus cordi, acquirit frigiditatem & humiditatem. Et ꝓpterea q̄ hoc non accidit cordi vt i plutibus, nisi mediante cerebro, nos faciemus embrocationem super cerebrum vigilantium cum reb⁹, quę habent humectare. Opinabantur multi hominum, q̄ cerebrum esset solum proprium membrum somni. & non est ita. Et rationes, quę nobis ostenduntq̄ dormitio non fit ni K si per frigiditatem & humiditatem, sunt, quia nos videmus q̄ maior pars ciborum, qui faciunt dormire, sunt frigidi & humidi, sicut lactucæ, & similes: & cibi qui inducunt vigilias, sunt calidi & sicci. & causa materialis somni est vapor humidus, qui ascendit a membris inferioribus ad cerebrum propter aliquam causam generatus. & quando est in fine sui ascensus, ingrossatur a frigiditate cerebri, & recipit grauitatem ab alijs humiditatibus miscentibus se cum eis, quę ibi sunt. & quia non possunt L resolui, nec vlterius ascendere, descēdunt inferius ad membra, & oppilant meatus virtutum sensibiliū. Et somnus non aduenit multum animalibus post laborem, nisi propterea quia animalia, quando mouent & laborant, spargitur calor suus naturalis, & diminuitur quantitas sua & refrigeratur. & propterea reuertit de necessitate ad locum sui principij, & sui thesauri. Sicut fīr accidit ei res, quę impedit ipsum: quia reuertitur ad principium suum. & si cut homines exercituum, quando M accidit eis grande periculum, reuertuntur ad capitaneum. & propterea cor est istud membrum, quod vltimo refrigeratur tempore mortis. Et somnus est vna operatio naturę, quæ regit corpus animalis. Et ꝓpterea fuit somn⁹ necessari⁹ in animalibus perfectis, quia nisi esset somn⁹, perirent sensus propter nimium exercitium. & pereuntib⁹ sensib⁹, periret vita. Et inde est, q̄ citrinatur facies dormire non potentium, & lædunt eorum operationes, & proprie operatio virtutis nutritiuæ, & etiam exercitium sensuum est ex rebus,

A bus, quæ refrigerant calorem naturalem propter sparsionem suam ad partes exteriores. Et quando refrigeratur, reuertitur ad partes ſteriores, & diminuitur quantitas sua. Et est sciendum, q̄ hæc operatio, quauis ipsa non fit nisi propter aliquam ꝓmutationem complexionis factam in calore naturali, quæ est augmentum complexionis frigidæ & humidę, tamen veraciter efficiens hāc est virtus regitiua, quę est in corde: & calor, qui est in corde, hoc modo est suum instrumētum. Et propter hoc

B est hic natus locus inquisitiōis, hoc est cui virtuti animæ debet attribui hæc operatio. & vē q̄ debeat attribui virtuti sensibili, ideo quia crescit, & fortificatur propter hanc operationem: & non debeat attribui nutritiuæ, inquantum est nutritiua, ꝓpterea quia vegetabilia non dormiunt, eo q̄ non habent sensum. Et ista virtus est ex virtutibus sensibilibus appropriatis sensui communi. Et nos non attribuimus hanc operationem virtuti sensibili, nisi quia est vna rerum, propter quas conseruatur esse suum: quāuis tunc cesset.

C Istæ sunt illæ res, q̄ possunt dici in opationib⁹ oībus, quas hēt sanitas. Et de iuuamento istorum erit declarata res, quæ est necessaria in esse animaliū, & illa, q̄ non est necessaria

De complexionibus Temporum.

Cap. 22.

ET etiam membra virtutis nutritiuæ, & operationes illius, sunt necessaria in esse animalis, q̄ non est generatiua. & etiam sensus tact⁹ est necessarius. & propterea fuit priuatio istius virtutis mors ex necessitate. & anhelitus est etiam operatio necessaria. Et ex hoc apparet, q̄ res, quæ stant corpori hominis loco cō D seruationis, sunt aer, aqua, cibi: quæ non conseruant, nisi quando sunt super suum cursum naturalem. Et quia aer non est super formam suā naturalem, nisi propter operationē Solis & corporum cœlestium, cum eo fuerunt causæ, quæ stant corpori humano loco conseruationis, ipsa eadem corpora. Et nō complet hęc operatio in aere, nisi propter operationem solis in eo in quatuor temporibus, quæ sunt ver, æstas, autumnus, & hyems. & hoc est ex incessu ipsius in circulo obliquo. & propterea conueniens est Medico cogno- E scere naturam horum quatuor temporum: quia propter ipsa stat sanitas plus quā per alias causas. Et dicimus q̄ ver est tempus, in quo operationes nutritiuæ sunt perfectiores, & hoc non accidit nisi propter multiplicationē caloris naturalis in corpore: propterea quia calor naturalis est calidus & humidus. & dī q̄ complexio istius temporis est propter caliditatem & humiditatem: propterea quia speculatio ī complexione huius temporis est in comparatione ad corpus humanum: & operationes inuenum in hoc tempore F sunt perfectiores. *& propterea potest dici, quòd est tempus temperatum compatatum cōplexioni hoīs. Sed si tu diceres q̄ eē tpatū pp ꝓportionē qualitatū, ex quib⁹ est vna eū alia, hoc eēt falsum. quia vnaquæq; rerū, q̄ appropriat cōplexiōi, appropriat de necessitate dīnationi vnius qualitatis actiuæ, q̄ stat loco formę, & dīnatiōi vn⁹ qualitatis passiuæ, q̄ stat loco materiæ. & si ita nō eēt cōplexionatū, nō eēt vnū ī forma, imo eēnt duo. nec ēt eēt recepta vna opa

*Ver eē tē peratū in cōparatione ad humanū cor pus.

G tio in suo termino, si duæ qualitates contrarię dominantes essent sup ipsum ambæ æquales in potentia, vel in actu. quia ex duab⁹ reb⁹ in actu contrarijs non potest fieri vnum in actu. & etiam de duabus non cōtrarijs, sicut non fit ex duab⁹ lineis ī actu vna linea in actu. Et hoc non consenserūt multi ex eis, qui appropriant sibi Philosophiam hoc tempore, nedum Medici. & de hoc habebunt manifestam declarationē: quia nunq̄ inuenitur temperata cōplexio in proportione quatuor qualitatum, hoc est temperantia, quæ H est fm extremitates: sicut non pōt inueniri temperata complexio appropriata vni qualitati actiuæ, propterea quia quelibet actiua hēt gradum suæ operationis propter unam qualitatem passiuam ꝓpriā ei, quę stat ei loco materię. Et postq̄ declaratum est hoc, reuertamur ad illā, a quo separati sum⁹. Et dicim⁹ ꝙ ut ꝙ tempus æstiuum habeat in dispositione sua dominium caliditatis, & siccitatis. & etiam apparet ꝙ humiditas & frigiditas dominentur sup dispositione hyemis: & hoc est comparationē ad temp⁹ ueris, & complexionem hominis. Sed cōplexio au- I tumni, quia est media īter estatem & hyemem, opinatur ꝙ sit quasi in temperantia ueris. sed res est contraria, quia est in fine contrarietatis ueri: propterea quia est illud temp⁹, ī quo debilitantur uirtutes, & sunt cōfusæ, sicut uſ in uegetabilibus, & animalibus. & propterea dicendum est ꝙ frigiditas & siccitas dominentur super ipm, quæ sunt cōtrarię caliditati & humiditati. & q̄is non sit frigidum, multum prędominatur & siccitas. & usq̄ dico ꝙ confusus est in suis partibus: & Sol in illo est me- K dius nobis inter propinquitatem & longitudinem. & q̄is hæc eadem comparatio sit ī uere, tñ est magna dria inter istas duas comparationes ex parte preparationis naturalis: ꝓpterea quia uirtutes sunt in autūno in fine declinationis: & siccitas iam dominata est super oīa aīalia. & ꝓpterea non inuenitur aliquod iuuamentum in temperantia caloris ipsius temporis in reb⁹ gñationis. Sed temperantia, quæ est in uere, est cōueniens gñationi, & sedet super naturam, quę est conueniens gñatiōi. & hęc est humiditas. Et hęc tempo- L ra non hūt terminum stabilē gnaliter in breuitate & longitudine, sed diuersificantur in regionibus. & hęc diuersificantur in latitudinibus ipsarum. Et temperatior regio est illa, quę habet tempus autumni breue, & tempus ueris longum. & tales regiones sunt in quinto climate, & proprie quę sunt propinquę mari. Et autumnus in terris nostris Hispanię habet quasi duos menses, & sedet in principio quinti climatis. & sub lance diei non est tempus temperatum, secundum ꝙopinant⁹ multi hominum. & hoc declaratum est M alias. Nec etiam uerum est quod dicunt quidam, ꝙ quartum clima sit melius quinto. & Galenus sentit ꝙ temperatior regio est terra Græcorum. & inter alias temperatior est terra Hispanicis, & dicit ꝙ totum tēpus illarum terrarum est sicut tempus ueris. Deinceps declaratum est ex istis locis sanitas cuiuslibet mēbri ī omnibus quatuor causis, s. materiali, efficiente, formali & finali. & hęc fuit nostra intentio a principio libri.

AVER

AVERROIS COLLIGET

LIBER TERTIVS.

SVMMA LIBRI.

De Aegritudinibus, & Accidentibus.

De Aegritudinis definitione, & eius speciebus in generali.
Cap. 1.

D Efinitio egritudinis ē manifesta per definitionem sanitatis, eoꝙ egritudo est opposita sanitati. Et quia sanitas est vna bona dispositio in membro, cum qua agit actionem, quam habet a natura sua agere: & sil⁹ patitur passionem, quam habet pati per sūi naturam: fuit necessarium vt egritudo sit mala dispositio ī mēbro, ꝓp quam agit, & patitur contra naturam. Et necessarium est, vt faciamus in cognitione specierum ęgritudinis quod fecimus ī cognitione specierum sanitatis, hoc est vt narremus in primis quot, & quę sint eius species, & quę sint suę causę: & C posteā declarabimus quę sint actiones, & passiones nō naturales. & Medici vocant passionem accidens. Et quando nos hoc fecerimus, tunc cognouerimus egritudinem ꝓ omnes suas causas, quę sunt finis cognitionis rerum. & hoc totum poterimus cognoscere a cognitione sanitatis, quę a nobis prius dicta ē. Quoniam numerus specierum egritudinis est sicut numerus spērum sanitatis: & a cognitione sanitatis cognoscitur egritudo: q̄is opinatum sit ꝙ notiores sunt species egritudinum D multę egritudines habent nomina, & sanitates oppositę illis non habēt nomina: & tamen impossibile est cognoscere egritudines perfecte, nisi propter cognitionem suorum oppositorum. Et propterea dictum est ꝙ contrariorum eadem est disciplinā. Reuertamur igitur, & dicamus ꝙ propterea ꝙ dispositiones sanitatis membri habēt duas species: vna est bonitas complexionis membri, quę in membris inuenitur consimilibus: & alia est bonitas complexionis, quę est in membris officialib⁹: fuit necessarium dividere sil⁹ egri- E tudines secundum has duas species. In primis narrabimus egritudines membrorum consimilium, & dicemus earum causas efficientes, & materiales: & postea narrabimus egritudines membrorum officialium, & dicem⁹ earum causas. Et dicim⁹, propterea quòd membra consimilia non agunt, nec patiuntur secundum cursum naturę: nisi quando mensurę caliditatis, frigiditatis, siccitatis, & humiditatis erunt in illis cum proportione conuenienti in omnibus speciebus complexionis sanitatis: sicut narrauimus in libro F Sanitatis. Similiter ē necesse, vt sint egritudines illorum membrorum ipsis egredientibus ab ipsis mensuris proportionaris in vna qualitate vel duabus ex illis, quę possunt combinari. ergo species egritudinis istorum membrorum sūt octo, videlicet frigida, humida, vel calida, sicca, vel calida, & humida, & calida, & sicca, aut frigida & sicca, & frigida, & humida. vt non solum est intelligendum de primis qualitatibus, sicut dicit Gal. sed etiā de qua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G libet qualitate, cum qua operat membrum suas opationes, sicut duricie & mollicie, & his similibus qualitatibus propriis membris, & impropriis. Et spēs harum egritudinū primo inueniuntur in membris consimilibus, secundo in compositis pp consimilia, sicut dictum est in spēbus sanitatis. Et istarum octo specierum quædam sunt materiales, & q̄dam non. Sed difficile est imaginari ægritudinem materialem eē simplicem ppea quia ægritudines materiales sunt compositæ: quia nulla H ægritudo materialis lædit operationem, nisi pp aliam nō materialem, quæ superuenit membro a calore, vl a frigore.

a Histor membrorū.

De causis ægritudinum in generali.

Cap. 2.

DEinceps volumus dicere causas earum. Et dicimus q̄ occasiones materialiū egritudinū sunt humores quatuor, quando egrediūtur ab eorum temperantia in quantitate, aut qualitate. Et hoc accidit aut a parte materiæ, aut a parte efficientis. & hoc est, ppea quia membra non permanent super complexionem sanitatis, nisi quando sanguis, qui aduenit eis, est in quantitate, & qualitate in proportione temperata in caliditate & frigiditate. Et I hoc accidit, quando membra, quæ efficiunt nutrimentum, stant super complexionem sanam: & cibi qui aduenium corpori, sunt naturales, & recipiuntur in quantitate conuenienti, & ordine debito, & tempore conuenienti. Sed quando sunt secūdum contrarium, tunc non sunt solum causæ materiales ad gñandum in corpore istos humores, sed etiam inducunt membra facientia nutrimentum ad malam complexionē. K & tunc dr, q̄ humores exiuerunt a natura a duabus partibus, videlicet a parte efficienti, & a materiali sil. Et plures erunt cibi naturales, & reciuntur fm ordinem naturalem, vt dictum est. Sed res extrinsecæ acq̄rent membris efficientibus malam complexionem, & gñabūt tales humores: & illæ sunt sicut aer, exercitium, & similia. & tales sunt exeuntes in quantitate, & qualitate. & tales sunt euenientes a mala complexione in radice creationis membrorum agentium in nutrimento. & tales accidunt causa parētum, qui exiuerunt a sua complexione, & ex prę L paratione prima in creatione. q̄m plures hoies sunt similantes se adinuicem in creatione eorum & regimine, tñ variantes se in accñtibus, quia tales sunt multarum ægritudinum, & alij paucarum ægritudinū: & tales multorum annorum, & alij paucorum annorum. Et pluries accidet hoc a mala complexione fixa in principio generationis membrorum efficiētium. Et plurimum hęc talis complexio est hæreditaria: qa ab istis primis præparationibus accidit, quod videmus etiam de simi M litudine multorum hominum adinuicem in forma, consuetudine, & accidentibus ægritudinum in paucitate & longitudine annorum. Et postquam diximus causas humorum distemperatorum vniuersaliter, deinceps narrandum est, quomodo fit generatio uniuscuiusque istorum, & quot sunt ægritudines, quæ generantur ab eis.

De

N *De causis ægritudinum material. um calidarum, & siccarum.*

Cap. 3.

ET incipiemus ab ægritudinib⁹ calidis & siccis materialibus. Et dicimus q̄ ægritudo calida & sicca gñat ex cibis calidis & siccis distemperatis: vel quia recipiuntur in multa quantitate, aut nimis diminuuntur: aut quia recipiuntur super ieiunium, quia quando recipitur cibus post multum ieiunium in stomacho & hepate, permutabitur ad calorem & siccitatem fortem, & inducet stomachum, & hepar ad eandē complexionem: & tunc erit facta o peratio eorum ab ambabus partib⁹ supradictis: & sanguis, qui generabitur ab hoc cibo, erit calidus & siccꝰ, & distemperatus: & multiplicabit i ipso cholera in multa quantitate, & distemperabitur in multa qualitate: & tunc impedietur operatio fellis, & non poterit attrahere cholerā fm debitam quantitatem, & sic remanebit imbibitus ex ea. Et illud est, eo q̄, quando exit cholera a via sua naturali in quantitate, vel qualitate, aut in ambabus simul, & tūc C remanet cholera influxa in sanguine. & quando nutrientur membra ex illo sanguine, exibunt paulatim a sua complexione naturali ad malam complexionem calidam, & siccam, & generabuntur multæ ægritudines calidæ cholericæ, & similia accidentia venienna membris a rebus extrinsecis, sicut ab aere calido, & a multo exercitio, & vigilia, & accidentibus animæ, quæ habent calefacere, sicut ira, & furor, & cogitationes cordis, & his similia. & causa fortior, quæ est istarum causarum plus aliarum rerum, est aer, & ars. & aliquando erit causa istatum oppi- D latio pororum qui sunt in cute, per quos euaporat calor & retinet: & cō culcabit calor intꝰ, & faciet qdꝰ dictum est. Et aliqñ erit hoc a cōplexione naturali, vel radicali. Et cholera non naturalis, q̄ fit in corpibus supradictis, hēt quatuor spēs. Vna spēs est, q̄ assimilat vitello oui, qdꝰ natū est in illa die. Gale. dicit in plurib⁹ locis, q̄ hæc spēs est calidior naturali: quia ps ignea in hac spe dñatur plus. & dicit q̄ eius grossities est pp nimiam caliditatem & ebullitionē, ob quam rem hēt ista secū istū calorem igneum. Et alij medici E præter ipsum, dicunt q̄ hæc est minoris caloris naturali. & dicunt, q̄ grossities ipsiꝰ est pp alicuius mixtionem phlegmatis. & fm hoc debet esse rubedo ipsiꝰ infra rubedinē naturalem. & est contra illud, quod dicit Gale. & nos videmus q̄ ita nō est, vt dicunt. Ad hoc fm illos debet habere cum sua grossitie aliquantulum viscositatis, sicut debet habere corpus humidum mixtum cū corpore calido. & sensus visus in hoc adiuuat Gale. Et secunda spēs hēt colorē autichalchi, vel citri: & gñat F ab humiditate aquæ admixta cum ipsa. & sine dubio hoc infra sistit in caliditate a cholera naturali. & egritudines, q̄ siūt ex hac specie, & vitellina fm illos, qui dicunt q̄ fit grossa pp admixtionē phlegmatis, nō sunt enumerāde cū egritudinib⁹ calidis & siccis simplicib⁹, sed cū cōpositis. sed ægritudines vitellinæ fm Gale, sunt positæ in vltimitate caliditatis & siccitatis. & pōt eē q̄ hęc cholera est cholera, quā notat Gale. cholerā rubeā. Et aliæ duæ spēs sunt sicut prassina, & eruginosa. & dē q̄ ambe

Opio Auī. prima pri mi. c. de humoribus.

G gñantur in stomacho. & mihi vr q Gale. non appropriet eas choleræ simplici: quia dicit in lib. de Virtutibus naturalib⁹ q istę duę spēs gñantur a cholera vitellina mixta cū alijs humoribus: & q hæ duę species sunt compositæ. & manifestū est q gñantur in stomacho fm eos. Et stomachus per suam naturam non habet gñare choleram naturalem, nec non naturalem, quia qd gñat naturalem, generat nō naturalem, qñ corrumpit ipsius complexio: qa ipsius complexio intenditur aut remittitur. ergo prassina & eruginosa

H non habent hoc nomē, nisi equivoce. Et vr q cā istarum gñationū est q qñ cholera egreditur a sua natura in caliditate & siccitate, pp sparsionem ipsius ad stomachum, tunc remiscetur cum alijs humoribus, & proprie cum melancholia: & ibi recipit aliquam speciem putrefactionis, & peruenit ad talem complexionem. & ppea assimilatur isti humores veneno, & proprie eruginosa. Et ægritudines, quę ꝓueniunt ab his, sunt incurabiles, ppea quia non recipiunt digestionem, nec permutantur a colore naturali: imo corrum-

I punt formam specificam ipsius, sicut corrumpit venenum. Deinceps volumus declarare, qualiter gñant egritudines cholericę: & incipiem⁹ a febre cholerica sefraria. Et dicamus q, postquam dictum est q febris est calor, qui continet totū corpus, qui lædit actiones & passiones membrorum omnium, ab hac parte apparet q est calor extraneus. & apparet ex parte, qua manifestatur in ipsa operatio caloris intrinseci digerendo humores, & recipit sanationem, & non est sicut calor extrane⁹ qui inuenit in corporibus mortuo- K rum, ob hoc apparet, q etiam est naturalis. & est veritas, quia est calor naturalis mixtus cum aliqua qualitate caloris putredinalis. Et adhuc, postquam calor iste spargitur, & cōtinetur per totum corpus p arterias dicimus p hoc, q subiectum propinquum istius caloris est cor: & ppea est impossibile ipsum esse totum extraneum. Et ꝓpterea quia calor cordis est ille calor, cum quo membra faciunt omnes suas operationes, necessarium est, qñ recipit aliquam permutationem, vt lędantur omnes eorum operationes. Ergo definitio L Febris de

febris est hęc, q est calor compositꝰ ex calore naturali & extraneo putredinali misto a corde ad totum corpus, & lædit omnes actiones, & passiones. Et dicimus, q iste calor est permutatio caloris naturalis permutati in quantitate, & qualitate operandi in corpore operationes non naturales, aut in materia non naturali. Deinceps volumus dicere q cæ generationis istiꝰ caloris sunt eędē cum causis generationis caloris extranei: saluo q in hoc calore sunt equales. & si ita non esset, ergo esset M extraneꝰ absolute, quia res attribuit extraneo dominanti. Et iam declaratum est in Quarto Meteororum, q cā efficiens putredinē ista duobꝰ modis. Vnus est calor extrinsecus, ppea quia iste calor spargit, & extra lare facit calorem intrinsecū: & maxime, qñ est cū forti qualitate. & qñ spargit calor intrinsecus, sicut cōuenit tpe magni caloris, qui regit materiam gñatam ī illa materia calor extraneꝰ: & maxime si sit humida, quia humiditas de facili ꝑmutat a rebus extrinsecis: quia difficile esset

esset

A effici p seipsam. Aliꝰ cā est efficiens p accns, hoc est frigiditas. quia qñ dominat sup calorē intrinsecum, extinguit ipm: & tūc gñat sup materiam loco istiꝰ caloris naturalis aliū calorem extraneū. Et ibi declaratū est, q eius naturale non ꝑmanet in suo esse, nisi qñ virtutes agentes dominant sup patiētes. Et qñ debilitatur istę virtutes reginuæ, & dominatur virtutes extrinsecæ, tunc tendit

eius ad viam ꝓ impfectionis. Et cāę, quę adiuuāt ad gñāndum calorem extraneum, illæ eędem sunt cum illis, quę adiuuant ad extinguendum

B calorem naturalem. & hoc fit, quādo subiectum est ꝑparatum ad recipiendum istam gñationem extraneam: sicut sanguis ex quo gñatur cholera, qui egreditur a natura in quātitate, aut qualitate: aut pp multitudinē sanguinis, aut pp ipsiꝰ grossitiem, aut viscositatem. quia p hoc refrigerat calor intrinsecꝰ, & extinguit, sicut faciunt multa ligna hūida, qñ ponunt sup ignem. Et etiam oppilatio pororum adiuuatad hoc: quia resistit euentationi caloris intrinseci. & accidit hoc, sicut accidit

C igni; qñ non habet euentationem, qui cito extinguit, vel debilitatur: sicut tu vides q carbonarij tegūt carbones cum terra, vt ignis non transeat p omnes ꝑtes carbonum, & faciat ex eis cinerem.

De generatione Febris cholerę sefrariæ.

Cap. 4.

ET postquā declaratum est vlr quid sit febris, & vlr cāę suæ gñationis, dicendum est quomodo gñatur febris cholerica, quę dr sefratia. Et dicam⁹ q, fortior causa in gñatione istius febris est, quādo dominat complexio sanguinis in cali-

ditate & siccitate. Et hēt ꝑparationē D vt gñet in eo talis calor, aut pp ꝑparationē superfluitatū tertiæ digestionis, q est in mēbris: sed grossities, & viscositas, & oppilatio venarū non imaginant in operationes ith⁹ febris, nisi diceret in cholera vitellina fm illos, qui dicunt contra Galenū: aut pp q̄tatē suā. Et debes scire q non est in hoc cholera absoluta, ita vt sit ps mēbri hōis, excepta cholera, q stat in sacculo fellis fm quosdam: sed natura expellit eam a membris sanguineis, qñ separat ab eo. sed ppea est impossē opinati q subiectum se- E brium sefrariatum sit cholera absoluta: sed est sanguis, aut hūiditas, in qua dñatur cholera. Et ppea potest recipe digestionem, & reuerti ad suam naturam: quia non denudat a sua forma specifica. Sed qñ separat ab eo cholera absoluta incōtinenti expellit a natura. & si separat ab eo res, q habeat potestatē recipiēdi digestiō nē, nutrient ex eo mēbra. Et nō est posse vt cholera recipiat aliquā digestionē. quia nō est posse illi rei, q trā siuit terminū decoctionis, vt redeat ad terminum decoctiōis: sicut non est posse vt assum reuertat ad elixū. F nec ét in ea est aliqua ps, ex qua possint mēbra aliquo mō nutriri. & dico hoc de naturali, sed si sic de naturali, quanto plus de nō naturali. Et illi qui solū sunt Medici, qui dicunt q cholera est cibꝰ alicuiꝰ membri, sunt q dicūt q quatuor hūores sunt elementa mēbrorū cōsimiliū. Et ego nolo laborare plus in qōnib⁹ cū eis: quia ego declaraui hoc pfectæ ī libro Sanitatis. Et ppea quia calor extraneus generatur in humiditate quę est extra naturam cum debilitate caloris intrinseci: dico q nō ē cū

G excessu naturalis caloris, sicut opinat Gale. in multis locis. Sed ppea q̄ humiditas est velox ad putrefactionem: ppea quia calor intrinsec⁹ plus laborat ad ipsius corruptionē: quia illa non hēt a se rē, q̄ eam consumat. Et si confiteret Gale. q̄ omnis calor extrane⁹ eēt purredinalis, caderet piculum magnum in dictis Aristo. ppea quia quilibet calor extraneus fit fm ipm primo, & substātiam pp calorem aut frigiditatem. & q̄n debilitat calor naturalis pp frigiditatem, tunc dñatur humiditas, & fatigatur calor intrinsecus in
H dñando super ipm, & fit putrefactio pp calorem extraneum supuenientē. Sed q̄n cā caloris extranei fit a calore, tunc supuenit mēbris assatio, vel combustio, sed non putrefactio. ppea ergo non est ex necessitate vt oīs calor extrane⁹, aut oīs febris sit putredinalis, & maxime causis. & ēt, q̄n calor extrane⁹ gñatur in locis, in quib⁹ fit digestio, & in locis, ī quib⁹ fit ps mēbrorum in actu, & aggregantur ibi superfluitates existētes in natura distemperatæ similes cholerę in qualitate, aut distemperatæ in q̄titate, ēt erunt illæ humiditates, q̄
I sunt in corpore occasione cholerę, & inuentæ loco digestionis. Et manifestum est q̄ locus maioris digestionis est locus digestionis secūdę, qui est hepar, & venæ: & alter est locus digestionis tertiæ, & illa est in membris. Et propterea spēs harum febrium sunt duę: vna quę est in venis, & altera quæ est in mēbris, hoc est in locis digestionis tertiæ. & in libro Prognosticorum declarata est dfia istarum duarum febrium. Et sunt ēt aliæ febres, quæ sunt appropriatæ puræ cholerę: & tales etiam appropriatæ sunt cholerę non puræ. & ibi declarabo differentiam vnius ab alia. K

De ægritudinibus cholericis localibus.

Cap. 5.

ET postq̄ declarauimus vt quo modo fiunt febres cholericæ: deinceps volumus loqui, & narrare qsio fiunt ęgritudines cholericę locales, quę nominant alguase: in Lanuo dicunt apata cholerica: & in Greco erysipelata. Et dicimus q̄ hęc apostemata generant in membris duob⁹ modis: vno, q̄n expellit ad aliud membrum humor cholericus, L & tunc pp eius quantitatē fit dilatatio in mēbro fm oēs dimensiones. Et ppea dr q̄ elmare, siue erysipelas, & similia sunt composita ex morbis consimilibus & officialibus. Et causa expulsionis istius humoris est pp fortitudinem virtutis expulsiuæ in membro mandante, & pp debilitatem eiusdem virtutis in membro recipiente. Et non fit, sicut dicunt grossi, q̄ fit pp fortitudinem retentiuæ membri recipientis. Verum ad hoc multum adiuuat largitas viarum cum suppositione patiēus membri: & maxime q̄n membrum expel M lens est supius, & recipiens inferius: & maxime q̄n humor est grossus & terrestris. & q̄n fuerit incineratus, & fuerit in membro, tunc pp illā quātitatem calor intrinsecus in eo suffocabitur, & generabitur calor extraneus in membro extraneo: saluo si humor non esset in vltimitate ficcitatis. Et si apostema istud generatur in aliquo membro principali, aut prope ipsum, procedet ab eo calor ad cor, & generabitur febris fortis, & si non erit prope membrū principale, non faciet febrem: & possibile

A sibile erit vt tendat ad mortem. ET alio modo generat, quando mēbrū non potest digerere cibum qui ei mittitur, nec ipm permutare in quātitate aut qualitate, nec ipm potest expellere: tunc materia augmentat in membro illo taliter, vt recipiat dilatationem in omnes tres dimensiones: & extinguitur eius calor naturalis eidem mensuratus, & gñatur in eo calor putredinalis pp necessitatem materiæ extraneæ. ET istæ ægritudines, quę dicuntur erysipelata, sunt duarum specierum. Vna est quę dicitur erysipelas rubor⁹. & apparet ab hac specie, vt sit mixta cū
B multo sanguine propter rubedinē quam habet: & non facit in membro magnum tumorem, & non est dolor eius acutus. Alia species dicit erysipelas formicularis. & in ea plus domi natur cholera: & propterea inducit pustulas, & corrosiones. ET ali quando ista non apparent, nisi in cute: & aliquando est fixa in substātia membri, & illa peior ē. & potest esse vt fiat in concauitate alicuius membri, sicut in stomacho, aut in intestinis, & lędet ipsius opationes sine apostemate manifesto.

De ægritudinibus frigidis & humidis materialibus. *Cap. 6.*

C ISTę ęgritudines fiūt, ppter phlegma, quod est extra naturam in quantitate, & qualitate. ET causę generationis istarū sunt oppositę causis, ex quibus gñantur ęgritudines cholericę. & manifestiores istarum ęgritudinum sunt febres phlegmaticę, & apostemata, quę dicūtur zinniç. Quod vero plus adiuuat ad generationem harum febrium est oppilatio, quę fit propter grossitiem istius humoris, aut viscositatem. ET vt fit hęc puttefactio per viam extinctionis caloris intrinseci: sicut extinguit ignis a superpositione lignorum viridium. & cum extinguitur intrinsecus, augmentatur extrane⁹ in materia extranea. & ista febris fit ex hoc humore in venis, & in tertia digestione membrorum. ET isti⁹ humoris exeuntis a natura sunt quatuor spēs. Vna est salsi, & est ficcior naturali: propterea quia salsugo ei aduenit a substantia terrestri adusta mixta cum aliqua humiditate, sicut apparet in generatione salis. D
Alia est acetosi. & quāuis sit ficcū, tamen est frigidum: propterea quia E
acetositas generatur a frigiditate. Dulce est calidius, sicut est videri in acetosis fructibus, qui post acetositatem acquirunt dulcedinem. ET vitreum est deterius omnibus: quia hēt cum frigiditate multam viscositatem. ET species febrium phlegmatis diuersificantur secundum diuersitatem harum specierum. & quando nos tractabimus de febrib⁹, tūc de hoc loquemur lato sermone. ET species phlegmatis melius recipiūt digestionem q̄ cholerę, fm q̄ quidam dicunt q̄ recipiunt spēs cholerę digestionem. Sed febres, quę fiūt F
a phlegmate, sunt periculosiores febribus cholerę propter grossitiem phlegmatis, & propter oppilatiōes, quę fiunt ab eo, & quia interpollatio earum est valde breuis, secundū q̄ dicam post. Sed apostematum phlegmaticorum quędam sunt, q̄ fiunt a phlegmate subtili, & quędā a phlegmate grosso: sicut sunt apostemata, quę nominantur scrophulę. & ipse nascuntur in carne glandulosa, sicut in collo, subascellis, & inguinib⁹. Et hęc materia, quę est in-

 clusa

G clusa in apostematibus, est dura valde: & sunt ex apostematib⁹ glandulosis, q̃ sunt grossitudinis grani pini vel nucis. & hoc efficit ī locis carnosis. Et isti⁹ gñis sunt verucæ, & claui. & ex apostematib⁹ malis, q̃ appropriata sunt grossitudini humorum & exeũtiũ a natura, q̃ nõata sunt, adubelati in Arabico. & inuenit in istis apostematib⁹ substãtia similis feci, & stercori, & luto, vel carboni. Et maior pars istorũ aβatum composita est ex duobus humoribus, s. ex phlegmate, & melancholia. Et

H aβata appropriata ꝓprie phlegmati, sunt aβata nõata in Arabico cala. & dicunt ꝙ huius spẽs sunt quatuor, s. lutosatum, mellitarũ, vitreatum, & pultesatum. Lutosę fiunt ex phlegmate grosso. Mellitæ fiunt ex phlegmate putrido habẽte int⁹ substantiam mellis. Et aliæ duæ spẽs fiunt sisr ex phlegmate mellito. & ex phlegmate fiũt, & quædã a ventositate: sicut accidit in illis, q̃ fiunt in extremitatib⁹ hydropicorum: & multę alię ęgritudines, quas narrabimus, cum loquemur de accẽtib⁹, quæ superueniunt actionib⁹, & passionibus membrorum.

Vide tres spẽs libro tumorib⁹

I

De causis Aegritudinum frigidarum & siccarum materialium. Cap. 7.

IStæ ęgritudines fiunt ab humoribus melancholicis, qui egrediuntur a natura in q̃titate, aut qualitate, aut in ambab⁹ simul. & q̃ faciunt humores istos egredi a sua natura, sunt materię, q̃ sunt similes eis, sicut cibi frigidi & sicci, aut calidi et sicci: aut q̃n exeunt membra ab eorũ cõplexionib⁹ ad frigiditatẽ & siccitatẽ, vel ad caliditatẽ & siccitatẽ distemperatam. Et exeũt ẽt a suis complexionib⁹ ꝓp res extraneas, sicut ꝓp ætem, & exercitium. Et aliquando accidit a generatione, sicut accidit leprosis. & maior pars talium fit ab hæreditate, aut propter coitũ cum menstruata in dieb⁹, quos dixit Zacharam: quia lepra illa a beneficio medicinarum curam non recipit, nisi fiant tempore etisis annorum, quod natura ordinauit. & hoc testificatur mirabilis Zachiaram. & ego expertus sum. Et quando multiplicantur isti humores in corpore, splẽ conatur eos attrahere & requit, aut propter quantitatem, aut malã qualitatem, aut propter vtrunque, tunc remanent cum sanguine, & vadunt ad membra. & quia membra abominãt eos, correctionem eorum facere nõ possunt. quare ex eis generantur ęgritudines difficilis curationis. Et cholerę nigræ exeuntis ī quãtitate a natura sunt duę spẽcies. vna est propter adustionem melancholię naturalis: & alia spẽcies est ex adustione cholerę non naturalis. Et istæ spẽcies generantur a multo calore & intensa siccitate, q̃uis remaneant per earum naturam frigidę, & miscentur cum eis calor extraneus extra naturam multum. Et ꝙ signi

M ficat hoc, s. ꝙ complexio earum sit talis, est earum acetositas. quia quãdo spargunt sup terrã, fermẽtãt ipsam. & vnaquæq; istarum spẽrum inducit corrosionẽ in mẽbris, & aliq̃n fistulas, & maxime q̃ fit ab adustione cholerę. Et ęgritudines, quę fiunt ex humorib⁹ istis, quędã sunt febres, quędã aβata. & febrium, quę in eis fiunt, quędam fiunt in secũda digestione, & quędam in tertia. & quod adiuuat generationem istarũ est oppilatio pororum cum grossitie humorũ, & difficultas digestiõis.

Et

A Et apostemata, q̃ dicunt sclerotica, fiũt ex melãcholia naturali & adusta, & aliq̃n cancer. sed q̃ fiunt ā naturali, semp sine vlceratione sunt, & q̃ fiunt ab aduslioẽ nõ naturali cũ vlceratione. & aliq̃n spargitur hæc materia super oĩa membra, & tunc fit lepra. & ppea dicitur, ꝙ lepra est ãcer vl'is. Et istius duę sunt spẽcies. quia quędã est cum vlceratione, & quædam sine. & quæ fit cum vlceratione, est de melãcholia, quæ est extra naturam. & phlegma salsum, & sanguis secundum quosdam recipiunt adustionem.

b

De causis Aegritudinum calidarum & humidarum materialium. Cap. 8.

IStæ ęgritudines generantur propter exitum sanguinis extra naturam in quantitate, aut qualitatẽ. Sed exitus ipsius in qualitate debet dici paucus: quia q̃n exit multum, debet attribui ægritudo nomini illius ægritudinis, ad quã declinauit, & illi cui dominat' manifeste: hoc est, quia q̃n inflammantur nimis, dẽt attribui cholerę: & sic de alijs. Et debes scire ꝙ ęgritudines simplices non fiunt ex humoribus simpli

C cibus istis: & maxime ex illis, qui non recipiunt digestionẽ, nec sunt apti nati recipere ipsam. quia quãdo cholera, vel melãcholia simplex dominatur singulariter & simpliciter, fiunt ægritudines ex eis, quę nullo mõ habent curationẽ, sed nominantur simplices ꝓp humores in eis dominantes: sicut nominant' compositę, q̃n apparent in eis, & videntur duo humores, aut plures dominantes. Et maior pars ęgritudinũ, quæ generantur ex sanguine, sunt febres, & apostemata. Et ipsius febris sunt species duæ. Vna fit propter augmentum quantitatis solũ. & ꝓp illud augmẽtum quantitatis clauduntur pori, & inflammat' sanguis, & fit hęc species febris. & hæc febris in suo principio non est putredinalis. Sed si Medicus fuit negligens ī eius curatione, fit putredinalis. & hęc spẽs est media inter ephemeram & putridam. Et alia species fit ꝓp aliquã putrefactionem. Et fe- Daf Synobres, quæ fiunt ā sanguine, fiunt in cha. idẽ. 3. omnibus venis: ppea quia non est Theisir. sanguis in actu in corpore, nisi ī ve- tra. 1. c. 4. nis, & non habet interpolationem Vide 4. manifestam. Sed apostemata, quæ Coll. 51. fiũt ex hoc humore, sunt quæ dicũtur phlegmone. & fiunt plus ꝓpter distemperantiam in quantitate, q̃ in qualitate. Et diuersificantur ista apostemata propter maiorem profunditatẽ & minorem. & qđ est minoris profunditatis, est leuius. Sed sanguis, qui currit ad membrum, si distemperatus sit aliq̃n in qualitate calida, fit erysipelas phlegmonodes: eo ꝙ tunc est cholericus propter inflammationẽ cholerę. & hęc

E

D

F

VIrtus expulsiua impeditur in vesica propter oppilationem, q̃ fit in ea, sicut ex apostemate, aut humiditate grossa, aut a lapide, & tunc constringitur vrina. Et aliquando constringitur vrina propter impedimẽtum virtutis expulsiuę. Et aliquando fluit vrina propter dominationẽ virtutis expulsiuæ. & hoc accidit ꝓpter vlcerationem ipsius vesicę, quę fit propter qualitatẽ mordicatiuã, quæ est in ipsa vrina. Et aliquando
H accidit ꝙ vrina exit sine voluntate, & sine dolore. & hoc accidit, quando paralyticatur musculus, qui est ī collo vesicæ. Et de hoc loquemur, quando narrabimus accidẽtia, quę accidunt virtuti voluntarię mobili. Et maior pars accidentium, quæ adueniunt istis duobus membris, deuenit vltimo ad vlcerationem: & in principio sui aduentus nominatur scabies, quę fit propter malam cõplexionem materialem propter malos humores, qui sparguntur ad ipsam. Et debet hoc accidere ei, eo ꝙ
I est via & receptaculum superfluitatum corporis, & hypostasis ipsius.

De accidentibus superuenientibus membris generationis, sicut testiculis, virgæ, & uulvæ.

Cap. 29

QVando virtus digestiua priuatur in testiculis, aut diminuit, tunc non faciunt sperma aptum ad generationem. Et hoc accidit ab vna specierum malæ complexionis, quia q̃ dominatur multum in calore & siccitate, tunc comburitur sperma. Et similiter si dominatur in frigiditate, & siccitate, aut humiditate per se, aut in frigiditate K
per se, non decoquitur sperma, sed remanet subtile aqueum. Et quædam ex istis complexionibus sunt tales a principio generationis, & nõ recipiunt correctionem: & quædam sunt per accñs, & corrigũtur. Et quã doq; priuantur operationes istorũ membrorum propter apostemata, aut incisionem suspẽsoriorum suorum, aut propter malitiam, quę in eis superuenit in mẽsura, aut in passione, sicut est in herniosis. Et hoc accidit propter largitatem neruorum, ad quos suspensi sunt testiculi L
propter humiditatem superfluam, & rẽlaxantur illi nerui, & descendũt intestina ad bursam testium. Et potest esse vt descendat ad bursam vẽtositas, aut aquositas. Et aliquando accidit hęc ęgritudo propter rupturam, quæ aduenit huic foramini. & hæc est deterior. & multę alię maneries inueniuntur in libris practicorum. Sed uirtus expulsiua priuatur ī virga propter oppilationem suorũ meatuum, aut propter debilitatem, aut laxitatem, aut quia accidit in eius forma mala figura, q̃n indurat, M
& hoc accidit, q̃n læsa est chorda, q̃ sustentat erectionem ipsius, aut ꝓp multam siccitatem, aut quia ingrossata est ex apate simili lapidi. Q̃m vulua fuit creata ꝓp gñationem, & quia est via superfluitatum secũdę digestionis: iõ accñtia, q̃ huic membro aduenirunt, istis opationib⁹ adaptantur. Et in vulua suat quatuor
C virtutes, ſ. attractiua, retentiua, digestiua, & expulsiua. sed loco digestiuę debet poni conseruatiua. & hoc est conueniens, quia propria virtus est conseruatio embryonis. Sed operatio virtutis discretiuæ non est manifesta

A festa in ipsa: quia nõ est credendũ, vt nutriatur ex eo quod colligitur ī ipsa. Et quãuis hic cadat magnum dubium, hic non soluetur, sed hoc relinquetur libro de Animalibus.

Sed attractiua, & retentiua, & expulsiua sunt manifestæ in ipsa. & ꝓpte rea volumus narrare accidentia, q̃ superueniunt vnicuiq; earum. Et dicimus, ꝙ quando debilitatur, vel priuatur virtus conseruatiua, quam diximus esse propriam sibi virtutem, tunc minuetur, aut priuabitur conceptio. & hoc accidet aut ꝓpter malam complexionem materialem,
B aut non materialem. Et quæ est nõ materialis, quædã est, quæ est a prĩcipio generationis, & illa nominat sterilitas: & quędam est, quæ est per accñs. Et quidã dixerunt ꝙ hoc fit, ꝓpter dispositionem corporum cœlestium. sed hoc ego nõ video, nec affirmo. Sed via, qua lędunt istæ malæ complexiones sperma in vulua, est eadem cum illa, qua mala complexio testiculorum lędit sperma ī eis. quod est, quia quando ista mẽbra erunt calida & sicca, tunc comburet in eis sperma: & quando erũt
C frigida, tunc infrigidabitur, & fiet aquosum curſibile. Et quando impeditur virtus retentiua matricis, aut debilitat, tunc erit causa abortiẽdi. & causa impedimenti illius virtutis est humiditas lubricatiua pro maiori parte. Et quando debilitatur virt⁹ expulsiua illius, habebit difficilem partum, quemadmodum superfluitas expulsiuæ est causa abortionis. Et quando virtus attractiua diminuit, aut priuat in ipsa, est causa diminutionis, aut priuationis conceptus. Et aliquando lędunt omnes istæ operationes in vulua propter apostema, quod fit in ea, aut ꝓpter D
ęgritudinem, quę suffocatio matricis appellatur. Et ista ęgritudo non lædit solum operationes matricis, sed etiam operatiões membrorum totius corporis: eo ꝙ hęc ęgritudo fit in hoc membro ex humore simili veneno, & facit fumum, qui resistit propter malam suam formam calori naturali, sicut faciũt venena. & fit ab hoc priuatio omnium priuationum vitæ, & ferè cor pulsatione priuat. Propterea quia hoc accidens accidit vt plurimum mulieribus, quę remotæ sunt a coitu, *ope E
ratur ad hoc putrefactio, quę hoc accidens mouet collecta in eis. & fit ꝓp corruptionem spermatis, propte rea quia illarum sperma pręparatũ est illi corruptioni. Et ego dico, ꝙ nõ est impossibile vt gñet in malis corpib⁹, & eorũ substantia vnus humor similis veneno, & maxime in hoc mẽbro: eo ꝙ loc⁹ est, & receptaculũ supfluitatũ corpis, q̃ pręparatę sunt recipere corruptionem. & aliqñ incarcerant ita, ꝙ non recipiunt correctionem, & sanationem. & si ceciderit ad manus perfecti Medici, recipiet sanationem. Et huic mẽbro accidunt ęgritudines positionis, ita F
ꝙ priuant ab eo oẽs suę operatiões: quia paralyticat, aut egreditur de loco suo, & suspendit. & aliquando est causa istius ęgritudinis saltus, aut percussio, & aliquãdo est humiditas lubricatiua. Et ex reb⁹, q̃ resistunt malicis naturę, vt non concipiat, est ęgritudo noiata mola. & ista ęgritudo fit ꝓp defectum virtutis informatiuę in spmate. & hoc accidit aut ꝓpter corruptionem membri, aut ꝓp corruptionem materię. Et tũc gñat ī vulua quoddã fruſtũ simile fruſto

car-

*a.l. opinatur ꝙ putrefactio, q̃ hoc accidens mouet, collecta in eis, fit ꝓpter. Non est ꝓpse gñati ī corpore humoe simili veneno.

G carnis. & venter mulieris similatur ventri pregnantis, donec abortit. & aliquando accidit vt natura ipsam digerat,& conuertat ipsam in hũiditatem,aut ventositatem. Sed accidentia,quę adueniunt sanguini mẽstruo, sunt eadem accidentia, quę accidunt digestioni venarum.& ꝓpterea superfluitas fluxus sanguinis fit propter vnam duarum rerũ, aut propter debilitatem virtutis retentiuæ in venis, aut propter augmentũ expulsiuę,aut propter ambo simul. Sed defectus virtutis retentiuę prouenit ab vna ex specieb⁹ malę com-
H plexionis. & augmentum virtutis expulsiuę fit aut propter mordicationem humorum,aut propter quãtitatem eorum.Et causę constrictionis sanguinis sunt oppositę causis supradictis: saluo ꝙ ex rebus vna, quę debilitat virtutem expulsiuam, aut ipsam priuat, sunt oppilatiões, quę fiunt in venis propter grossiciẽ sanguinis, aut propter suam viscositatem. Et tempus naturalis purgationis menstrui breue est vnius diei, & longum est septem dierum.Et tẽpus breue interpolationis mẽstrualis est viginti dierum, longum est
I triginta dierum.

De expulsiua plurium membrorum.

Cap. 30.

ET aliquando adueniunt accidentia virtutis expulsiuę vni membro solum, & aliquando toti corpori. & quę adueniunt toti corpori,sunt sicut tremor,rigor, & alices,& similia.Et accidentia,quę adueniunt vni membro soli,sunt sicut tussis pulmoni, & sternutatio cerebro,& oscitationes ori, & ructus, & singultus stomacho.Et nos narrabimus causam vniuscuiusq; istorum.

Et nos non appropriamus hęc accK dentia animę nutritiuę, nisi propterea ꝙ non sunt voluntaria: quis voluntas habeat in aliquibus earum aliquam inuentionem. Et dicim⁹ Tremoꝙ tremor,& rigor sunt motus virtutis expulsiuę in musculo propter expulsionem humoris lędentis,calidi tate sua,vel frigiditate. Et ꝙ ita fit, nobis ostenditur. quia tales tremores aduenium corpori ꝓpter res extrinsecas:sicut si subito super corp⁹ spargatur aqua calidissima:quia ex hac prouenit rigor.Et aliquãdo accidit horripilatio,aut tremor.&hoc accidit propter aerem frigidum, & L aquam frigidam. & cum istę causę erunt debiles, tunc fiet rigor: & in maiori parte tunc accidit in febribus.& quando erunt fortes,tunc accidet tremor, & tamen non potest fieri tremor,nisi precedat rigor: & maxime qui fit ꝓpter humores calidos in febribus. Sed qui fit ex humoribus frigidis phlegmaticis, aliquando accidit, sicut dicit, tremor absq; putredine. & hoc accidit solũ in speciebus vitrei phlegmatis. Et Medici dicunt ꝙ ille,qui fit ab humoribus calidis,est fortior,quia humor est magis mordicatiuus.& qui fit a frigore, est minus mordicatiuus. Et nos videm⁹ ꝙ fit cõtrarium huius in rebus extrinsecis, quia aer frigidus dat hoc accidens vehementer,& aer calidus nihil, sed horripilationem bene facit.propterea dicitę ꝙ fortis tremoris causa est cõclusio caloris naturalis in partibus intrinsecis,& infrigidatio membrorũ exteriorum: quia tunc mouetur natura ad expellendum illud, quod est suum contrarium, siue calidum,siue frigidum. sed frigidum est plus con-

Rigoris dehinc.

Argumẽtũ contra Medicos. secundũ.

M Obra Medicos de rigore.

A contrarium.Sed tremor,qui fit ī hora mortis,est motus virtutis expulsiuę propter impotentiam sustentandi membra. & propterea extinguit calor intrinsecus,& ex toto resoluitur.& assimilatur ille motus motui qui non habet principium, nec finem,nec causam, sed solum defectum:sicut videtur in motu flãmæ candelæ,& in casu foliorum arborum propter consumptionem.Et ꝓpterea,quando aduenit aliquid naturæ ab extrinseco,quod sit mortiferum,ipsa expellit tunc corporis superfluitates propter terrorem:sicut accidit illis,qui decapitantur. Sed tussis est motus virtutis expulsiuæ in pulmone propter expulsionem rerum,quæ lędunt instrumenta anhelitus cum aere, qui egreditur secũ, & propter adiutorium pectoris. Et ob hoc patet,ꝙ virtus volũtariã habeat aliquam inuentionem in hac re:quanuis natura ipsa violentiam inferat. Et efficiens causa tussis est vna ex speciebus complexionis male materialis,vel nõ materialis. Sed tu
B materialis fit propter humorẽ, qui stillat a cerebro, sicut accidit a reumatibus:aut a re,quę prouenit a pe
C ctore ad pulmonem:aut a spõdilis, sicut propter apostemata, quæ sunt in ipso pectore : aut propter rẽ quę generatur in ipso pulmone, sicut apostemata,aut vlcerationes: aut ꝓpter sanguinẽ, qui egreditur ab eo, & exit sanguis ab eo propter venã fixam in eo.& hoc est periculosum. Et aliquando exit sanguis a pulmone per viam resudationis, eo ꝙ istd membrum est vaporosum.& aliqñ currit sanguis ad pulmonem a partibus pectoris.Et Medici dixerũt, ꝙ cuidam homini accidit fortissima tussis, & cum tussi proiecit vnũ D lapidem,& incontinenti fuit inde liberatus.Et adhuc dicunt,ꝙ est vna species tussis,quæ fit propter mucilagines, quæ nascũtur in pulmone. Et aliquando res extrinsecæ mouẽt tussim,sicut pulvis,& fumus,& lana spinarum,quæ dẽ lana canina, halicacabus.Et etiam complexiones nõ materiales mouẽt hoc accidens.saluo ꝙ virtus expulsiua non est nata laborare pro illis,sicut pro materialibus:sed mouetur hoc motu per accidens. Et propterea quia illud,qđ quæritur a pulmone, est vt moueat ad expellendum illud, quod ipsi no E cet, concessa fuit ei a natura bona virtus sentiendi.Et quando sentit rẽ lędentem tangendo ipsum,tũc mouetur virtus expulsiua,quæ est in illo. Et sicut mouetur pulmo ad hoc propter complexionem materialẽ, sic etiam mouetur propter complexionem non materialem:quia non habet a sui natura facere nisi hoc. quia res, quæ fiunt a natura, fiunt duob⁹ modis, aut necessitate,aut iuuamento.Sed accidit tñ raro,ut hoc accidens fiat a rebus extrinsecis,quę non sequuntur viam naturę. sicut F dictum est,ꝙ vnus homo habebat fortissimam tussim, & vnus Medic⁹ ex experimentalibus præcepit ei vt clauderet os,& incontinenti fuit liberatus. & in alio præcepit vt stringeretur collum, & fecit,& liberatus fuit.Et quandoq; accidit tussis propter compressionem,quæ fit pulmoni ab alijs membris,sicut fit in apostemate hepatis: aut propter nimiã, vel superfluam satietatem. Et sternutatio est motus virtutis expulsiuę in cerebro propter mundificationẽ superfluitatum,quæ fiunt in eo.pro

pter

G pter hoc, aliquando mundificantur superfluitates corporis, & pectoris, & pulmonis. & aliquando ex sternutatione expelluntur aliquę ex superfluitatibus, quę sunt in ore stomachi. & propterea fortis sternutatio aliquando mouet vomitum. & hũc motum aliquando facit virtus expulsiua, quando humor sui qualitate mordet meatus narium. propter hoc, res appositæ naribus acutæ ꝓuocant sternutationem. Et si tu q̃reres, si hæc superfluitas prouenit a cellulis cerebri ad nares, & mouet sternutationem: Respõdem⁹ ꝙ hoc
H raro contingere potest. Et ructus, ꝓpter expulsionem fit ventositatis, q̃ est in stomacho a virtute expulsiua.

Et alyces fiunt propter motum virtutis expulsiuæ in membris propter expulsionem superfluitatis fumosę, quæ est in membris. Similiter oscitatio est extensio musculorum mãdibularum propter expulsionem superfluitatum fumosarum. Ista sũt accidentia, quę superueniunt operationibus virtutis nutritiuæ, & illis, q̃ appropriantur ei.

I *De accidentibus superuenientibus virtuti Sensibili. Cap. 31.*

DEinde volumus narrare accidentia, quę superueniunt virtuti sensibili. & a simpliciori incipiemus, vt a virtute sensibili. Et dicimus ꝙ, quanuis virtus sensibilis præceps communis sensibilitatis sit in corde, vt dictum est, non tamẽ completur eius operatio manifeste nisi ī cerebro, nucha, & neruo. Et propterea hæc mẽbra, quæ dicta sunt, sunt frigidæ complexionis, & humidę substantiæ, & sunt passibilia: nec est eorum dominatio, sicut dominatio cordis. & ideo fit, vt maior pars accidentium, quæ superueniunt K
operationibus sensibilibus, sunt a pte cerebri, nuchæ, & nerui. Sed cordi non potest accidere ęgritudo, propter quam proueniat priuatio harum virtutum, eoꝙ mors antecedit: quanuis non sit impossibile vt accidat ipsis a corde aliqua debilitas, & diminutio. & * ascendit hoc, ꝙ si in cidatur vna ex magnis arteriis alicui ex membris, diminuitur sensibilitas illius membri. Et adhuc videmus ꝙ priuatur sensus & motus, q̃n syncopizat. & etiam fit magnus tremor, quando homo multum timet. L
Et nos non facimus demonstrationem istius, sicut facit Gal. de incisione nerui: quanuis declaratum sit, ꝙ cor habet inuentionem in operationibus harum virtutum. Et adducimus probationem a loco essendi & non essendi pro melioratione probationis. & quia ita est, dixerunt Medici ꝙ causę aduentus accidentium super has virtutes sunt a cerebro, & nucha, & neruo. Et tamen cum tu curas ista membra, caue ne obliuiscaris curam cordis, sicut dictum est in libro Sanitatis. Deinde volu- M
mus narrare accidentia quæ accidunt sensui tactus, & postea dabimus eorum causas. Et dicim⁹ ꝙ, hęc virtus est de genere virtutum passiuarum, quia illa patitur a quatuor qualitatibus, quæ dominãtur in ea. Ipsius accẽtia tot sunt, quot sunt accidentia aliarum virtutum: hoc est quia corrumpitur penitus, sicut in membro paralytico: aut diminuit̃, sicut in stupore: aut permutatur in malam qualitatem, sicut est in sensu doloris. Sed priuatio sensus in toto corpore est mors de necessitate. sed priuatio in vno membro, & dimi-

* al. euenit.

A minutio in toto corpore possibilis est. Et causæ, quæ faciunt hæc accidẽtia, sunt de necessitate mala cõplexio materialis, & non materialis. & mala complexio, quæ ipsa facit, est in cerebro, nucha, aut neruo. Et est perserutandum, si hæc accidẽtia fiunt ab octo speciebus malæ cõplexionis, aut a parte earum. Et dicimus ꝙ quædam istorum membrorum sunt frigida & sicca, sicut nerui: & quędam frigida & humida, sicut cerebrum, & nucha. & quia ita est, ista membra patiuntur a frigidi
b tate, aut a frigiditate & humiditate vt plus. & propterea sunt causę istorum accidentium istæ duæ res. Sed ꝙ mala cõplexio calida hoc faciat, non est impossibile. quia iam declaratum est, ꝙ operatio alicuius mẽbri, non completur nisi per calorem mensuratum & temperatum. & nõ est dicta ex qua qualitate exeat temperantia. & si accidit, est de raro cõtingentibus. Nec etiam est impossibile, vt hoc accidat propter siccitatem: quia nos videmus decrepitos, qui valde parum sentiunt. sed si ꝓuenit a siccitate, remotum est vt fiat
C subito. Et postquam qualitas frigida, inquantum est frigida, est causa horum accidẽtium, pro maiori parte existens coniuncta cum humiditate, aut non coniuncta: cuius humiditas sit preparata ad hoc agẽdum, eo ꝙ facit relaxationem, propterea quando est composita cum caliditate, remotum est vt fiat hoc accidens. sed non dicimus ꝙ sit impossibile, sed difficile est inuenire complexionem materialem solum humidam, nisi sit coniuncta cum caliditate, aut frigiditate: quia quod facit hoc, non est nisi humor extra naturam. Et humor nõ est nisi aut D
frigidus & humidus, aut frigidus & siccus, aut calidus & humidus, vel calidus & siccus. Et postquam dictum est, quæ species complexionis pro maiori parte est causa hmõi accidẽtis, dicendum est quomodo accidunt super has operationes. Et dicimus ꝙ hęc mala complexio, quãdo fit in cerebro, sequitur ex ea diminutio sensibilitatis in toto corpore. Sed quãdo fit in cerebro, fit in ipso primo & substantialiter, aut fit ꝓpter communicationem, quam hẽt cum ore stomachi. Et quando fit in
vno latere cerebri, fit in latere cor- E
poris hoc accñs. Et sic quando generatur aliquis malus humor dominans in aliquo neruo, tunc priuatur, aut diminuitur sensus illius mẽbri, cuius proprius est ille neruus. Et humor potest generare in neruo duobus modis. Vno, fit ab humore, a quo nutritur neruus ipse, & tandẽ paulatim nutrietur, donec acquiret malignam complexionẽ. Alio modo, vt non sit humor in neruo, sed infusus in humore ipsum circundãte. Et aliquando accidit hoc accidens neruo perforato propter oppilationem: & oppilatio fit aut ꝓpter F
apostema, aut propter humorẽ grossum, aut propter compressionem. Et quamuis hæc ægritudo sit morbus officialis, tamen etiam est consimilis: quia post apostema, & grossiciem humorum, & compressionem sequitur mala complexio. Et quando istæ causę fortificantur, erũt causę ꝓuationis sensus in vno mẽbro, Cs doloris est prima qualitas ꝓ quo vide 1. Thesir tr. 9. c. 19.
aut in pluribus, aut in toto corpore. & cum causę istę sunt debiles, sunt causæ diminutionis sensus. Sed q̃n permutantur ad malum, hoc est vt

sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sit mala sensibilitas, quę nominat dolor, prouenit a mala complexiõe calida, aut frigida materiali, aut nõ materiali. Et dolor fit, quando non dominatur hęc mala complexio super totum membrum. & illa complexio nominatur a Medicis mala complexio diuersa. Sed quando dominatur super membrum totũ mala complexio, tunc nõ sentit ipsam aut sentit stupide. Et causa huius quare membrum non sentit ipsam aut sentit stupide, non est nisi propter complexionem suam naturalẽ. Et quando fiet in parte ipsi⁹ mala complexio extra naturam, sentit ipsam per remedium bonæ complexionis. Et quando bona complexio erit permutata tota, tunc non sentiet dolorem, quia non erit cum eo causa sentiens, & erit membrum sicut mortuum. Et quælibet qualitatum passiuarum potest dare accidens hoc membro. propterea quia istę qualitates pro maiori parte habent plus pati quàm agere, sicut caliditas & frigiditas plus habent agere q̃ pati. * Et solutio continuitatis non est causa doloris, sicut dicit Gale. sed solutio continuitatis est causa complexionis, quæ facit dolorẽ. quod est, quia solutio continuitatis est cum malo motu, & conueniens est vt talem motum sequatur mala complexio. Nec sunt etiam causæ doloris duę res simul, videlicet solutio continuitatis, & caliditas & frigiditas, sicut dicit errans Auicenna. quod est, quia declaratum est iam ī lib. de Anima, q̃ iste sensus sentit primo inter sensus omnes, ſ. quatuor qualitates, hoc est calidum, frigidũ, siccum, & humidum. ergo dolores non fient, nec sentientur ab eo sensu, nisi quando multum superabit sua propria sensata, sicut accidit a-

H

lijs sensibus. Sicꝫ quia oculus nõ dolet nisi propter superfluitatem colorum, quando exeunt viam temperatam vel mediam, & sic lingua cum saporibus, auditus cum sonis, & odoratus cum odoribus. Et si accideret huic sensui tactus dolor propter solutionem continuitatis, tunc esset suum proprium sensatum substantiaꝫ solutio continuitatis solum. Et sicut oculus dolet propter superfluitatem colorum, propterea quia suum sensatum est de genere colorum, & non res, quę sit contraria colori. Sed solutio continuitatis est, ꝓpter quam accidunt qualitates superfluę: & anima sensibilis non est nisi ad qualitates. Et Gal. etiam hoc cõfitetur, qñ dicit q⁹ vola manus non fuit facta in fine temperantiæ, nisi ad apprehendendum contraria. Et ad hoc apparet, q⁹ superfluitas contrariorum est causa doloris, qui fit in sensu, eo q⁹ parum & multum de necessitate sunt sub eodem genere.

I

Et delectatio, quę est contraria dolori, non est nisi comprehensio sensati temperati, & similium: sicut delectatur sensus tactus ex aqua calida, & visus ex coloribus viridibus, & gustus ex saporibus dulcibus, & auditus ex amenis vocib⁹, & odoratus ex odorib⁹ aromaticis. & quasdam delectationes præcedit molestatio, & illę sunt delectabiles naturę, & quędam sunt absq; molestatione ꝓcedentę. Dolorum quidam fiũt in toto corpore, & quidam fiunt in vno membro, sicut dolores, qui fiũt in stomacho, vel hepate, vel capite, vel intestinis. Et nos loquemur de manifestionib⁹, & dicemus eorum cás.

K

Probatio maioris põnis a simili, i. q̃ fit ab eo q̃ est in gñe, quod sensibile.

L

Vide 1. lib. 4. primo. Contrariorum.

M

Secũda rõ assignatur. Nota rõ, q̃ Rabi Moyses ait pro. 9. dubio. 2. impressa. Gal. op. 5 sequ. Auic. de doloribus, q⁹ vel secũdum ꝓ de loca affecta.

* Contra opio Gal. opinantis cãm doloris cẽ tiñ solonẽ cõtinui in libro dMorbis & symptomatis. Vid. 1. pfimi doc. 2. su. 2. c. 19. Rõ cõtra Ga. & Aui.

A causas. Et dicimus q⁹ dolores, qui fiunt in capite, qui nominantur in Arabico soda, causę eorum sunt absq; dubio, aut ex mala complexiõe calida eorũ, aut frigida: & sunt, aut materiales, aut non materiales. & hęc mala complexio potest fieri primo in substantia cerebri. & aliquãdo fit propter communicationem alterius membri, sicut propter stomachum. Et horum quidam sunt, qui perseuerant longo tempore, sicut dolor oui: & fiunt paroxismaliter. & hoc fit propter malos humores, qui generantur in cerebro succesiue: & sic permutatur sua complexio ad malum ad generandum hunc humorem semper. & per eandem viam currunt omnes ęgritudines chronicæ: quia illę permutant complexionem in membris, & acquirunt dispositionem gñandi malos humores. Vnde earum curatio est difficilis, aut ipossibilis, sicut est dolor hemicranię. Et materia, ex qua fiunt aliquę hmõi ęgritudinis species, aliquando est in sanguine arterali. & conuenit hoc, quia curatur ęgritudo, quando incidit̃ arteria. Et hæc ægritudo fit propter duas malas complexiones, videlicet calidam & frigidam. sed non est materialis: quia illa, quæ non est materialis, lõgo tempore durat. Et membra cõfucta dolorosa sunt intestina, & stomachus. & hoc accidit propter digestionem, quæ est in eis manifesta multum, quia errant sæpe. Et causę, quę faciunt dolorem, ipsis, aut sũt cibi ventosi, aut humores grossi, aut melãcholici. & dolor, qui prouenit ab eis, est multum fortus, & chronicus. & aliquando fiunt dolores fortes propter humorem cholericum.

B

C

D

E

F

Sed humores, a quibus procedũt dolores chronici in intestinis, sunt aut humores grossi frigidi, sicut phlegma vitreum, & eorum similes: & humores calidi. Sed dolores, qui continent totum corpus, sunt: illi, qui dicuntur labores. & sunt trium specierum secundum Medicos. vnus dꝰ vlceratiuus, alter extensiuus, & alter apostemosus. Et quidam istorũ fiũt a rebus intrinsecis, & quidam ab extrinsecis. & vlceratiuus fit penitus ꝓpter humores. & qui fit propter multum motum, fit propterea, quia dissoluuntur ex corpore humiditates ꝓpter ipsum motum. & illud accidit propter causam humoris materialis, qui est in corpore malæ qualitatis. Sed aliæ duæ species lassitudinis sunt vna, nisi quia diuersificant̃ fm magis & minus. quia quando superfluit dolor extensiuus, fit apostemosus. Et causa, quæ similiter facit hos duos dolores, est humor, aut motus magnæ lassitudinis. & ille, qui fit ꝓpter humores, fit necessario propter multitudinem humorum, si sint distemperati in qualitate, aut non. Et multitudo humorum attribuit̃ duabus rebus: aut vt sit multitudo per accidens, hoc est propter defectũ virtutis: aut vt sit multitudo ꝑ se: aut ꝓpter ambo. Et multitudo humorũ quantitatiua cum sanitate virtutis nominatur repletio secũdum locũ: & multitudo, quæ est cum vno malorũ accũmũ, noĩat̃ repletio fm virtutẽ, qđ̃ est, qa virtutes ipediunt̃ ꝓ maiori pte ppẽ gritatẽ, & qualitatẽ. sed cũ illo ipedimẽto necessario cõiungit̃ malitia qualitatis, & illis pp̃ appropriat̃. Et aliqñ fiũt isti dolores pp̃ malã cõplexionẽ calidã, aut frigidã sine materia. Et gñaliꝫ accidunt

G dolores in corpore causa apostema tum, accidentium causa grossorum humorum. Et propterea quia sensus, qui dicitur desyderium, est proprius oris stomachi, videnda sunt accidentia, quæ eidem superueniũt.

De accidentibus superuenientibus virtuti appetitiuæ. Cap. 32.

ET dicimus, ꝙ accidentia superueniunt huic operationi, secundum ꝙ accidunt alijs, aut ꝙ permutatur, aut diminuitur, aut corrumpitur. Et accidẽtia diminutionis sunt sicut accidentia corruptionis. & illud, quod corrumpit appetitum, aut H diminuit, est de necessitate vna ex speciebus malæ complexionis non materialis, aut materialis, ꝙ̃ fit primo in membro patiente, aut per cõmunitatem, quam habet cũ aliquo membro. Et complexio, quę fit in membro, qualis dicitur operatio ista, est calor extra naturam. Sed quidam opinantur ꝙ frigiditas est causa magis propinqua dandi appetitum quàm auferendi: propterea qa hæc operatio, quæ est in hoc membro, iuuatur, & completur per frigiditatem, & acetositatem, quæ ei ttã I ſmittitur a splene. sed quando hæc frigiditas vltimatur, est causa priuationis istius operationis. Nec est dicendum, ꝙ acetositas, inquantum est frigida, adminiculetur huic operationi: sed inquantum est acetositas, est causa stimulans ad bonum. Et similiter quando dominabunt humiditas & siccitas, impediẽt hãc operationem. quod est, quia nullũ membrum agit, & pãtitur naturaliter, nisi propter complexionem temperatam in quatuor qualitatibus. Sed læsio, quæ fit propter colligantiam cum alio mẽbro, est sicut mala complexio', quæ prouenit a cere- K bro propter neruum colligantem vtrunq;. Et aliquando accidit hoc propter repletionẽ corporis ex multis superfluitatibus. & propter hoc non indigent membra cibo. quod est, quia appetitus non fit, nisi quando dissoluuntur ex nostris corporibus res, quæ debent restauran per similе. & non est contra Gale. vt fit vna causa sensus istius mẽbri, quòd membra, quando carent nutrimento, trahũt ab hepate, & hepar ab ore stomachi, & tunc fit desyderium in os stomachi, & nituur restaurare L illud, quod dissolutum est ab eo, & alijs membris. Et motus attractiõis in stomacho per modum appetitus & sensus, est contrarius motui attractionis, qui fit per modum nutrimẽti solum. quod est, quia ille, qui fit p modum nutrimenti, est attractio oris stomachi ab hepate. Sed attractio, a qua prouenit motus desyderij in stomacho, est attractio hepatis ab ore stomachi. Et nos non sumus locuti de hoc, nisi quia vnicuiq; membro necesse est vt restauret per simile, quod ab eo dissoluitur: & tamen nullum ex alijs membris sentit euacuationem rei, quæ dissoluit M ab eo. & si ita est, nullum membrũ sentit euacuationem hanc, nisi per hoc membrum. & est eorum seruiens in hoc. Aut pòtest dici ꝙ dissolutio, quę fit in ipso, quasi colligata dissolutioni aliorum membrorum in eo, ꝙ est membrum eorum, & ipsa habent trahere ab eo. Sed propterea quia fortificatur desyderium huius membri, quando dissoluuntur a membris humores, & debilitatur, quando non dissoluuntur: apparet ꝙ hoc fit, propterea quia inter ipm &

A & alia membra fit similitudo, & societas substantialiter, & non per accidens. Et est hoc membrum, quasi fit species omnium membrorum, qua ipsa debent sentire hanc resolutionem. sicut nos videmus, ꝙ membra sentiunt per neruum etiam in locis, quę non sunt neruosa, & sicut discernit lingua cibos conuenientes ab inconuenientibus toti corpori. Et propterea quia sensus ist⁹ membri, & desyderium istius est substantiæ calidæ & siccę, sicut est cibus, vel frigidæ & humidæ, sicut est aqua: fuit necessarium vt venirent accidẽ B tia istis duabus speciebus. & iam diximus causas corruptionis. & diminutionis appetitus calidi & sicci. Sed causa corruptionis appetitus frigidi & humidi fit propter hãc complexionem in eo exuberantem. propterea dicunt Medici ꝙ corruptio appetitus cibi, fit per calidum & siccum superfluens in membro. Et corruptio appetitus potus est, per frigidum & humidum exuberans in ipso. & vniuerſãliter hoc non fit nisi propter malam complexionem frigidam & humidam, aut frigidam solum: quia difficile est imaginari, C ꝙ hoc fiat propter malam complexionem calidam & siccam: saluo ꝙ opinatur ꝙ ab hoc etiã venire possit in fine febrium ardentium, quando appropinquatur morti. Sed corruptio istius operationis, aut eius exitus a cursu naturali fit propter qualitatem, aut quantitatem. Et qd fit propter quantitatem, sicut appetitus augmentandi comedendi multum, est propter vnam duarum rerum: aut propterea qua corpus est nimis dissolutum, sicut in conualescentibus, qui habent fortiorem appetitum digestione: aut propter fri- D giditatem multam oris stomachi. quod est, quia istę operationes, secũdum ꝙ dictum est a Medicis, iuuantur, & complentur frigiditate temperata. & quando fortificatur, tamẽ non fit *vltima, quia tunc quidam *a.l.vltra. appetitus falsus fit. Et aliquando accidit, vt hæc mala complexio sit nõ materialis, & aliquando est materialis, sicut propter humorem acetosũ, aut melancholiam. Et quod fit propter malam complexionem materialem, dicitur caninus appetitus. Sed causa superfluitatis appetit⁹ frigidi & humidi est de necessitate, ꝙ- E pter malam complexionem calidã & siccam, materialem vel non materialẽ. Et materialis, quæ facit hoc accidens in hoc membro, est cholera, aut phlegma sãlsum. Et hæc mala complexio, quę fit in hoc mẽbro, aliquando est primo proprie in eo, & aliquando propter communitatẽ alterius membri: sicut est hepar, & pulmo, & alia, sicut diximus superius, quòd sensus membrorum propter dissolutionem calidi & sicci ab eis causa est attractionis eorum. eodem modo accidit in appetitu frigi di & humidi. Et debes scire, ꝙ aliqñ F eueniunt mala accidẽtia virtuti expulsiuæ, aut attractiuæ propter priuationem sensus membri. quod est quia virtus non expellit pro maiori parte, nisi quando sentit rem ipsam lędentem: sicut accidit intestinis. qa quãdo diminuitur, aut priuatur eorum sensibilitas, accidit eis vna species cholicæ. & similiter quando diminuitur, aut priuatur sensibilitas oris stomachi, priuatur virtus attractiua, quę est in stomacho.

G *De accidentibus superuenientibus virtuti Motiuæ voluntarie. Cap. 33*

ET postquam sumus locuti de accidentibus, quę aduenium sensui tactus, deinceps narrandum est de his, quæ accidunt motui voluntario. propterea quia vt plus, q̃n vnus corrumpitur & alter corrumpitur, excepto quando accidens est vniuersale toti corpori. sed quando est particulare in vno membro, possibile est vt stupefiant, aut priuetur ambo simul, & possibile est vt priuetur vnus, & alter remaneat. Et hęc est sententia Gale. & hoc conuenit H cum eo, quod dictum est in causa sensus, & motus. quod est, quia calor, cum quo fit sensus, nõ est idem cum eo, cum quo fit motus, & diuersitas, quæ est in eis, non est nisi mẽsura temperantię in vnoquoq; ipsorum calorum propria his duabus operationibus. Et propterea fuit necessarium, vt sit complexio neruorũ motus alia a complexione neruorum sensus: propterea quia ipsi nerui habent temperatum calorem, cũ quo fiunt istæ operationes. & ꝓpterea priuatur sensus, quando incidit neruus sensus, & remanet motus. & I quãdo inciditur neruus motus, aut percutitur, priuatur motus, & remanet sensus. & quando inciduntur ambo, aut percutiuntur, priuantur ambæ operationes. Et quando aduenit hoc accidens toti corpori, fit apoplexia. & quando accidit vni membro fit tunc paralysis. Et tu scis per teipsum omnia accidentia ex accidẽtibus accidentium supra mẽbra motus per ea, quæ præcesserunt. & sic accidit, quando priuat virtus nerui vocis, quia tunc priuatur vox. Et quãdo priuatur virtus diaphragmatis, suffocatur homo vel in omnibus a- K lijs motibus volũtarijs: sicut accidit in motu musculi vesicæ, aut in musculo ani. quia tunc egrediuntur superfluitates humidæ, & siccę sine voluntate. Et propterea quia tu scis ab aho loco loca nerui, & colligantiam quam habent cum quolibet membro, tu poteris cognoscere, quando fuerit læsa operatio alicuius mẽbri, per quem neruum fuerit læsa. Et accidentia, quæ veniunt instrumentis motus, sunt tribus modis sil'r, aut vt priuentur eorum operationes, sicut in apoplexia, aut paralysi: aut vt diminuantur, sicut in stupore, & dor- L mitione: aut vt operationes permutentur ad malas, sicut in tremore, aut spasmo. Et nos volumus dare causas vniuscuiusq;. Et dicimus, ꝙ causæ diminutionis motus, aut corruptionis ipsius sunt illę eędem causæ cum causis corruptionis sensus. Et debes hoc sil'r scire, quod dictum est superius de communicatiõe cordis. & sil'r quod dictum est in speciebus malæ complexionis, quæ facit hoc accidens, sic debet hic intelligi.

Et scias ꝙ tremor est motus compositus, qui fit in membro: eo ꝙ virtus animalis motiua pugnat cũ virM tute declinatiua, quæ est i membro trahente membrum ad se. propterea fit in his motus contrarius aliquando superius, quando fortificat' virtus motiua: & aliquando inferi', quando fortificatur virtus declinatiua. Et causa istius accidentis est vna ex speciebus malæ complexiõis, & vt plus accidit propter malam cõplexionem frigidam & humidam, quia neruus non debet lædi, nisi ꝓ istas vt plurimum. Et spasmus, qui dicitur in Arabico tasueg, est cõtra-

A tractio nerui in se, & decurtatio suæ longitudinis, propterea ꝙ contrahitur, & colligit. Et illud accidens aduenit membro propter duas res, sicut accidit in rebus extrinsecis, & in chordis, & in similibus. & istæ duæ res sunt, aut mala comlpexio calida dominans supra membrum, ꝓpter quam colligitur, & contrahitur, sicut chorda in magno æstu: aut mala complexio humida materialis, q̃ implet neruum, & distendit ipsum: & propterea crescit latitudo, & diminuitur longitudo secundum ꝓportionem extẽsionis latitudinis necessatio. Et ista repletio, & distẽsio, quæ B fiunt in membro, fiunt propterea ꝙ illa humiditas cõuertitur in substãtiam aeream. & ob hoc neru⁹ laboriose eam continet, sicut nos videmus in vtre vini bullientis. & accidit propterea, quia partes aereę indigẽt maiori capacitate partibus aqueis, aut terrestribus. & ob hoc, quando res humidæ conuertunt' ad siccitatem, tunc nerui colliguntur & contrahũtur: sicut accidit cotrigijs quę calefiunt ad ignem. & quando conuertunt' ad aereitatem, augmentat' C eorum quantitas. Et scias ꝙ hęc est indigentia necessaria propter superfluam humiditatem, quæ accidit in neruo, ad hoc vt extendat', & crescat fm omnes dimensiones, non vt contrahatur, aut colligatur. Et vtinam ego scirem, quare extenduntur in latitudinem, & non in longitudinẽ. Saluo quia potest dici, ꝙ extensiones, quę fiunt in latitudine, vincũt, quando fit collectio extensionum, quæ fiunt in longitudine: & propterea contrahitur neruus de necessitate. Et Gale. non sentit in hoc nisi contractionem, quę est decremen-

tum descendens versus terram, & D pluries appellat ipsum distensionẽ, & maxime contractionem, quę continet corpus anto, & retro. Et plures Vid. 1. tertij. c. de Tetano. Medici intendunt, ꝙ extensio sit opposita contractioni. sed hoc non accideret nisi propter humiditatẽ solum, & fieret longitudo. sed illis cadet idem dubium, quod accidit in distensione, quæ fit in latitudine, siue in longitudine, quæ est secundũ Gale. causa contractionis humidę. Et scias q̃ verba Medicorum in hoc accidente vniuersaliter sunt propinquiora, vt sint verba Musicorum, quàm vt sint demonstratiua. Et si E Deo placuerit, ego faciam vnum ex hoc solum tractatum, qui sequetur viam demonstrationis, & poterunt itelligi ab illo res nobiliores, quàm hęc. Sed quando fit hęc contractio, nascitur bellum inter duos motus, vt inter motum virtutis motiuę, & motum contractionis. & aliquãdo fit in neruo vna species contractionis, quæ non accidit propter dominationem caliditatis, nec siccitatis, nec propter humorem aereum, qui distendat: immo est propter fortitudinem virtutis expulsiuæ, quæ est i neruo ad resistendum rei lædenti, F & tunc colligitur in seipso, & contrahitur, vt fortificetur super rem, quam expellere intendit: sicut faciunt animalia, quę volunt se mouere ad cursum, vel ad saltum, in primis colligũt, & contrahunt omnia membra, & postea complent eorũ voluntatem. Et hęc species contractionis est velocis curationis, nec debet attribui ęgritudini, & dicitur expandidatio.

De Sapore, & Odore in generali. Cap. 34.

HVeusq; declarauimus accidentia,quæ fiunt super sensum tactus:deinceps volumus loqui de accidentibus superuenientibus sensui gustus.& primo dicemus de saporibus,& postea de odore. Et dicimus, propterea q̃ elementum non habet odorem,nec saporem,eo q̃ ista duo non sunt nisi in composito,& corp⁹ vegetabile, & animale declinat ad calorem & humiditatem: necessarium fuit q̃ sapor naturaliter declinaret ad has duas qualitates. quia
H sapor fit per admixtionem substantię siccæ cum humida, quando coquuntur per calorem decoctiõe determinata. Et propterea diuersantur species saporum secundum diuersitatem quantitatis huius decoctiõis. Propterea temperata est calida, & humida, & facit saporem dulcem: & distemperata est calida & sicca,& facit saporem amarum. & ista duo sunt elementa saporum secundum nos,sicut album & nigrum sunt elementa colorum. Sed media, quæ sunt inter ea,sunt secundum remissionem vel crementum decoctiõis.
I quia propinquius dulci est vnctuosus,& propinquius amaro est salsus & inter istos sunt acutus, stypticus, & acetosus. Sed quia odores sunt ex radice vaporum fumosorum, & ab hac parte est aer suum subiectũ, si fuerint dominantes super ipsos caliditas & siccitas:propterea inuenies multas res,quarum odor non manifestatur,nisi quando calefiunt ab igne,sicut lignum aloes, & similia. Et alię res sunt, quę indigent fricatione manus:&tunc dant earum odores propter caliditatem fricationis manus. Et propterea videtur q̃ K
homo sit aptior ad discernẽdum in diuidua odorabilium cæteris alijs animalibus:quãuis quædam animalia habeant fortiorem sensum odoratus a remotis.

De sensu Gustus, & de accidentibus ei superuenientibus. Cap. 35.

DEinceps volum⁹ dicere de sensu gustus.Iste sensus non indiget medio extrinseco, quemadmodum indigẽt tres alij: propterea q̃ est quidam tactus, & sentit propter humiditatem,quę est in ore. Et propterea factæ fuerunt duæ venę in lingua,vt continue generent hanc humiditatem.& quando corrumpitur hæc humiditas in ore,sicut in infirmis,non possunt tunc sapores veraciter comprehendi. Deinceps volumus dicere accidentia,quæ veniunt huic sensui. Et dicimus q̃ accidunt illis tribus modis, quibus accidunt alijs.& hoc est, quia aut corrumpit̃ iste sensus,aut diminuitur,aut conuertitur ad malum sensum. Corruptio fit propter vnam ex speciebus malę complexionis ī eodem instrumento istius sensus.& istud est in lingua, aut membro communicante M
cum eo, sicut in cerebro, & neruo misso a cerebro eidem. Et diminutio fit propter easdem causas, quando sunt debiles. Sed accidens,quod facit ipsum sentire malo sensu, fit duobus modis, aut quia sentit aliquem saporem non discernendo q̃s sapor sit,aut quia sentit saporem cõtrarium ei,sicut si sentiat dulce illd, quod est amarum: & sic de alijs. Sed si sentit aliquem saporem nullo saporato præsente,hoc fit propter malam complexionem materialẽ. q̃d

A quod est,quia nos videmus, q̃ sentit saporem illius humiditatis,ita q̃ si fit cholera, sentit amaritudinem: & si fit acetositas,-sentit acetositatẽ: & si est dulcis,dulcorem. Et quando fortificatur hæc mala complexio, tunc sentit omnia secundum illum saporem, & iam declaratum est in Naturali philosophia,q̃ omnia instrumẽta sensuum sunt vacua a sensibilitate suarum apprehẽsionum. quia si ita non esset,ipsa non apprehenderent eas.quod est,quia si pars visibilis oculi esset colorata,non reciperet omnes colores: quia in reb⁹ naturalibus recipiens non recipit
B suum simile,sicut dicemus. & sicut est in isto sensu, similiter est ī aliis.

Et propterea quando aduenit ei hoc accidens,sentit omnes sapores, sicut vnum. Et aliquando accidit, quando iste sapor nõ erit multum fortis,vt sentiat sapores quasi temperatos propter hunc malum saporem,quem habet.& hoc idem accidit etiam propter res extrinsecas:sicut accidit comedenti res amaras, & postea bibit aquam. & tunc sentit eam quasi dulcem.

De sensu Odoratus, & de accidentibus ei superuenientibus. Cap. 36.

C

ISte sensus recipit res odorabiles p medium aerem. Et in multis animalibus reperitur fortior quam in homine,sicut in aquilis,apibus,& similibus. Et propinqua sunt indiuidua odorabilia ī diuiduis saporib⁹: saluo q̃ nos non comprehendimus ita bene differentias odorum, sicut differentias saporum,quod est,quia iste sensus debilior est in nobis, & gustus est fortior: quia est quidam tactus,& sensus tactus est fortior in D
homine, quàm in cæteris animalibus,quemadmodum quidam aliorum sensuum sunt fortiores in aliquibus aliorum animalium.Sed operatio aeris in sensu odoratus,est per hunc modum,quia aer fert illd, quod resoluitur ex substantia aerea ex rebus habentibus odorem per similitudinem,quam habet cum eo, quousq;, perducit ipsum ad sensum per se,& per adiutoriũ partis igneę. Et iste sensus inuenitur etiam in animalibus carentibus sanguine, sicut in formicis,& apibus,& illis quę degũt in aqua.Et diuersificatur ho- E
mo ab alijs animalibus ī hoc. quia homo non potest odorare,nisi cum olfactione:sed multa alia animalia odorant sine olfactione, sicut animalia, quæ carent sanguine. Sed quomodo trãsit odor per medium aerem,aut ignem,nunc dicere volumus.Et dicimus q̃ quia præparatio est in aere, vt accipiat vaporosum odorabile vel odorosum, & etiam vaporem,qui fit in aqua propter naturam. quam habent elementa, vt vnum ab alio recipiat vapores, qui generantur in eis propter similitudinem,quæ est in eis:ergo fit p hũc F
modum.quia terra mittit vaporem suum aquæ, & aqua recipit ipsum propter similitudinem, quam habet cum terra in frigiditate, & humectatur in aqua:& aqua mittit vaporem suum humidum aeri, & aer recipit ipsum propter similitudinem,quam habet cum ea in humiditate. & aer mittit igni propter similitudinem,quam habet cum aere,& ignis recipit ipsum.& per hũc modum dissolutionis peruenit ad nostros sensus. Propterea dicen-

G dum est, q̄ sensus visus est appropriatus aquę,& odorat' parti igneę fumosę,& auditus aeri.& propterea sunt maior pars odorabilium sanatio egritudinum frigidarum cerebri. De odore vero rerum frigidarū hic tractare volumus. Et deinceps volumus dicere, q̄ accidentia huic sensui venientia sunt sicut aliorum: quia aut corrumpuntur, aut diminuuntur,aut permutantur.Et corruptio fit propter vnam duarum rerum,aut propter dominationē malæ complexionis, aut propter oppilationem factam in instrumento
H hoc. Et diminutio fit,quando istæ causæ sunt debiles. Et permutatio fit,quando accidit suo instrumento mala putrefactio, & tunc sentit omnes res odoratas fœtidas.

De sensu Auditus, & de accidentibus ei superuenientibus. Cap. 37

SOnus fit propter iactationē corporum solidorum. & quanto illa iactatio erit fortior, tanto erit sonus fortior,& acutior:& prodest ad sonum faciendum forma instrumē
I torum recipientium, vt sint concaua,aut perforata,aut rara. & apprehendit iste sensus mediāte aere,aut aqua. Item dicitur quòd sonus est pulsatio aeris refracti in talibus instrumentis. Et sicut aer ducit colorem ad instrumentum visus ,ppter peruietatem corporis,sic adducit sonum ad auditum propter velocitatem receptionis mot' istius rei:quia aer recipit ipsum velociter, & formatur in ipso, & remanet hęc impressio motus. Et iam postquam separatus est motor, & similiter forma,quę fit ab illo, & similiter rema K net in aere sonus tempore sufficienti: donec possit venire ad aurem: ꝓpterea, quia sonus est motus vel a motu,& omnis motus est in tempore.& hoc est contrarium rei visus. Et propterea audiuimus tonitrua post visionem corruscationis, & videt homo ictum lotricis vltra aquā antequam audiat sonum:quamuis causa amborum sit eadem. Et hęc est causa,quare audimus vltra murum,& non videmus vltra murum.

Et etiam figura instrumentorum est causa istius.& quęlibet iactatio, L aut pulsatio facit reuerberationem. & propter hoc accidit,vt homo audiat suam propriam vocem. Et vox fit per instrumenta anhelitus.Et ꝓpterea non potest homo facere vocem,& anhelare simul: quia tussis nec vox nō fit nisi propter aliquam imaginationem. Et instrumētum, cum quo operatur sensus auditus, est aer receptus in aure,& secūdum quòd aer est quietior &subtilior,est operatio eius perfectior. & similiter est in odore. Et hęc operatio priuatur propter malam complexionem, aut propter oppilatio- M nem factam in instrumentis istius sensus,hoc est in aure.Et ab his eisdem causis fit diminutio, quando sunt debiles.Sed auditus phantasticus fit propter vnam duarum rerum:aut propter acumen auditus, quod est in instrumento auditus, quia sentit etiam paruum motum qui fit in aure:aut propter ven tositatem,quę fit in ipso extra natu-- ram.

De

A *De sensu Visus, & de accidentibus ei superuenientibus. Cap. 38.*

Vide obt. 2pm.

PRoprietas visus est, q̄ recipit colores nō denudatos a materia, & propterea habet conuenientiam propriā cum materia. & pp illā conuenientiā est factū proprīū abstractum a rōne,& ab intellectu. & si nō esset sic, ipse intellectus esset.Et hęc receptio fit mediantibus aere, vel aqua. Et ista duo elemēta sunt qua si media inter materialia & formalia: & ppea sunt dominantia super hoc instrumento aqua,& aer: quāuis hic cadat aliquid dubij: quia iā
B dictum est,q̄ ignis est veracius medium,qd est iter formā & materiā. & hanc solutionem volumus relinquere alteri tēpori. Et adductio coloris,quam facit aer ad visum, fit p corpus peruium cū adiutorio lucis.

Lux quid. Et si tu quęsieris quid sit lux:Respō deo q̄ est illud, in quo fit vmbra ex corpore grosso.Et scias q̄ sensus visus recipit formas rerū in hunc modū. quia aer mediante lumine recipit formas rerum primo, & postea

Interiorē mittit ad tunicam inferiorē, & illa dat alijs, quousq; hic motus peruenit ad tunicā postremam, post quā
C stat sensus communis, qui apprehēdit formas rerum. Et in medio istarum est tunica glacialis, quæ est sicut speculū, media inter naturā aeris & aquæ. & ppea recipit figuram aeris, quia est sicut speculū: & mittit eas aquę,quia sua natura cōmunicat istis duabus naturis. & aqua, quā dicit Atist. q̄ stat post humiditatem glacialem,est illa,quā appellat Gale. vitream. Et in hoc recipit sensus cōis formam. & q̄n ipsam recipit, mittit ipsam imaginatiuæ, & ibi recipitur spirituali receptiōe. Et ppea dī q̄ forma recepta habet tres D gradus: primus est cōporeus: secundus spiritualis, qui est in sensu cōi: tertius gradus est spiritualior, qui est imaginatiua. & ab isto gradu deuenit ad alios gradus altiores, & nobiliores. Et qui argumentant' à lineis radiosis, quę exeunt ab oculo,& vadunt vsq; ad rem visam: dico q̄ inuentio talium linearum nō habet intentionem fm sensum,sed fm intellectū, vt intelligatur quasi vt exeant ab oculo. Sed vere videre, & qd accidit ab eo non completur nisi per intentionem harū linearū in figuta noua: & figura noua est E verax. & ppea subiectum harū dimensionū est corpus peruium: qd ē, quia hoc corpus à sua natura habet recipere lumen, & colorē tali receptione. Et qui stare vult sup hoc, legat fm librum de Sensu & Sensato. Et scias,q̄ visus hoc mō recipit colorem: quia aer recipit ipsum primo, & postea transmittit ipsum visui. eo q̄ est corpus peruium luminabile. Et q̄ hoc sit verum,q̄ aer ip Argumentū, qd visus nō fit extramittendo.
sum recipiat, est, quia videmus nebulas raras, vltra quas Sol pertransit.quia tunc corpora, q̄ supponuntur istis nebulis, colorantur suo co- F
lore. Deinceps volumus dicere de accidentibus,q̄ superueniunt sensui visus,quæ fiunt tribus modis. nam aut priuat' hęc operatio, & dī cæcitas: aut debilitat', & dī offuscatio: aut permutatur in malū visum nō bene apprehēdentē. Et hoc accidit pp aliqd corporū,quæ sunt ordinata ad hāc apprehensionē, vel plura. Et iam tu scis ex quot rebus compositū est instrm istius sensus. & ppea volumus dicere causas istorū accidentium per hunc modum. Et dicimus

G signa contraria istis significant sup complexionem frigidam cerebri. Et velocitas motus oculorum significat super caliditatem cerebri, sicut tarditas super frigiditatem, & mediocritas in istis significat super tẽperãtiam. Et subalbedo oculi significat frigiditatem cerebri, sicut nigredo significat caliditatem, & color medius inter subalbedinem & nigredinem, qui dicitur varꝰ, significat temperantiam. Et hoc est, quia subalbedo fit propter paucitatẽ digestiõis. ob hoc iste color est propꝛiquus colori aquæ simpliciter. Et nigredo fit propter excessum decoctionis. propter hoc dominatur in ipso nigredo: quia nigredo significat adustionem partium terrestrium dominantium in re. Et quod facit varietatem, quæ est color mediocris, est vltima temperantia decoctiõis. quod est, quia est minor q̃ illa, quæ facit nigredinem: & est maior quã illa, quæ facit subalbedinem. Et scias quòd non solum causæ qualitatiuæ faciunt nigredinem, aut subalbedinem: sed & aliæ res sunt multæ, quæ adiuuant ad hos colores faciendos, quæ non sunt qualitates, vl̃ complexiones, sed sunt res quantitatiuę, vel locales. quod est, quia nigredo pluries fit propter multam quãtitatem humiditatis oculi: aut quia posita est in profundo multum: sicut tu vides in riuis profundis. quia propter profunditatem apparent velut nigri: eo ꝙ non recipiunt tantum splendorem, sicut si essent largi & pauci. Et oculus subalbidus est secundum contrarium. *Et Galenus dicit, ꝙ multa humiditas glacialis adiuuat ad faciendum subalbedinem: eo quod color istius humoris est sicut color glaciei. & ideo multitudo ipsius adiuuat ad faciendum subalbedinem: sicut paucitas adiuuat ad faciendum nigredinem, & hoc est contrarium nostræ opinioni: & mediocritas omnium significat temperantiam. Ista sunt signa significantia super complexionem cerebri. Sed signa significantia super ipsius compositionem similiter sumuntur a complexione, & operationibus ipsius. Et iam diximus de figura naturali, quam habere debet. & colligantia sua apparet visui: quia quędam capita habent collum conueniens eidem, & quędam non: sicut dicit Galenus. Sed largitas, & strictura suarum viarum, & suarum concauitatum sumũtur ab ipsius complexione. quod est, quia viæ cerebri calidi & humidi sunt in vltimitate largitatis: frigidi vero & sicci secundum contrarium ipsius: & mediocres istarum significant sũ per calidum & siccum, vel super frigidum & humidum: & sua temperata compositio cognoscitur, quando suæ viæ & suæ concauitates sunt in vltima temperantia. Et quando viæ & concauitates cerebri sunt nimis strictæ, tunc habens eas paratus est vertigini, & scotomiæ, & epilepsię, & alijs egritudinibus similibus. Item, quando substantia cerebri est minor debita, tunc accidet intellectui corruptio intellectus, & stultitia, sicut decrepitus. & vnuersaliter, quando cor rumpitur olla cere bri exterius, eorum pitur cerebrum interi-- us.

Nigredo fit ppmultitudinem humiditatis oculi, vel ꝓfundationem eius. Idẽ 1. 1t. Cãticæ te. 52. & 5. de Gione aliũ ca 3. in paraphrasi.

*In lib. Artis partiæ. c. 17. Idẽ Aui. tertia tertij tr. 2. c. 14.

Vnde nota est contrarietas. Gale. vult parũitatẽ crystalloidis operari nigredinẽ: Auerr. vero albedinem.

De

A *De signis complexionum, & sanitatis hepatis. Cap. 4.*

DEinceps volumus loqui de signis significantibus temperãtiam, & sanitatem hepatis. Et dicemus ꝙ quædam eorum significant super temperantiam suæ complexionis, & quædam super temperantiam suæ compositionis. Et ego incipio a signis complexionis. & dico ꝙ quędam ipsorum sumuntur ab operationibus, & quędam sumunt' a quantitate venarum, & a tactu. Et scias ꝙ hepar temperatum generat B sanguinem purpureum, & dat colorem albedinis mistum cum rubedine. & corpus debet esse medium inter maciem, & grassitiem: & venæ debent esse mediocres inter largitatem, & strictũram. Sed complexio calida hepatis cognoscitur p̃ hoc, quod generant multam cholerã rubeam, & maxime in ætate iuuentutis: & color talium declinat ad citrinitatem. & ideo cum augmentatur calor, & siccitas multum, generatur cholera adusta, & tunc declinabit color ad fuscedinem. & quibusdam de C nigrantur palpebræ inferiores oculorum, & labia etiam inferiora. Sed hepar frigidũ cognoscitur, quia generat multum phlegma, & sanguinem crudum. & aliquando ex forti tudine albedinis conuertitur in calcem. & si cum hoc coniungitur siccitas, tũc generabitur cholera nigra non naturalis. Et complexio humida hepatis cognoscitur a multa præparatione putrefactionis, & dominatiõe humiditatis, & sanguinis. & si multum, excedit tãsit ad hydropicam. Item venę largę significant super hepatis caliditatem: & magis, si cum hoc adiungitur humiditas. D & strictæ significant contrarium. in calido vero & sicco hepate est mediocris. Item significat pilositas super complexionem hepatis, qd̃ est, quando hypocundria sunt multum pilosa, caliditatem significant. Adhuc diuersificatur hęc significatio secundum diuersitatem pilorũ. quia, si sunt grossi, tortuosi, & nigri, significant super caliditatem & siccitatem: & si sunt subtiles, & plani, significant super humiditatem. Et si venter sit nudus pilis, significat frigiditatem: & si sit mollis venter, significat humiditatem: & si sit durꝰ, E significat super siccitatem. Et signa significantia super suam compositionem similiter sumuntur a complexione, & operationibus. quia qñ erunt temperatæ, erit hepar temperatum in figura, & positione, & quãtitate magnitudinis & paruitatis, & strictura, & largitate venarum. & cõplexio calida & humida significat fortitudinem hepatis, & largitatem venarum: sicut frigiditas & siccitas significat contrarium: & mediocritas eorum significat mediocritatẽ inter calidam & humidam, frigidã & siccã. Et debes scire ꝙ cõplexiões F significãtes sup cõplexiões istorum mẽbrorũ, sunt cõplexiões innatę, q̃ fiunt a prima essentia. Et hoc dico: quia inueniunt complexiones acqsitæ calidæ & frigidę a consuetudine, & vsu a rebus extrinsecis. Et simile est huic, quia inuenitur aliquis habens colorem significantem super frigiditatem, & signa significãtia cõplexionem sui hepatis significabũt caliditatem, hoc est, quia habebit venas latas, tunc debemus iudicare ꝙ complexio sua naturalis est diuersa

ab

G ab accidentali. & quando erit cõtrarium, debemus iudicare contrariũ: hoc est, quia complexio sui hepatis erit frigida & ficca, & habitudo sua erit grossa & pinguis, & grossities significat caliditatem & humiditatẽ, & strictura venarum frigiditatem, & siccitatem. Sed significatio cõpositionis sumpta ab operationib⁹ est hęc: quia hepati illius, qui habet venas strictas, eueniet oppilatio, ipso non vtente cibis oppilatiuis. Itẽ quando hepar erit paruum comparatum stomacho, & non superueneret aliquod accidens, necessarium e-

H rit vt habeat mollem vẽtrem. nam hæc est perfecta significatio super paruitatem heparis. quod est, quia quando hepar est paruum, non potest attrahere chylum a stomacho, & tunc oportet vt exeant superfluitates molles. Et homo, quem tu scis dicit ꝙ breuitas digitorum significat paruitatem hepatis. & hic appa ret ꝙ nesciuit bene, vbi esset virtus informatiua, & non consyderauit nisi in materiebus, & dimittamus istũ cum alijs. Dicit Aristo. ꝙ hepar in quibusdam hominibus inuenitur I latere sinistro, & splen in latere dex

I tro: & quando superueniunt illis ęgritudines hepatis, apparent signa I latere sinistro. Ista sunt signa significantia super complexionem, & sanitatem membrorum principaliũ.

Sęda primi Doct. tertia. c. primo, & 14 tertii. tr. 1. ca. 30 Primo de Natura animaliũ

De signis complexionum, & sanitatis pulmonis. Cap. 5.

DEinceps volumus loqui de signis significantibus super cõplexionem, & sanitatem membrorum seruientium illis. Et incipiem⁹ a pulmone. & dicemus ꝙ complexio pulmonis erit tempata tunc, qñ erit anhelitus temparus in magnitudine paruitate, & non recipiet ęsionem ab aere calido, aut frigido: & vox fit temperata inter fortitudinem & debilitatem. Sed quãdo pulmo erit calidus, anhelitus erit magnus, & lædetur ab aere calido, & iuuabitur a frigido. & habens talem pulmonem habebit vocem fortẽ: & contrarium operabitur contrariũ. Et pulmo ficcus cognoscitur ex parte vocis claritatis, & ex paruitate sputi. Et pulmo humidus contraria habet signa pulmoni sicco, scilicet grossitudinem vocis, & sputi multitudinem. Sed compositio habetur a

L complexione, & operationibus similiter: eo quòd complexio temperata de necessitate habet compositionem temperatam, scilicet inter paruitatem & magnitudinem, & inter amplitudinem & strictũram viarum: & quando erit calida, erũt vię largę. Et latitudo pectoris significat super latitudinem viarum: sicut dictum est in alijs. quia diximus, quòd fortitudo vocis sequitur largitatem viarum: & largitas significat caliditatem complexionis. & causa est, quia fortitudo vocis necessario

M significat caliditatem. Sed complexio frigida significat strictũram viarum, & debilitatem: & maxime si huic coniungatur siccitas. Velocitas vero anhelitus significat parnitatem pulmonis, & strictũram suarum viarum, nisi complexio cordis sit in causa. Pectus autem sputosum significat malam pulmonis positionem. & propterea dicunt Medici, quòd plurimi talium veniunt ad vlcerationem pulmonis, & ad hecti-- cam.

De

A *De signis complexionum, & sanitatis Stomachi. Cap. 6.*

DEinceps volumus loqui de signis significantibus super cõplexionem stomachi. Et dicimus ꝙ ipsa cognoscitur a suis operationibus: eo ꝙ stomacho temperato conuenit maior ciborum pars, nisi nimis modum excedant naturę, & nõ accidunt eidem accidentia, quę eueniunt stomacho distemperato: & sua appetitus est naturalis. Et in stomacho calido subtiles cibi conuertuntur in fumum, & eidem grossi

B conueniunt, & suus appetitus est diminutus. Sed in stomacho frigido signa sunt contraria prædictis: eo quia, ei conueniunt cibaria subtilia, & grossa in acetositatem conuertũtur in eo, & eius appetitus est excedens. Et stomachus siccus cognoscitur propter multam sitim, & eidem paucus sufficit potus: & quando ni-

C mium recipit potum, & tunc in eo fiunt fluctuationes. Sed humidus significatur a pauca siti: & desyderat talis stomachus humida, sicut stomachus siccus desyderat res siccas. & hoc est, quando humiditas, & siccitas ineſt per naturam. sed si ineſt accidentaliter, hoc fit per contrarium: eo quòd qui habet stomachũ siccum, appent humida: & qui habet humidum, appetit sicca. Sed æqualis stomachus in paruitate, & magnitudine cognoscitur, eo quòd tolerat quantitatem cibi conueniẽtis. & si paruus fuerit, noscitur ex tolerantia pauci cibi: & si partitur cibus in paucas partes, melius tolerat. Et stomachus magnus tolerat cõtrarium.

De signis complexionum, & sanitatis Testiculorum. Cap. 7. D

SIgna temperantię, & sanitatis testiculorum sumuntur ab operationib⁹ ipsorũ, & ab accẽtibus. Et dicimus ꝙ, qui est temperatus in coitu, naturaliter hẽt tempantiam cõplexionis testiculorum. Et si multum affectat, naturaliter hẽt calidam cõplexionem testiculorum. Et si cum hoc desyderio coniungitur sufficiẽtia in faciendo, significat humiditatem coniunctam isti causalitati. Et quidam dicunt ꝙ, quando complexio testiculorum est calida, ꝙ tunc E est generatrix masculorum plus q̃ fœminarum. & qñ complexio istorum est frigida, tunc operatur contrarium, s. quia piger erit in coitu, & generabit filias. si cum frigiditate coniungatur siccitas, quasi priuatur ab hac operatione. Sed qui appetitũ habet magnum, & debilis existit in tali operatione, eius complexio ad siccitatem pertinere videtur. Sed significatio complexionis horũ membrorum ex parte accẽtium apparentium in spermate est, quia in temperata complexione ipsorum est sperma temperatum in quantitate, & F qualitate. Sed si testiculi fũt calidio res debito, erit sperma plus in quantitate, & spissius conuenienti. Et qñ complexio eorum erit frigida, erit contrarium huius: hoc est, quia sperma erit paucum, & non coctum. Et humiditas magis conuenit huic operationi quàm siccitas. Et pili etiã significãt super complexionem horum membrorum, secundum ꝙ significant super alias cõplexiones, vt dictũ est supra.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

G

De signis complexionum, & sanitatis totius Corporis.

Cap. 8.

ISta sunt signa significãtia super complexionem vniuscuiusq; mẽbrorum principalium, & seruientiũ eis. Et cognoscendo ista, & comparationem vnius ad alterum faciendo, cognoscemus totius corporis complexionem temperatam & distemperatam. Eo ꝙ corpus, cuius cõplexio erit temperata, erit de necessitate mediocre inter maciem & grassitiem. & color erit albus mixtus rubedini. & capilli eorũ sunt flaui tendẽtes ad rubedinem in tempore suę H pueritiæ: & cum sunt facti iuuenes erunt capilli eorum nigri. & tactus temperatus inter caliditatem & frigiditatem, & inter asperitatem & lenitatem. & sensus eorum erit in vltimo temperantiæ. & intellectus eorum mediocris inter velocem & tardum. & hæc est via cognoscendi cõplexionem temperatam. Sed complexionem, quę exit a temperantia, iudicabimus secundum multitudinem signorum. quia illa iudicabuntur ex aggregatione istorum signorum, hoc est ab accidentibus, & operationibus I, sicut a grassitie & macie, & a colore, pilis, & alijs similib⁹.

Sed est sciendum, ꝙ significatio coloris pilorum non verificatur ꝓ maiori parte nisi in temperatis climatibus: quãuis in quolibet climate possit aliquid comprehendi, comparando homines illius climatis sibiipsis. Verbi gratia, in Theutonicis, & Aethiopibus, qñ Aethiopes sunt nigri, eorum capilli sunt in tortuositate vltima, non propter hoc eorum complexio erit calida: immo melius est attribuere hæc signa calori extrinseco, & dices quasi ꝙ, sint frigidi. Et K Theutonici, & Sclaui, qui stant in terris frigidis sunt albi, & eorum capilli sunt flaui, & plani. nec propter hoc dicendum est in istis, vt eorum complexio sit frigida. quod est, quia eorum complexio est in vltima caliditate. quia calor clauditur in partibus intrinsecis eorum corporum, sicut accidit in hyeme. & hoc sufficit in signis sanitatis secundum intentionem nostram.

De signis significantibus super Aegritudines in generali.

Cap. 9.

DEinceps volumus loqui de signis significantibus super ægritudines. Et rememoreris semper eorum, quę superius diximus: hoc est, quia intentio mea in hoc libro non est vt multum loquar de rebus particularibus. quia iste liber non fuit factus pro illo, qui est solũ medicus: sed vt nõ inueniatur diminutus in radicibus scientiæ, secut⁹ sum etiam de ipsis. Et si inuenis hic illã, quod inuenis in alijs libris, non ob hoc ipsum despicias: quia pluries cribrat homo modium vnum sabuli ad hoc, vt inueniat vnam margaritam. Dicemus ꝙ signa significantia super ęgritudinem sunt gña, quorum quędam sumuntur ab accidentibus, quę accidunt post diminutionem humorum in corpore: & quædam sumuntur a complexione corporis ab eius præparatione ad susciendas ęgritudines: & quædam sumuntur a regimine antecedenti. Et quatuor tempora anni dant ꝓgnosticationem in ęgritudinib⁹ futuris fiſt: & maxime permutationes, quę fiunt in eis ꝓter naturam. Et ista signa diuersificant ſm fortitudinẽ & L M

A & debilitatem. & ego volo ipsa narrare per ordinem. Iam dixi in his quę ꝓcesserunt, ꝙ qñ quãtitas sanguinis crescit I corpore, ita ꝙ nocet in quantitate solum, in eo ꝙ quantitas est ſm dimẽsionem, hęc est nominata repletio ſm vasa. & qñ crescit cum malitia qualitatis vt acuatur, aut vt permutetur ad qualitatẽ illius, s. vn⁹ aliorum humorum, aut plurium, hęc notat repletio ſm virtutem: eo ꝙ hęc repletio habet euacuare vel euaporare, & dissoluere, & debilitare virtutem. quod est, ꝓpter malitiã suę qualitatis. Et ꝓpea hoc B sequit⁹ cassus appetitus, & difficultas motus. Et vſt ꝓp hoc debilitant⁹, & ledunt⁹ oẽs operationes aſales, & naturales: quod non accidit primæ repletioni. Et signa primæ repletionis sunt signa dominij sanguinis solũ. & signa secundæ repletionis sunt signa dominij vnius trium humorũ, aut plurium. Et propterea debem⁹ enumerare signa significantia sup excessum vniuscuiusq; humorum istorum: & cognoscendo simplicia, cognoscemus composita.

De signis abundantiæ Sanguinis.

Cap. 10

C ET incipiemus a signis significãtibus multitudinem sanguinis, & ab accñtibus, ꝙ eueniunt corpori ꝓp illud. Et dicem⁹ ꝙ hoc significat fortitudo pulsus, & repletio vasorũ: siue sint venæ, siue arteriæ: & grauitas capitis, & oculorum, & impedimenta virtutum animæ, & sensuũ. Et vſt mala dispõ, quę aduenit corpori hæc patienti, assimilat⁹ malę dispositioni lassitudinis, quę ꝓuenit ex labore extrinseco cum rubedine oculorum, & calore actuali in toto corpore: nisi hõ habuerit exercitiũ in aere calido, & somnum profundum, & somnia terribilia, & videntia res rubeas. sicut dicit Gale. de illo, qui somniabat balneari in dolio pleno sanguine: quia signa sanguinis in eo erant manifesta. & Galen⁹ præcepit vt phlebotomaretur: sed Medici, qui erant de secta Erasistrati, ꝓceperunt ne phlebotomaret⁹, & iniunxerunt ei exercitium. & qñ facere cœpit, humores dissoluti discurrerũt ꝓ corp⁹, & mortuus fuit. Itẽ in hora repletiõis sanguinis fluit aliqñ sanguis ex naribus, aut gingiuis. Et Arist. dicit ꝙ sanguis corruptus fluit a narib⁹ & ano, & pustulę quę fiunt in corpore, & vrina spissa, & dulcedo saliuę, & omnia hęc significant superabundantiam sanguinis. Et qui vsus est phlebotomia sentit pruritum in loco phlebotomãdo. ꝓpea sumunt⁹ signa dominij sanguinis a complexione, & regimine ciborum, & potuum, & similiũ, & ab ætate, & tpe anni: tñ hęc signa necessario significant abundãtiam sanguinis quod est, quia aliquando complexio generat sanguinem: & si tempus, & ętas adiuuent, aut nõ. D

Et similiter hoc facit regimen absentibus omnibus alijs. & si regimẽ E fortius erit in omnibus istis causis, tunc erunt signa significantia dominium sanguinis accidentia, quæ hic sequuntur. F

De signis cholerę dominantis.

Cap. 11

SEd signa significantia dominiũ cholerę sunt velocitas pulsus, & disruptio ipsius, & vrina subtilis ignea, & vomitus cholericus, & egestiones mordicatiuæ, & amaritudo oris, sitis fortis, & siccitas linguę

G guæ cum asperitate,& citrinitas coloris,& oculorum: sicut accidit in vitio icterici. Et si his coniungitur tempus æstiuum, & ætas iuuentutis, & dieta calida & sicca,& multum exercitium, sicut artium calefacientium vt sunt ferrarij,& eorum similes: & tunc debemus sine dubio iudicare ꝙ iste humor dominatur multum in corpore

De signis dominij melancholiæ.
Cap.12

ET signa, quæ significant dominium melancholiæ, sunt nigredo vrinæ, aut rubedo declinans ad
H obscuritatem, aut ad viriditatem. Et aliquando hoc sequitur incendium in stomacho,& habet appetitum caninum & nigredinem coloris,& maxime sub palpebra oculi.& sanguis phlebotomatus est niger, & multũ coagulatus. & maior pars talia patiẽtium est splenetica. Et si particularia signa iungantur istis, sine dubio iudicabimus ꝙ multum dominabitur in corpore humor talis. Et complexio, quæ magis apta est ad generandum hunc humorem, est complexio frigida & sicca, aut calida & sicca. & propterea raro inueni
I tur iste humor in corporibus albis, & pinguibus. Et morphea nigra est signum fortissimum istius humoris:& ẽt variolæ nigræ, seu morbilli.

De signis dominij phlegmatis.
Cap.13

ET signum dominii phlegmatis sitet vrina alba,& vt color corporis sit albus,& pulsus paruus & rarus,& squaliditas totius corporis, & pigritia,& somnus,& tarditas digestionis, pauca sitis cum multo sputo viscoso. Et si cum his iunguntur res particulares, erit sicut dictum est K
ante: velut est ætas senectutis,& tempus hyemis,& regimen multæ quietis, & cibaria frigida & humida, & superfluitas comestiõis. Et somnia similiter significant super dominiũ istorum humorum. quoniam ille, cui superabundat cholera, somniat videre adustionem ignis:& cui sanguis abundat, somniat videre res ruheas;& cui melancholia, videntur i suis somnijs ea, quæ ipsum terrere faciunt.& qui videt dormiendo maria,& pluuias, & sentit aerem frigi
L dum, vel aquam frigidam, omnia ista significant abundãtiam phlegmatis. Ista sunt significantia super dominium vniuscuiusq; humorũ, & vsi super ęgritudines, quæ accidunt propter hos humores. Sed lassitudo, quæ prouenit absq; occasione manifesta antecedente, fit necessãrio propter dominium istorum humorum, aut plurium. sed lassitudo thetayca,& apostemosa fit ab abundantia sanguinis. sed vlcerosa est ex malicia qualitatis.

De signis prognosticis Aegritudinum futurarum per aerem, & tempora.
M
Cap.14

ET postquam locuti sumus de signis significãtibus super dominium humorum, deinceps volumꝰ loqui de dispositionibus, quę fiunt ab aliqua permutatione extra naturali: sicut illæ, quæ fiunt ex aere, quę significant ęgritudines futuras. Et via, qua possumus cognoscere has permutationes est experientia: sed scire ipsas per viam demonstrationis est difficile, aut impossibile, & propterea in hoc sunt recipienda testimonia Antiquorum, & memorari

A rari corũ breuiter, quæ dixerunt: & postea conabimur dare causas. Di
Tertia Aphorismorũ aph.12 xit Hippo. ꝙ qñ fuerit hyems septẽtrionalis & inaquosa, & ver fuerit meridionale & aquosum, sequunt ex hoc in æstate febres acutæ, ophthalmiæ,& dysenteriæ: maxime vero mulieribus,& humidis natura. Et huius causa ẽ: quia si hyems fuerit sicca, generabit humores siccos. & generaliter humores adusti, qui facti fuerunt in autumno, non conuertũtur simili tempore huic ad fri
B giditatem & humiditatem, sed remanebunt secundum medietatem illius, quod superuenit ei in autumno:& postea veniente vere calido & humido, aggregabunt in corpore humores contrarij adinuicem. veniente postea calore æstiuo, putrefaciet ipsos humores propter humiditatem accidentalem, quam habebunt:& propter actum ipsorum erit calor putredinalis, qui generabitur, nociuior,& acutior. Vnde tunc propter hanc maliciam complexionis fient febres acutæ, & accidet fluxus ventris sanguineus, & ophthalmia.
C Et hoc accidet plus complexionibꝰ humidis: quia sunt aptæ citius permutari propter talem aeris dispositionem. Et Hippo. adaptat ficcitatẽ vento septentrionali,& humiditatẽ meridionali: eo ꝙ natura istorum duorum ventorum est has duas facere dispositiones. & causam istorũ ostendam in loco nobiliori isto.
Secundo Aphor. Item Hippo. dicit. si in eodem anno post ortum caniculę fient pluuię frigidæ,& venti flauerint septentrionales, tunc fient ægritudines terminabiles,& quietæ. & hoc erit propter temperantiam aeris calidi: quia pluuia aerem refrigerat. & similiter facit septentrio, quamuis sit siccus. & D
manifestum est ꝙ frigidus aer putrefactionem diminuit. Et vniuersaliter scias ꝙ causa ægritudinũ, quas Hippoc. his temporibus fieri dicit, est propter permutationem naturæ aeris. quod est, quia non fuit ordinata diuersitas naturæ temporum, nisi vt humores digerantur,& temperentur. quia humiditas hyemis temperat ficcitatem autumni,& caliditas æstatis temperat hyemis frigiditatem. Sed quando hyems fuerit sicca, tunc remanebũt humores, sicut E
fuerant prius,& humiditas veris eos non temperabit: eo ꝙ ipsa erit hũoribus his extranea: quę omnes non adueniunt tempore competenti.& ob hoc, quando superuenerit eis calor æstiuus sine medio, tunc istæ ægritudines generabuntur. Sed si hyems fuerit humida,& superuenerit calor æstiuus eidem cum medio, & istud medium est calor veris temperatus,& tunc non veniet tempus caloris antequam ipsa humiditas sit consumpta,& corpora receperũt dispensionem, vt propter calorem non F
permutentur. Et vniuersãliter scias ꝙ quatuor tempora sunt cum quatuor humoribus, sicut cum quatuor elementis. quia si tpa reũstũt, vt vnũ elementum aliud non vincat, vel superet, sic resistunt vt vnus humor aliũ nõ vincat. quia nisi esset cõparatio, quam hẽt tps cum quolibet hũore, vnus humor a suo contrario corrũperet. Itẽ Hipp. qñ hyems fuerit calida meridionalis & pluuiosa,& ver septẽtrionale inaquosũ, fiẽt fluxꝰ sanguinis,& ophthalmiæ siccæ, & seni bus reumata, epilepsiæ, & paralysis, & apoplexiæ,& pgnãtes abortiũt. Et cã huiꝰ est, vt in tali dispõne ipsę
Tertia Aphorismorũ aph.13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ægritudines fiant: quia cerebrū in tali dispōne supflue humectatur: veniente vero vere frigido, cum sui natura habeat hūores dissolutos movere, tunc frigiditas resistet suæ cōplexioni naturali, & tunc humores a frigiditate compressi distillabunt. & ob hoc, istę ægritudines mouebūtur. Et si hyemis dispositio erit similis dispōni veris prędictę, aptius, & citius ęgritudines istę fient: quia humores tunc temporis erunt congelati & immobiles, & ipsi tamen nō sunt penit⁹ denudati ab humiditate naturali. Et fluxum sanguinis hic I

H tendit Hippo. propter vlcerationem intestinorum, quę fit propter reumata acuta, quæ fiunt ab hac permutatione. Et mulieres non abortiunt isto tempore, nisi quia vuluæ ipsarum tali tempore nimis humefiunt, & debilitatur, quæ in eis est virtus retentiua. & potent esse vt ēt hac permutatione embrio lædatur, eo q̄ propter humiditatem debilitatur. Et dixit Hippo, quando æstas Tertia Aphorif. 13. erit parum pluuiosa, & autumn⁹ calid⁹ multum meridionalis & pluuiosus, tunc erūt hyeme fortes dolores

I capitis, tusses, & raucedines, & in aliquibus fiet phthisis. Et causa huius est manifesta: eo q̄ in tali autumno replentur capita multis superfluitatibus: & cum superuenerit hyems, comprimet cerebrum, & stylabunt ab eo superfluitates, nec poterunt digeri: & ob hoc istę ægritudines fiēt, nam si remanebunt in capite, faciēt dolorem prædictum: & si fluxerint ab eo, facient ęgritudines supradictas: & si fluxerit ad pulmonem, fiēt

*a.t. phthi sēs. *tusses. Adhuc dixit q̄, si fient autū Tertia Aphorif. 14. nus septentrionalis & siccꝰ, fiet in cōplexionib⁹ siccis ophthalmia siccа, febres acutæ, & cardiacā melāco K lia. quia manifestum est, q̄ quando istud tempus in siccitate fortificat, facient ęgritudines melancholicas. & febres hę dictæ sunt ex humore melancholico: quanuis humor ille non sit velocis motus. Item dixit q̄ Tertia Aphoris. 11 ęgritudines, quę fiunt tempore multum pluuioso, p̄ maiori parte sunt febres longe, & fluxus ventris, & epilepsia, & apoplexia: & synanchia. Et dixit Hippoc. q̄ paucitas pluuię salubrior est corporibus. & causa est, quia superfluis humiditatib⁹ calor naturalis non bene dominatur. Et L non est intelligendum ab Hippoc. vt laudet aerem siccū ex toto: quia aer nimis siccus inducit ęgritudines eisdem similes. Et propterea dicit alibi, q̄ quando est priuatio pluuiæ, fiunt febres acutæ: quia aer temperatꝰ secūdum Hippocratem est mediocris inter multam & paucā pluuiam. Et tu debes scire q̄, aer distemperatus in vna qualitatum, distemperantia superflua generat ęgritudines eisdem similes. Sed aer pestilētialis fit corruptione suę substantię. Et hoc accidit sæpe propter multā M pluuiam tempore æstiuo: sicut dicit Hippo. q̄ accidit in ciuitate Acarō: quia tota æstate fuit fortis pluuia: & propterea accidit habitantib⁹ malus prurit⁹, & pustulæ malitiosę: ita q̄ aliquibus cadebāt brachia, & pedes. Item corrumpitur substātia aeris ex vaporib⁹ corrupts mixtis ēi co, sicut a vaporib⁹ resoluts a cadaueribꝰ, & a stagnis, quib⁹ linū macerat. Et sīl fiūt ęgritudines pestilētiales a corruptiōe aq̄, & ciborū, sicut accidit tpe famis. Item ęgritudines pestilentiales, quę fiunt a corruptione aeris, ciꝰ sunt ęgritudines mor-

A tiferæ: quia aer putrefactus, vel corrupt⁹ veloci⁹ attingit cor. & propterea accēntia illarum febrium sunt mala propter malitiam anhelit⁹, quæ hoc operat. & non apparet in illis febrib⁹ fortitudo, nec sentit in eis magna lęsio manifeste, eo q̄ mala complexio dominatur in illis communiter in omnib⁹ virtutib⁹ corporis: sed illud, quod facit læsionem manifestam sensibilem, est mala cōplexio particularis vl diuersa. & scias q̄ nō omnis homo ęgrotat pp permutationem aeris: sed illi, qui ad hoc apti sunt. Et qñ tpa anni sequent eorū

B naturam, quasi non erunt causę ægritudinum, quāuis nos videam⁹ cōtrarium. quia ęgritudines, quædam sunt magis propriæ vni tempori q̄ alteri, sicut sunt ęgritudines, q̄ fiunt ex humore simili illi tempori: quia sanguineæ in vere, cholericę in ęsta te, melācholicæ in autumno, phlegmaticæ in hyeme: quāuis in vere p accēns fiant ęgritudines melancholicę. & hoc accidit pp motum humorum, & eorum dissolutionē, & ebullitionem: quia in his temporib⁹ adueniunt partib⁹ omnium similia accidentia, q̄ adueniunt humiditatib⁹

C terræ nascentium. Quod dictū est de signis significantib⁹ ęgritudines ex parte aeris, sufficiat compēdiose secundum nostram intentionem loquendo. Sed inueniunt ęgritudines paruę, velut accēntia significantia super ęgritudines magnas futuras: & nos dicem⁹ de aliquib⁹ earum hic, & postea dicem⁹ de signis significātib⁹ sup eadem ægritudines, & earū cās: quia multum necessarium est in hac arte. Et non expectes, vt dicam tibi artes nouas, quę non sunt dictæ ab Antiquis.

De signis prognosticis Ægritudinum futurarum per ægritudines parvas. Cap. 15

D

ET dixerunt quidam q̄, dolor capitis fixus, qui in Arabico noīatur soda, & hemicrania, q̄ in Arabico noīatur sethica, pseuerans denūtiat decursum aq̄ ad oculū in fine, aut anatationē pupillę, q̄ in Arabico noīatur azabar. Et salt⁹ faciei nominat hachala: tortura vero noīat lachora. & spasm⁹ noīatur tasnec: & priuatio mot⁹ noīatur cadar: paralysis vero felee. Salt⁹ faciei pseuerans multum denunciat torturam oris. salt⁹ vero totius cōrporis significat E spasmum humidum. priuatio motus significat paralysim. Rubedo faciei, oculorum, & venarum, q̄ sunt ī eis, cum fluxu lachrymarum, & fuga a lumine cum forti dolore capitis, denunciant apostema calidum ī cerebro. Incub⁹ (theb⁹ dī) & vertigo (hahasta noīatur) perseuerans denunciāt epilepsiā. epilepsia vero vocatur chission. Tristitia pseuerans sine cā denuntiat melancholiam. Apparitio corpusculorū, velut muscarum & capillorum ante oculos denuntiat decursum aquæ ad oculos: nisi hoc accēns a stomacho pueniat. F Reumata cōtinua sine ītерpolatiōe facisit timorē phthisis. Sudor mult⁹ pseuerans significat repletionē. Fortis syncopis crebra sine manifesta occasiōe pseuerās diu, mortē subitā nūciat. Repletionē supfluā habētes timem⁹ ne ad sputū deueniat sāguinis, qui in Arabico noīatur vestadā: & etiam est signum apoplexiæ, & subitę mortis. Et stupefactio sensuum, & relaxatio motuum significāt apoplexiam. Grauitas lateris dextri circa hypocundria ęgritudinem he

Universidad de Deusto
Biblioteca

C paris significat. Stercus multum tinctum timorem ægritudinis icteritię significat. Squaliditas faciei, & tũor palpebrarum. & digitorum, manuũ & pedum futuram hypoſarcam ſignificant. Fœtor ſtercoris ſignificat ſuper nauſeam, quæ in Arabico nominatur tacura. Vrinę fœtor putrefactionem, & febrem nuntiat. Laſſitas, & mẽbrorum confractio ſine cã manifeſta cum caſu appetitus febrẽ denuntiat. Vrina vſtiua perſeuerans vlcerationem in veſica & virga ſignificat. Priuatio appetit⁹ cum ſyncopi⁹ colicam ſignificat. Grauitas & extenſio, quæ eſt ſub ventre & in renibus, ſignificat ſuper ęgritudinem renum. Stercus aduſtum in orificio ani vlcerationem inteſtinorum ſignificat. Pruritus in ano perſeuerãs hemorrhoidas denuntiat, niſi in inteſtinis ſint vermes nati. Multæ puſtulæ in corpore apoſtema magnũ ſignificant. Multa noda apparentia faciunt timere de nodo magno nominato dubellet. Morphea, & fortis rubedo faciei, & ſtrictura anheli⁹, & vocis leſio lepram ſignificat. Et vniuerſaliter dico, q̃ quãdo permutatur aliquid ex conſuetis, ſignificat futuram ęgritudinem: ſicut eſt appetitus ſuperfluus, aut diminut⁹, aut augmentum, vel diminutio in ſupfluitatibus, vel multus ſomnus, vel paucus, vel alia accitua præter iſta.

Sect. 2 Aph. aphor. 5.

a. l. coliti cã vel cholaram.

H

I

De pulſu, & vrina in generali.
Cap. 16

ET poſtquam locuti ſumus de hoc genere ſignorum ſufficiẽter, volumus nunc loqui de ſignis ipſarum ęgritudinum, quæ ſignificant neceſſario vnam trium rerum videlicet aut ſuper quiditatẽ ęgritudinum, aut ſuper cãs ipſarum, aut ſuper membrum, in quo eſt ægritudo. Et multoties ſignificat ſuper hęc tria, quemadmodum de ſignis ægritudinum, quę ſunt in membris interioribus. Sed ægritudines apparẽtes in ſuperficie corporis, non indigent ſignis, niſi ſignificantibus cauſas ipſarum, ob hoc, quia illæ patent ſenſui viſus. Et vt ſcias q̃ ſigna non ſunt aliud, niſi illud quod apparet i actionibus, & paſſionibus animalibus, & naturalibus, cum accidentibus quę proueniunt ab eis. ꝓpea ga inueniuntur duo genera ſignorum communicantium pluribus ægritudinibus. Et debemus primo tractare de eis, & poſtea narrabim⁹ ſigna vniuſcuiuſq; ęgritudinis ꝓpria. Et iſta duo genera ſignorum ſunt pulſus, & vrina. & ſignificatio pulſus ſumitur a communicantia omnium membrorum cum corde. ſed vrina ſumitur a menſura digeſtionis i hepate, & venis. & propterea ſignificatio ipſius non eſt pauca in ſignificado ęgritudines membrorum virtutis nutritiuæ. Et incipiendum eſt a pulſu: quia eius eſt cognitio melior.

K

L

De pulſu, & de generibus, & ſpecieibus eius. Cap. 17.

M

ET dicimus, q̃ pulſus eſt compoſitus ex duob⁹ motibus, hoc eſt motu dilatationis & motu conſtrictionis, & ex duabus quietibus, quę ſunt inter duos motus, ſicut declaratum eſt. quia inter quoslibet duos motus neceſſario ſunt duę quietes. & etiam quia ſapientes huius artis dicũt q̃ ipſi comprehendunt has duas quietes: & maxime quietem, q̃ eſt poſt conſtrictionem. quia quies, quę eſt poſt dilatationem, eſt manifeſta etiam illi, qui non eſt perfect⁹.

ꝓpea

A ꝓpea accẽtia, quæ eſſentialiẽ hoc comitanẽ, continenẽ vna iſtarum, hoc eſt aut in motibus, aut in quietib⁹. Et ꝓpea apparet quòd prima genera pulſuum ſunt ſeptem. Vnum eſt, qđ ſumitur a quantitate dilatationis. Secundum ſumitur a quantitate tẽporis motus. Tertium a quantitate virtutis mouentis. Quartum a tempore quietis. Quintum a proportione duorum motuum, & duarum quietum. Sextum a permutatione pulſus, & ſua aſſimilatione ſuæ tempe riei. Septimum ab ordinatione motus & quietis, & inordinatione. Sed tria ſunt genera, quę conſueuerunt

B iungere Medici iſtis ſeptem. Vnum eſt, quod ſumitur ab arterijs. Sécundum a qualitate ipſius arteriæ. Tertium ſumitur a diſpoſitione ſubſtãtiæ arterię. Sed iſta tria nõ ſunt propria in pulſu, inquãtum eſt pulſus: quia pulſus, inquantum eſt pulſus, non ſtat niſi per motum, & quietẽ. Et primo volumus narrare ſpecies, quæ continentur ſub vnoquoq; genere, & poſtea dicemus cauſas vniuſcuiuſq; generis, & ſpeciei, quod eſt, quia q̃n nos cognouerim⁹ eorũ cauſas efficientes, tunc poterim⁹ ſumere plura ſigna ęgritudinum: eo

C q̃ ipſæ eædem ſunt cauſæ diuerſitatis pulſuum. Et propterea quando inuenietur genus, aut ſpecies ꝓprię cauſę, tunc erit ſignum fixum ſup iſtu⁹ gen⁹, aut ſpeciem ęgritudinis. Et pulſus, qui fuerit plurium cauſarum, nõ ſignificat ſuper illam ęgritudinem ſolum ipſam efficientem, niſi ſecum alia ſignificatio adiũgatur. Et deinceps volumus incipere narrare ſpecies pulſuum, & ſubſequenter eorum cauſas aſſignare. ga cum ſciuerimus eorum cauſas efficientes, tũc poſſibile erit q̃ ponem⁹ eas, ſigna ſuper ęgritudines: eo q̃ ipſæ eædem ſunt cauſę efficientes earundem. Et ideo q̃n erunt ex eis genus, vel ſpecies propriæ cauſæ, tunc erit ſignum continuum ſuper inuẽtionem illius ſpeciei ęgritudinis, vel generis. & q̃n erit ei plus vna cã, nõ ſignificabit ſuper ęgritudinem agẽtem, niſi q̃n cum eo fuerit ſignificatio alia. V. g. quia pulſus formicans, qui eſt in hectica, eſt accidens continuum ſuper inuentionem illius ſpeciei ęgritudinis. & quando erit vna cauſa tantum ex pluribus, nõ ſignificabit ſuper ægritudinẽ: vt pulſus diuerſus, qui non ſignificat ſuper febrem putredinis: eo q̃ pulſus diuerſus eſt inuentus in febrib⁹ putridis, & in dolore ſtomachi. ergo hoc nõ eſt ſignum declarans febrem putredinis proprie, niſi ei aſſocietur aliud ſignum. & poſſibile erit q̃ aliud ſignum ſit ex ſpeciebus pulſuum, & q̃ nõ. Et poſtquam data ſunt ſigna ſignificantia a Medicis cauſas pulſuum, tenẽtur determinare pulſum appropriatum vnicuiq; ęgritudini: eo q̃ maior pars pulſuum eſt cõpoſita, ſicut pulſus ſignificans ſuper apoſtemata calida, quia eſt parvus, velox, inordinatus, & variatus multis variationibus. & in hac egritudine pulſus ei ꝓpri⁹ eſt cõpoſit⁹ ſemp. Et qdã pulſuũ ſunt, quorũ eſt ſignũ definitiuũ ſup aliq̃ ęgritudinem, qũ aſſociaẽ ei aliđ ſignũ. v. g. qñ pulſus inordinat⁹, qñ erit cũ calore manifeſto ĩ corpe, & nõ erit ĩ ore ſtõchi pũctio aliqua, ſeu dolor, é ſignũ certũ ſup febrẽ putridã. Et poſtq̃ declarauim⁹ qũo ẽ ſignatio pulſus gñalẽ, redibim⁹ ad numerãdũ ſpẽs, deinde dicem⁹ cãs vniuſcuiuſq;. Et dicim⁹ q̃

D

E

F

I iij gen⁹

G genus,quod ſumitur a quãtitate dilatationis,diuiditur in pulſum magnum & paruum & mediocrem, & in longum breuem & mediocrem, & in largum ſtrictum & mediocrẽ, & in eminentem profundum & medium.Et magnitudo eſt, qñ arteria extenditur ſuperflua dimenſione in omnibus dimenſionibus,ſcin proſũ ditatem,latitudinem, & longitudinem.paruus eſt contrarius illi.&medius mediocritatem horum tennet. Longus eſt,qui extenditur in longitudinalem dimẽſionem pluſquam in latitudinalem vel ꝓfundam:hoc H eſt,qui tranſit quatuor tangentis digitos.breuis autem eſt contrarꝰ huic.ſed medius horum mediocritatẽ ſeruat.Largus eſt ille, qui ſm latitudinem vltra alias extenditur dimẽſiones.ſtrictus illi eſt cõtrarius. ſed medius medium tenet.Eminens eſt ille, qui in altitudine vltra alias dimenſiones extendit. profundus vero eſt ei contrarius.medius vero mediocritatem ſeruat . Et iſtæ ſpecies adiuicem componi poſſunt.ſed difficile eſt hanc compoſitionem cognoſcere tactu.iſtę ſunt ſpecies ſumptæ a genere quantitatis dilatatio- I nis. Sed genus,quod ſumitur a tẽpore motus,diuiditur in velocem, tardum,& medium.Et genus, quod ſumitur a quantitate virtutis, diuidit in fortem, debilem,& medium. Et fortis eſt ille, qui extrema digitorũ fortiter percuut.Et qui ſumitur a tẽpore quietis,diuiditur in ſpiſſum,tarum,& medium.Et dicit Gal.ꝙ ſpiſſus eſt ille,in quo tempꝰ quietis poſt ſuã conſtrictionem eſt paruum.ſed rarus eſt contrarius illi . ſed medius medium ſeruat. Sed hoc non percipit,niſi ille qui comprehendit quantitatem quietis, quę eſt poſt conſtri K ctionem. Et qui hoc non neſcit,cognoſcit differentiam inter pulſum velocem & ſpiſſum . ſed hoc graue eſt inueniri . tamen non vẽ impoſſe multum perfectis, qui ſunt optimi ſenſus:quoniã omnes homines nõ ſunt ęquales in ſolicitudine,& boni tate intellectus. Sed genꝰ ſumptum a proportione quatuor temporum pulſuum,diuiditur in pulſum ęqui ponderis,& non æqui ponderis. Et æqui ponderis eſt ęqualis , & habet compoſitionem duorum motuum ad inuicem compoſitione naturali, & per viam naturę . & ſimiliter ha- L bet compoſitionem vniꝰ quietis ad aliam,& etiam illam, quæ eſt motꝰ ad quietem. Et iſtæ compoſitiones diuerſificantur ſecundum diuerſitatem ętatum,temporum,& complexionum.Galenus dicit ꝙ iſtæ compoſitiones naturales non inueniuntur niſi ſecundum vnam compoſitionum notarum muſicarum proportionatarum & ordinatarũ , quæ eſt compoſitio dupli, aut partis. & dicit ꝙ minor ꝓpottionum ſenſatarum in pulſu,eſt illa, quę multiplicat quartũ multiplicati cõparatiõe vnius ptis multiplicatæ duarũ partiũ.Et ſi ita eſt,vt dicit,mirabile eſt. Sed cõparatiões iſtas cõprehendere difficile eſt:q̃quis multi hoĩes in Muſica eas cõprehẽdãt:ppea quia notꝫ ꝙ minor dimẽſio illarũ exẽplo põt cõprehẽdi,& eſt illa, q̃ multiplicat ex 36.partibꝰ vniꝰ partẽ vnã . Et iſta verba ſunt alterius ſcię , q̃ huic per accĩs eſt neceſſaria hic parũ. Sed in pulſu ſunt tpa breuia ad inueniẽdũ hãc cõparationẽ ĩ eo adhuc magis: quia ges exĩs poſt ſpiſſitudinẽ duſcile

A cile eſt inueniri:eo ꝙ arteria eſt ſub carne. Et ꝓp hoc elegerunt tangere hanc arteriã:eo ꝙ illa eſt latior, & ꝓpinquior loci principij.& has arterias tangũt Medici . Sed genꝰ ſumptum a ſua ſimilatione , & a ſua diuerſitate oĩa ꝓterita gña continet. qd̃ ẽ,quia aſſimilatio pulſus eſt, vt oĩa gña ſm vnum modum concurrant.hoc eſt,quia ſi eſt magnꝰ,vt ſit pſeuerans ĩ ſua magnitudine:& ſiſt ſi ẽ velox,tardꝰ, aut ex alijs . Et pulſus diuerſus hẽt duas ſpẽs,aut in oĩbus gñibꝰ, aut in vno , aut pluribꝰ ſit diuerſus: aut in multis pulſatioB nibꝰ,aut ſolũ in vna. Itẽ diuerſorũ pulſuũ quidã eſt ordinatꝰ:&eſt ille, qui multis reuolutionibꝰ ſuã diuerſitatẽ cõſeruat. Et quidã ẽ non ordinatꝰ:& eſt ille, qui ſuã diuerſitatem non ſeruat. Et conuenientꝰ eſt vt ſpẽs pulſuũ diuerſorũ cũ ſpeciebus cõpoſitis cõputent.& ego ex eis manifeſtiores dicõ. Et genꝰ ſumptum a qualitate arteriæ, diuidit in tres ſpecies, hoc eſt in frigidũ,calidũ,& tpatum . Et qd̃ ſumit a ſubſtantia arteriæ,diuidit in durum,mollem , & medium. Et quod ſumitur a contẽto in arterijs, diuidit in plenum, vaC cuum, & medium . Iſtæ ſunt ſpẽs ſimplices pulſuũ. Et inueniunt pulſus cõpoſiti, qui habent noĩa,q̃ dicẽda ſunt. Quia quidam eorum dr̃ pulſus caprizãs . & eſt qui variat in vna pulſatione, in tarditate & velocitate.& accidit huic pulſui vt feſtinet,& ſtet,& cito redit,& ſuum motum complet . & appellat caprizãs, eo ꝙ ſuus motus aſſimilatur ſaltui capreoli. Et quidam nominat caſa ſotizina , qui ſemp variat. quia aliq̃n variat ab augmento ad diminutionẽ,& aliq̃n a diminutione ad augmentum . & iſtud augmentum D & diminutio aliq̃n ſunt ꝓportionata,aliq̃n non. Et quidã dr̃ vndoſus. & ille eſt, qui variat in magnitudĩe & paruitate partium organi in eminentia & profunditate, in ſtrictura, & largitate cum mollitie ſubſtãtiæ organi:& declinat parum ad paruitatem , ſed non multum.& vlr ſuus motus aſſimilat vndis maris, & ab eiſdem nomen ſuſcepit. Et quidam dr̃ vermiculoſus,qui vndoſo aſſimilat:& eſt eo minor,& ſpiſſior.Et quidam dr̃ formicãs , & eſt minor iſtis duob,ſed eſt ſpiſſior.Et quidam dr̃ E ſerrinꝰ,qui vndoſo in diuerſitate ptium ſimilat,tñ eis rigidior eſt. Et quidam dr̃ bis pulſans. & põt eẽ vt iſte ſic denominet ꝓ diuerſitatem,quã ĩ vna hẽt pulſatione , quia in eadem interpolat, & reuertitur. & põt eſſe, vt dicatur ꝙ duæ pulſationes ſunt vna:quia quies,quæ eſt ĩter eas, nõ hẽt tempꝰ, quod mereatur dici tẽpꝰ quietis.Et quidam dr̃ tremulꝰ . Et quidam dr̃ tortuoſus,qui percipitur talis, ſicut ſi organum torqueretur. Et quidam dr̃ arcuatꝰ. quod eſt, qa eſt eminens in medio,& in extremitatibꝰ profundꝰ . Iſtæ ſunt omnes p ſimplices ſpecies,& manifeſtiores,q̃ ſunt in compoſitis.

De *cauſis pulſuum.* Cap. 18.

DEinceps ĩcipiem⁹ narrare cauſas omnium. Et dicimꝰ quod cauſa magnitudinis pulſus eſt ſanitas virtutis , & etiam ſanitas inſtrumenti,& multa neceſſitas pulſationis . & propterea eſt iſte pulſus ſignum dominationis ſanguinis in toto corpore,& maxime ſi cum hoc iungant velocitas, & frequentia.qa hęc ſunt teſtimonia multæ neceſſi-

G tatis cum sanitate virtutis, & instrumenti. Et causæ parui pulsus sunt istis contrariæ: hoc est, si sint ꝓpter debilitatem solum, aut inobedientiam instrumenti, aut propter necessitatis paruitatem. Et propterea, qñ erit isti⁹ pulsus causa debilitas virtutis, necessario significabit complexionem malam materialem dominantem super virtutem ipsam debilitantem: aut significat euacuationem superfluam, propter quam intrinseca virtus est dissoluta. Et quãdo fuerit causa ex inobedientia organi, necessario significat malam cõ-
H plexionem siccam materialem: sicut accidit quando dominatur cholera, aut melancholia, aut dominat' in toto corpore complexio mala sicca non materialis, sicut est febris hectica: aut significat super cõgelationem, quæ fit propter frigiditatem multam, aut propter extensionem arteriarum, quæ fit propter apostema. Sed qui fit propter paucam necessitatem. significat paucitatem caloris. & aliquando aggregantur hęc omnia tria. & significat super ista tria. Et causa mediocritatis est temperantia rerum supradictarum. Et
I causa longi pulsus est paucitas virtutis: eo ꝙ non potest extendere arteriam in latitudinem, & profunditatem fm proportionem extensiõis longitudinis. & hoc est pro maiori parte propter ineptitudinem instrumenti, sicut est propter rigiditatẽ, & obturationem cutis. Et causæ curti pulsus sunt oppositæ causis longi. & hoc fit pp virtutis debilitatem. & potest esse vt sit propter instrumenti rigiditatem, aut propter hæc ambo. Sed largi pulsus causa fortitudo virtutis est cum aptitudine instrumenti. Et causę strícti sunt istis opK positę. Sed causæ eminentis sunt propinquæ causis longi: excepto ꝙ virtus fortior est, q̃ in illo vel alio: aut quia instrumentũ ẽ magis obediẽs. Et cãę ꝓfundi istis sunt oppositę. Et cã velocis est multa pulsatiõis necessitas. tñ nõ est necessariũ vt cũ hoc adiũ gat' fortitudo: eo ꝙ pluries natura laborat cum velocitate loco fortitudinis, qñ fortitudinẽ nõ hẽt. & hoc fit pp debilitatẽ virtutis, aut ineptitudinẽ ĩstrumẽti. Et cãę tardi istis sunt cõtrarię. i. nõ necessitas aut helit⁹, aut debilitas virtutis, aut ambo. & ppea est hoc genus pulsus si- L
gnũ malę cõplexiõis frigidę, materialis vel ĩmaterialis, proprię vel cõmunis: aut debilitas virtutis ꝓpter euacuationem prę ambulam, aut ꝓpter multos malos humores, qui dissoluunt virtutem ꝓpter malã eorũ complexionem, vel qualitatem. Et causę generis recepti a virtute sunt manifestę. Et causę pulsus fortis, & debilis, quę sunt sumptę a virtute, manifestę sunt. Et cãę spissitudinis eędem sunt cũ causis velocitatis. & natura illorum optatur, qñ non põt facere fortẽ, vel velocẽ. Sed causa rari est pp paucam necessitatem cum M
abundantia frigiditatis. Sed genus sumptum a ꝓportione quatuor tẽporum pulsus est, quia eorum a via naturali exit⁹ est, vt mot⁹ dilatatiõis sit maioris comparationis ad motũ cõstrictiõis q̃ debeat: & est vt maior sit necessitas inspirationis q̃ respirationis. Et quando motus constrictiõis erit maioris comparatiõis ad motum dilatationis debito, tũc erit fortis necessitas ad euaporandũ vaporem fumosum. Et qñ quies erit maioris cõparationis debito ad motũ,

A tum, tunc erit hoc pp debilitatẽ virtutis cum multa inspirandi necessitate. Et similiter permutatio cõparationis duarum adinuicẽ quietũ ẽ, sicut permutatio cõparationis duorum motuum, hoc est motus dilatationis, & constrictionis. Sed genus sumptum à similitudine, & diuersitate pulsus est manifestũ: quia assimilatio non sit, nisi bonitate virtutis, & ordinatione ipsius. vt cã permutationis est euaporatio virtutis, & ipsius debilitas. Et causa talis pmutatiõis est vna duarum rerum: aut pp aliquam tẽ, quę virtutẽ debi
B litauit & aggrauauit, sicut dominiũ humorũ malorum: aut pp aliquã causam caloris intrinsecũ cordis lædentem, quia distẽdit, sicut dolor oris stomachi. & põt esse, ꝙ sit hoc pp debilitatẽ virtutis ipsius de motu instrumenti: sicut contingit in fine ægritudinũ nocentũ. ideo quia debilitas semper dicitur in cõparatione. quia sicut contingit pp cãm multorũ humorum, sic non est impossibile vt sit cã motus instrumẽti ipsius. Et qui diuersificatur in multis pulsationibus, minus malus est,
C sicut ẽ ordinat⁹ ī diuersitate pulsus. Similiter est malus minus nõ ordinato: ppea quia ordinatus conseruat suum circuitum in hac diuersitate: & conseruatio non fit nisi dominio virtutis pp aliquem motum. Et cãę specierũ in diuersitate compositarum hæ sunt. qñ cãę caprizãtis pulsus, aliqñ prouenient ex ineptitudine instrumenti. Et similis cã est pulsus soricini: excepto ꝙ quãdo permutatur ab augmento ad diminutionẽ, est signũ dimittutionis virtutis: & si redit ad suũ principiũ, significat vigorẽ virtutis: & si à di-

minutione ad augmentũ deuenit, D
fortiorem virtutẽ significat. Sed vndosi pulsus causa est virtutis debilitas cũ organi mollitie. & frequẽtia sua est sicut si virtus partẽ membri sup aliã aggregat: ita vt iste motus motui vndarũ maris assimilet', qui ex multis compositus est motibus. Et vermiculosi pulsus causę istis similes sunt, tñ sunt debiliores. & sicut formicãs. tñ & ipse vermiculoso debilior est. & ppea dictũ est, ꝙ nõ sit formicans, nisi vermiculosus præcedat. Causę debilitatis virtutis sunt manifestę: aut pp euacuationẽ superfluã, ex qua euenit ſyncopis: aut E
destructionẽ caloris intrinseci: eo ꝙ causę, quę faciunt ægritudinem, sunt contrarię ei, & nocent illi. Sed serrini pulsus causę sũt virtutis debilitas. & est cõpositus ex debili & paruo. & in ipso sunt partes anticipantes & postponentes, sicut in vndoso: excepto ꝙ in isto siccitas magna ẽ manifesta. & quia siccitas fit ẽt ab extensione, est serrinus pulsus signum calidi apostematis: & maxime, qñ est in mẽbris neruosis. qđ ẽ, quia rigiditas plus fit ibi ꝓpter neruũ. Sed bis pulsantis cã, hoc est mat
tellini, est organi duricies. qa agit, F
sicut malleus super incudem percutiens bis percutit. & sęda pulsatio p se est, hoc est pp rigiditatẽ nerui. Et cã tremuli debilitas est uirtutis. Et tortuosus significat super spasmũ. Et arcuati cã similiter debilitas est virtutis: qtia equaliter organi partes ferre non põt. Istę sunt causæ septem generũ pulsuum breuiter dictæ. Sed de pulsibus apostematum dicemus, cũ loquemur de signis cuiuslibet ægritudinũ. Sed causę triũ generum pulsus istis coniunctarũ

mani

G manifestæ sunt à rebus antedictis, hoc est à causis malę complexiõis. Et quia istæ species pulsuum non possunt cõprehendi in aliquo indiuiduo, nisi cõparato ad pulsum sani, qui in corpore tẽperatę complexiõis inuenitur, aut ad aliquã octo complexionũ sm Gale. aut ad quatuor, sm q̃ apparet à radicibus naturæ. & iterum sanorũ pulsus alter ab altero diuersificat: & propterea eorũ diuersificationem oportet nos cognoscere: quia si hęc ignoram⁹, ęgrotantiũ pulsus minime cognoscemus. qđ est, quia pulsus ægri nõ
H cognoscitur, nisi pp comparationẽ corporis sani, vt cognoscat diuersitatẽ complexionis ipsius. Et ppea necesse est ei, qui vult in hac scia perfectus esse, vt se exerceat ī cognitione pulsus sani, vt cognoscat diuersitatem complexionis ipsius, & vt cognoscat causas pmutãtes pulsum. quia nisi hoc cognouerit, posset errare, & opinari, q̃ pulsus sanorum est pulsus ægrorum.

De diuersitatibus Pulsuum per res intrinsecas. Cap. 19.

ET dicemus diuersitatẽ pulsus complexionum. Pulsus natura
G bus, quæ alias egritudines sequunt. Prognosticationes, quæ ab accidentibus sumuntur, sunt sicut quando facies infirmi propinqua est sanorū faciebus, & maxime faciei similis sibi sano existenti: eo ꝙ sanorum facies diuersificatur multum. & si ita sit, signum est salutis. Et quando calor æqualis est ī toto corpore, signū est salutis. Et extensio inteſtinorum absq; apostematibus. Et venter mediocris inter crassiciem, & maciem. Et superfluitates ab eo manātes colorem naturalem & substātiam habentes significant salutem, & ꝙ in H partibus ventris non sit apostema, & ꝙ bene se contineant virtutes nutritiuæ. velut stercus, vt sit æquale ĩter grossiciem & subtilitatem, & vt sit coloris aurei. quia tunc est signū salutis illius egritudinis: eo ꝙ stercus significat super bonitatem istī virtutis. Et si vrina sit citrina, & hypostasim in fundo habens albam, & continuam, aut suspensam, signū est salutis: & maxime quando residet in fundo: quoniam talis vrina significat salutem in febribus, & in apostematibus intrinsecis. Sputum album mediū inter grossum & sub I tile, malo carens odore, & quod facile expuitur, in pleuresi, & ī peripneumonia salutem significat. Sudor in acutis febribus in die critico in calore temperatus, in toto equaliter existēs corpore, albi coloris, & malo carens odore, salutem significat. Fluxꝰ sanguinis narīū in febribus sanguineis, in apostemate cerebri, & inteſtinorum in die critico salutem significat. Et signa, quę ab operationibus sumuntur, sunt in egritudinibus acutis bonitas ratiōis, & sensuū claritas: bonitas decubitus, & motꝰ: anhelitus temperatus, nōn ratꝰ, nec K spissus, nec interpolatus: & pulsus fortis, & paucam habens permutationem: & bonus appetitus sunt signa salutis, quia bonitatem omniū virtutum significant. Sed signa salutis, quæ ab ægritudine sumuntur superuenienti, sunt vt superueniens sit contraria causis antecedētis, aut vt ipsa moueat causam egritudinis præambulæ ad partem diuersam. Exemplum primę est febris spasmo repletionis superueniēs: ppea ꝙ cā faciēs febrē, vel ipsa febris cāæ faciē ti spasmum resistit. Similiter febris L superueniens dolori ventris, & stomachi, aut hepatis, aut splenis, a vētoso a frigida complexione generato. Exempla membri secundi multa in Antiquorum libris inueniunt.

Et dixerunt, quando superuenerit causo in die critico rigor, est tunc signum declinationis illius febris: eo ꝙ natura expellit ipsum humorem a partibus intrinsecis ad extrinsecas partes. Et quando superueniunt varices podagricis, & arthriticis, & ægritudinibꝰ renum, vt nefriticis, tūc liberantur. Et quando hæmorrhoides melancholicis superueniunt, si- M gnum est liberationis. & qui subtiliter has res pscrutat, a seipso ex his multa inueniet. Et aliquando accidit, vt vna ægritudo alteri superueniat, & primam alleuiabit: puta q̄ uis perfectam curationem non faciat. & hoc fiet, quando causa egritudinis secundæ erit ex genere cārum primæ: excepto ꝙ sunt minores, & debiliores. Exemplum huius est, quod dicit Hippoc. acetosa in dysenteria eructuatio laudabilis est.

De

A

De signis prognostici Malis. Cap. 43.

ET postquam locuti sumus de signis salubribus, deinde volumꝰ loqui de signis malis. Ista signa in prognosticatione habent gradus secundum plus & minus. & sumūtur ab operationibus, & ab accidentibꝰ, quæ ab ipsis operationibus veniūt, & aliquando sumuntur ab egritudine præcedenti. Ea quæ sumuntur ab accidentibꝰ, sunt hęc, vt facies, quam dixit Hippo. significans mortē, i. quia nasus est acutus, oculi concaui, & aures dependentes, & cutis faciei tensa, & color faciei viridis, vl' B obscurꝰ, & oculi quasi cinericij, hęc perditionem prognosticātur: eo ꝙ ista accidunt in egritudinibus acutis, quoniam spargitur, & perditur calor naturalis ab egritudine, & fortificatur contrarium ipsius, hoc est calor extraneus. & generaliter hæc sunt signa in egritudinibus acutis a fortitudine ægritudinis. Et aliquando accidunt hæc signa in egritudinibus chronicis, vt in hectica, & ēt post multam euacuationem a fluxu ventris, vel a vigilia immoderata. quod est, quia dissolutus est ca- C lor naturalis & humiditas, & calor extraneus est fortificatus: excepto vt non præcesserit ventris fluxus immoderatus, aut immoderata vigilia: quia tunc in malo leuius signū esset. Et quando album oculi rubeū fuerit, & ipsius venæ obscurę, aut nigræ fuerint, signum mortis est procul dubio, & maxime in egritudinibus acutis. ꝙ est, quia nigredo extinctionem naturalis caloris significat & alibi rubedo repletionem cerebri ex humoribus inflammatis significat. Eminentia oculi in ægritudinibus acutis malum est, nisi forte pro D pter oculi ophthalmiam, aut ꝓpter vomitum. Quando supercilliū, aut labium, aut nasus colorem luteum habent, & obscurum, mortem proximam significat. Frigiditas extremitatum in acutis signum malum est valde: eo ꝙ suffocationem caloris naturalis in partibus intrinsecis, aut pp apostema significat, aut pp humorum frigidorum abūdantiā. & proprium signum est extinctiōis caloris naturalis. Et eodem modo, quando habens febrem corpus intrinsecus fuerit calidum, & extrinse- E cus frigidum, mortem significat: eo ꝙ apostema calidum denunciat in interioribus esse. & ideo calor extrinsecus vertitur intus. Et vlr, quando calor equalis non est in toto corpore, malum est. quod est, quia significat in membris principalibus apostema, sicut in cerebro, stomacho, & hepate. Quando lingua pustula bothralia habet cum extremitatum frigiditate, mors proxima est. quod est, quia significat in cerebro, aut in ventre calidum apostema, & malū. Si digiti, & vngues ad obscuritatem sunt decliues, & ad viriditatem, stante pulsū debili, mors vicina est. Et si F nigredo adsit cum fortitudine pulsus in die critico, salutem significat.

Et sīr quando sanies in illis locis fuerit, aut apostema, salutem significat. Et qñ in carne primo apparuerit pustula rubea, deinde ad viriditatē, vel nigredinem conuertitur, signum est malum: quoniam iam ex unctionem caloris innati vr significare. Et si in egritudinibus acutis apparent in superficie carnis minutæ pustulæ ad similitudinem granorum milij, signū est malum: quia signum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G gnum est, q̄ materia paucum digestionem recipit. Et dicit Hipp⁹. icteritia veniens ante septimum diem ī acutis febrib⁹, malum est. Reprobatum est experientia in omnib⁹ nostris terris. & si veniat in quinto die, laudabile multum est viua ratiõe, & maxime in temporib⁹ calidis, & corporib⁹ calidis. Et hęc est sententia collegiorum Medicorum oĩum Persarum, & Indiæ maioris, & pro maiori parte illorum de Antall. & possibile est, q̄ istud quod dixit, locum in Gręcia habuit: quia terra illa hac frigidior existit. Et istud, qđ
H dixit Hipp. q̄ erat signum malum, est ideo, quia hęc est vna ex reb⁹, ex qua prouenit crisis. & omnis crisis veniens ante digestionem, est malũ. & possibile est q̄ viderit in terris suis crises, venientes per icteritiam ante septimum esse malas, & sine digestione. Et significatio, quæ sumitur a reb⁹ exeuntib⁹ a corpore, hęc est: sicut stere⁹ nigrum, & viride, & fœtens, & cum pinguedine in febribus acutis: quia hæc mortem significant. quod est, quia nigrum adustionem, pingue membrorũ liquefactionem, fœtẽs corruptionem hu
I morum significat. Et in acutis stercus album & liquidum malum est: eo q̄ significat digestionis debilitatem: & quia cholera ad partes superiores ascendit. & similiter est in vrinis in hac febre. item album stere⁹ futuram icteritiam significat. Sed stere⁹ habens colores varios super longitudinem ægritudinis habet significare, & super abundantiam diuersorum humorum. & si causa medicinæ fuerit, salutem pronunciat ī qualibet ęgritudine. Et si in principio exierit cholera nigra, siue superius vel inferi⁹, mortem significat: K eo q̄ cum talis humor apparuerit a principio ęgritudinis, significat aut super abundantiam ipsi⁹ humoris, aut super debilitatem virtutis, aut vtrunq;. Et dysenteria proueniens à melancholia, aut acetositate mortẽ denunciat. Quando stere⁹ cholerię pure assimilatur, malum est cum appetitus defectu. Similiter casus appetit⁹ cum sanguinis fluxu malum. Nigra hypostasis in acutis febrib⁹ mortem significat. Eodem modo vrina aquosa & subtilis perseuerans in pueris, mala est. quod est, quia eorum naturalis vrina debet esse grossa. Vrina aquosa in ęgritudinib⁹ a-
L cutis mortem denunciat. & vrina turbida, quæ non clarescit, mala ẽ: eo q̄ significat supra fortitudinem extranei caloris, aut vigiliarum. Vri Et supra
na furfurea, & laminosa in acutis fe- libro
bribus mala est, si vitium renum, aut vesicę non affuerit: quia membrorum liquefactionem significat. Et signum discretiuum inter vtrunq; est renum, aut vesicę dolor, & vomitus niger, & screat⁹ existit mal⁹. & si
M cum hoc fuerit fœtens, mortem hęc significare. Sudor in die non critico apparens, ex quo febris alleuationẽ nõ habet, malum est. & si cum hoc est frigid⁹ in cerui ce, & capite, malũ est. & si in capite solo peior: quia ęgritudinem ęgritudinis significat lenta, & ī acuta significat mortem.

Sanguis guttatim exiens de naribus, pauc⁹, & niger in causo mortẽ significat. quod est, quia magnitudinem apostematis dicit esse in cerebro. Hæc sunt signa accepta ab operatione. Quando oculi lumen effugient, & inuoluntarie lachryma uerint, signum malum erit. Et si ve-

loces

A loces fuerint, & rubicundi, & vn⁹ altero minor apparuerit, signum est mortis. Et rubedo oculorum iterũ super spasmum cerebri habet significare. Et eodem modo, quando labia astringuntur. Et quando infirmus a capitę ad pedes se iactauerit, mortis est signum: quoniam intolerantiam virtutis denunciat. & vbi quandocunq; infirm⁹ non steterit ad modum sani, signum est malũ. & sibi quando vult sedere, saltando sedet. Et eodem modo, quando se attolleret, capiendo, seu sustentando se vbiq;, signum est mortis. Et quãdo infirm⁹ non audit, nec videt, cũ debilitate virtutis, signum est mor-
B ęq proximę. Et quando anhelit⁹ interdum fortis, & quandoq; occult⁹ fuerit, malum est: quoniam perturbationem mẽtis significat, quia eorum consuetudo est. & cum fuerit anhelit⁹ ei⁹ intercisius, est signũ malum: quoniam spasmum in musculis pectoris esse denunciat. Et somnus, qñ læsionem, vel dolorem induit, signum est malum. Et signa, q̄ ab ęgritudinib⁹ precedentib⁹ iumũ
C tur, sunt sic sumenda. quia quando noua ęgritudo præcedente fortior erit, aut in membro nobiliori, signũ est malum. sicut si in synanchia in quarto die humor ad pulmonem descendat, patiẽs in septimo morietur. Et sil⁹ omnis ęgritudo, significans ęgritudinem, vel fortitudinem causę efficientis ęgritudinem, mala est: sicut repletio reumatis in capitibus phthisicorum mala est, & singul⁹ in ægritudinibus acutis, quia spasmum significat. & aliquando accidens superueniens opponitur ęgritudini precedenti, sicut hydrops
D festinantibus post febres acutas.

De signis vniuersalibus ęgritudinum membrorum intrinsecorum.

Cap. 44

DEinceps volum⁹ loqui de signis ęgritudinum membrorum intrinsecorum. Et dicem⁹ quod iã dictum est superi⁹, q̄ hic tria requirũtur, vt membrum ęgrum, & quiditas ęgritudinis, & causa ęgritudinis. & causa hic intelligitur differentia ęgritudinis, hoc est ipsi⁹ proprietas. Et ea, quę istas res significant pro maiori parte sunt accidentia, quę actionib⁹, & passionib⁹ membrorum superueniunt. & hęc apparent aut in corpore, aut in superfluitatib⁹ cor E
poris. Sed accidẽtia quę dicta sunt, pro maiori parte super ęgrum mẽbrum significant solum, quando illa actio, aut passio membro, cui superueniunt, est illi propria: sicut casus appetit⁹ ęgritudinẽ oris stomachi significat. Sed si illa accidentia illi membro non sunt propria, illud membrum ægrum non significat. sicut priuatio mot⁹ digiti non significat proprie ęgritudinem solum in digito esse. quod est, quia potest esse propter ęgritudinem nerui ad aliud membrum venientis. Item possibile est, vt accẽs actioni membri F
superueniens membrum ęgrum, & ęgritudinem significat. & hoc accidit, quia hoc accidẽs proprium ambob⁹ existit. sicut dolor acut⁹ pungitiuus panniculosum membrum ęgrotare faciens, significat q̄ hũc dolorem efficit humor cholerie⁹. Et oxyregmia, quę cum magna ventositate egreditur, significat q̄ ægritudo ī ore stomachi existit, & humor frigid⁹ huius causa existit. Et membru existens supra dorsum corporis membri, in cuius opposito sentitur

ęgri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ægritudo, signum est supra membrum læsum in tempore, quo erit passio membri læsi. sicut dolor, qui est super hypocundrijs, significat ꝙ ægritudo est in stomacho. Et illud, quod non est proprium signum, est sicut dolor ilij, qui potest esse vt sit ægritudo colica, aut ęgritudo renũ.

Vide. 1. de locis affe. Et exeuntia a corpore silr super ęgrum membrum habent significare a parte quantitatis, & forma ipsorum. A forma, sicut corpuscula, pilꝰ, & similia super ægritudinem renũ, & squammosum super ægritudinẽ vesicæ, sine febre corpore existente.

H Et significant a parte quantitatis, sicut magni annuli exputi cum tussi a pulmone prouenire significant: & parui a fistulis ipsiꝰ oriri significant. Item exeuntia a corpore significant ex parte loci, aut a modo exitus ipsorum. sicut a sanguine ab ano existente, quia significat ꝙ ęgritudo est, aut in intestinis, aut in hepatis concauitate, & si per viam vrinæ egreditur, ægritudinem in gibbo hepatis, aut in renibus, aut in vesica significat. Et significatio quæ a modo exitus sumitur, est sicut sanguis exiens cum tussi, qui a pulmone co

I gnoscitur venire. & si cum rascatiõe egreditur, a colatorio venire significat. Adhuc silr dolor, & pulsus sup membrum ægrum significant, quãuis hæc sint ex genere accidentium actionum superuenientuum: saluo ꝙ illorum actiones diuersificantur ſm diuersitatem regularum vniuersalium, & particularium. Et sctrinꝰ pulsus significat ꝙ ægritudo in mẽbro est neruoso. & vndosus significat ipsam in membro carnoso. Sed quando dolor pungitiuus, & a late re mouetur, significat morbum esse in membro panniculoso. & si est lẽ

K tus, significat ipsum ī membro carnoso. & si est pulsatiuus, tunc in mẽbro arterioso ipsum esse significat. & si est latitudinalis, sine punctiõe, significat ipsum esse ī membro nõ ossuoso, nec in neruoso, sicut est in splene & hepate. & si extenditur in latitudinem, significat ipsum in neruo, aut vena esse. & si assimilatꝫ fixioni corporis grossi fixi, significat ꝙ ẽ in lumbis, aut grosso intestino. & si fit frangitiuus, in membro ossuoso esse significat. Isti sunt modi, quibus membrum ægrum potest cognosci. Actiones vero propriasali- L cuius iterare hic non oportet, quia tu hoc scis in libro Sanitatis. Sed qđ hic est optimum, sunt aliquantę distinctiones eorum, quæ ex corpore egrediuntur. & dicimus ꝙ exeuntiũ a corpore sunt duæ ſpecies. Vna est, cuius exitus ẽ naturalis: sicut vrina, stercoris, & sputi. & alia est, cuius exitus naturalis non est: sicut sanguis, & quorũdã membrorum partium.

De his, quæ egrediuntur a corpore, quæ ægritudines significant.
Cap. 45.

ACcidentia vero exitus eius, qđ M exitum habet naturalem, nõ significant pro maiori parte nisi qditatem ægritudinis, vel causam. & iam de illis secuti sumꝰ. Sed res, quæ exitum non habent naturalem, significant membrum ęgrum ꝓ maiori parte. & quod hic dicere volumus, est signum exitus sanguinis. Et dicimus ꝙ sanguis exiens, aut exit a superioribꝰ partibus corporis, aut a partibus inferioribus. Et qui a partibus exit superioribus, aut exit per os, & cum sputo: aut cum rascatione,

A tione, & a colatorio prouenit: aut a stomacho, & fit cum vomitu: aut a pectore, vel pulmone, & fit cum tussi. Sed qui a pulmone prouenit, est quantitate multus, & simul & semel proijcitur, & sine dolore, & est arteria lis. Sed qui a pectore prouenit, est cum dolore, & est paucus, & simul & semel non exit, & colorem sanguinis pulmonis non habet, excepto ꝙ ab aliqua exeat atteria: & ī eo sunt guttæ coagulatæ. Et aliquando a capite descendit, & mouet tussim. & autumant aliqui, vt a pulmone descendat: sed ab eo diuersificatur in

B substantia & colore, quia pro maiori parte est sanguis coagulatꝰ. & adhuc significatio sumitur a signis repletionis cerebri. Et aliquando a gutture prouenit, & cognoscitur ꝑ dolorem spatularum. Sed sanguis, qui a partibus inferioribus corporis egreditur, aliqñ ab orificijs venarũ ani egreditur. & natura hoc vtitur ꝑ viam euacuationis, quando nimia quantitate, aut qualitate exuberat. & hoc cognoscitur ab accidentibꝰ orificiorum ani eueniẽtibus. & hoc idem si superfluat, non est laudabilis. Et aliquando per eandem viam

C egreditur sanguis ꝓpter apostemata, aut intestinorum vlcerationem, aut ꝓ virtutis hepatis debilitatem, aut ꝓ malam sanguinis qualitatẽ, quam natura beneficio mundificationis expellit. Et communicat sanguis exiens ab intestinis, & propter debilitatem hepatis ī hoc, quia ambo loturæ carnis assimilantur. Et ꝓpriũm signum in intestinorum vlceratione est dolor sensibilis in mẽbro egrotãte, & ꝙ paulatim sanguis egreditur, quia superfluitatibus est admixtus. Item qui ab hepate prouenit, ab accidentibus proprie debi D litatem hepatis significantibus cognoscitur, & sine dolore est. sed qđ expellit hepar ꝓp malitiam ipsius, cognoscitur per colorẽ, quia est sanguis niger adustus. Sed sanguis, qui ex vijs vrinæ egreditur, aliquando a vesica prouenit, aliquando a renibꝰ & aliquando ab hepatis gibbositate. Et qui ex renibus exit, egreditur ꝓp duas causas, aut propter venę apertionem, aut propter ipsorum renũ scissuram: sicut accidit propter lapides in eis generatos: quia multoties in eorum substãtia generatur, sicut dicit Gale. & postea lacerant lapides E ipsorum carnes, & egrediuntur. & quando hoc accidit, dolor incipit in loco ipso, & durat quousq, virtus expulsiua expellit ipsos. & vt plurimũ generatur in concauitatibus ipsorũ propter separatiuæ virtutis debilitatem, quæ separare non potest aquosam partem, ex qua renes nutriũtur a parte terrestri. Et aliquando generatur propter virtutis assimilatiuæ debilitatem, quę partem, ex qua mẽbrum nutriri debet, non potest assimilare, & sic ad lapidem conuertitꝫ, & non ad partem renum: aut vesicę F conuersionem habet. Et hoc accidit propter fortem caliditatem & siccitatem, aut propter frigiditatẽ & siccitatem: sicut accidit in superfluitatibus, quæ in aquæ canalibus colliguntur. & aliquando accidit ꝓpter grossorum ciborum, & terrestrium vsum. & aliquando hę causę omnes insimul aggregantꝫ. Itẽ adhuc sanguis ex renibꝰ egrediẽ ꝓp virtutis nutritiuæ debilitatẽ. qđ est, qa nutriri nõ possũt ex hũiditate sanguinea ī eis existẽte. Sed-hatũ passionũ drię hæ sunt. quia quę a debilitate renũ

cau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G causatur,ab accidentib⁹ renib⁹ supuenientib⁹ cognoscitur: sicut a colore,qui eis accidit propter malam cõplexionem,& totius corporis maciẽ & coit⁹ debilitatem. Et differentia illi⁹ sanguinis, qui fit propter apertionem venæ,ab eo,qui propter virtutis nutritiuæ fit debilitatem, est, quia qui egreditur propter veuę apertionem,ponit vrinam talẽ,qualis fit sanguis ab ipso rei principio. sed qui a debilitate prouenit renũ, loturæ carnis assimilatur.& hoc idẽ in principio valet, neq; subito appa ret. Et differentia inter sanguinem
H ex scissura venæ prouenientem, & sanguinem ex orificijs exesitem,est, quia qui ex orificijs egreditur, sine dolore est,quemadmodum sanguis ex narib⁹ exiens: & qui ex scissura, exitum cum dolore habet. Item q ex vesica prouenit, semper cum dolore egreditur. quod est, quia sanguis ex hoc membro vt plurimum egreditur propter humores acutos ipsum lacerantes. Et qui a gibbositate hepatis egreditur,ab accidentibus debilitatem hepatis denotantibus cognoscitur Sed accidẽs, quod
I flux⁹ ventris nominatur, quãquam de eo Gale.sufficienter non sit locutus:declaratum tamen est ī Aegritudinum libro, ꝙ sit ab intestinorum hepatis,& stomachi debilitate,& aliquando a debilitate membrorum toti⁹ corporis.& cum hic dico debilitatem,malam membrorũ sine materia complexionem intendo. Et fili⁹ propter malam complexionem materialem hęc accidentia fieri possunt: hoc est,propter materiam in quolibet istorum membrorum,aut in plurib⁹ collectã. & tunc hæc mala complexio solum membrũ ęgrũ non significabit,sed etiam ipsi⁹ cau K sam denotabit.Et incipiendum est a signis, quę quando huic euacuationi coniungũtur, membrum hoc ęgrum significant propter ipsorum dias.Et dicim⁹ ꝙ dia, quę est inter fluxum ventris, qui ab ægritudine materiali fit in aliquo membro,vel in plurib⁹, & inter fluxum, qui ab ęgritudine fit non materiali,est, qa illę,qui ab ęgritudine fit materiali, habet manifestum exitum humoris ipsum facientis cum egestione. & si fit sine materia, non sic manifestatur. Et debes scire, ꝙ si a sto- L macho prouenerit, ab accñib⁹ stomacho superuenientib⁹, ꝙ manifestatur stomacho habente complexionẽ malam materialem, aut non materialem. & cum hoc penit⁹ coniungit⁹ mora cibi in stomacho pauca.quod est,quia qui a stomacho ꝓuenit, est propter vnam duarum rerum: aut propter virtutis expultiuę festinationem, vt citi⁹ expellat: aut propter retentiuę debilitatem,vt nõ rẽtineat. & quodcunq; horum fuerit, necesse est vt pauca cibi in stomacho fiat mora. Et aliquãdo acci M dit,vt flux⁹ ab intestinis prouenias, sicut dictum est: & hoc ab accñib⁹ intestinis superuenientib⁹ cognoscitur:& quia in stomacho causa sedi nantię supradictę non est,sed in ipso cib⁹ tempore naturali moratur.

Et qui ab hepate aut venis prouenit,aut ab aliquib⁹ alijs membris ꝓ uenit,vt a capite,& his similib⁹, cognoscit⁹ si materialis est.similit⁹ a signis significannt⁹ dominium humoris in membro, & ab accñtibus illi membro proprijs, aut ab ipsius operationib⁹. Auenzoar enim testificatur de illo,qui fluxum chroicũ pa-

A patiebatur,ꝙ fluxus iste ī hora somni fortificabatur, & in hora vigiliarum alleuiabatur.& per hoc arguebat,ꝙ humor hoc faciens esset in cerebro:& suam intentionem in curãdo cerebrum adhibuit,& curat⁹ est. Et ego eandem rem isti similem feci in quodam fluxum ventris patiẽte: quia medicatus a multis Medicis,& a me longo tempore fuit,& nihil proficui habebat, ita ꝙ de ipsius salute desperaui, sed ipsum visitabã sicut amicum.& quia magnus erat, tandem percepi vnum ex suis brachijs,alio frigidius,& macrius:& au
B tumaui ob hoc,ꝙ fluxus ab illo brachio ortum habuit: eo ꝙ virtutes ipsius membri,attractiua,& digestiua deperditæ essent propter malam cõplexionem frigidam non materialẽ super ipsum dominantem. Et ego intentionem meam ad illud membrum calefaciendum appo sui:cum frictionibus, balneis, & similibus localibus reducere bonam & naturalem humiditatem conatus fui:& postea mentem appo sui,vt calorem naturalem,atq; humiditatem hanc
C cum rebus conuenientibus conseruatem,donec ipsum ad omnes suas virtutes naturales reduxi,nec medicinam propriam aliquam fluxui ꝓ priam facere curaui. & propter hãc rem breui tempore curatus est. Sed fluxus, qui fit propter oppilationẽ. quæ fit in mesaraicis vententib⁹ ab hepate ad intestina,significatur per chylum exeuntem cum egestione: quãuis tardet in stomacho, & intestinis tempore naturali,aut propinquo eidem.&quando hoc accidit alicui,fit ei macies tempore breui,ita ꝙ breuiori quãm alijs fluxib⁹ accidat. Sed quando ęgritudines istę cõ ponuntur,difficile est eas cognosce D re.Et scias ꝙ maior pars istorum signorum coniecturabilis est. & propterea volens ista cognoscere indiget acuto ingenio cum perseuerantia persecutionis. & quando æstimabis vnum,incipe eleuare cũ medicina leui ſm ægritudinem,quam opinatus fueris. & si lucratus fueris ex hoc, continua medicinam: quia tunc scies ꝙ opinatus es verum.& si non,dimitte. Sicut qñ credideris ꝙ causã flux⁹ sit oppilatio,dabis res aperitiuas. & si lucrat⁹ fueris, teneas hanc medicinam , & credas ꝙ hęc opinio est vera.& si non,incipies ci- E to restaurare illud,quod fecisti cum medicina illa. Et opinãtur quidam Medicorum ꝙ hęc oppilatio sit de genere suppositorum ęgritudinibus, & causis ęgritudinum. Et si credideris ꝙ causa ęgritudinis sit caliditas, stu debis curare cum reb⁹ parum frigidis.& si videris, ꝙ prodeunt, credas pro certo tuam opinionem,& ĩcipe ægritudinem leuare. Hæc sunt illa, propter quæ cognosces membra lęsa. Et quædam cognosces per accidentia membrorum communicantia cum membro læso,sicut tussis,ꝙ accidit cã pleuresis, aut cã apatis he F patis:aut tractione ossis trachea tracti cã apatis hepatis. sed hæc signa nõ sunt,ꝓprie signa lęsionis mẽbri, nisi coniungant⁹ alia signa cũ eis:sicut tussis,& rascatio, ꝙ nõ significat sup pleuresim, nisi sit ibi dolor punctiu⁹ lateris,& febris continua. Adhuc scias,ꝙ in quibusdã mẽbrorum ęgrorum est ęgritudo p se primo,& ī quibusdam pp aliorum membrorum communicationem fit. & cognitio ægritudinis,quæ pp colligantiam fit membrorum, est ꝙ mem-

G brum compatiens propter augmentum, vel diminutionem ęgritudinis membri per se egri aggrauatur, aut alleuiatur. v.g. quia vertigo, & aliæ capitis ęgritudines, quę augmentãtur, quãdo stomachus nauseat, aut quando corruptos in se continet humores, aut quando a cibis vacuus non est: tunc dicere debemus, ꝙ hoc non accidit capiti, nisi propter cerebri ad stomachum colligantiam. Et adhuc hoc indiget perscrutatione, quia possibile est, vt alicuius mẽbri ęgritudo propter alterius membri ęgritudinem accrescat. aut esse H potest, vt in vno membro sint ęgritudines plures: quarum vna est sibi propria, & prima, & altera propter alterius membri colligantiam. Et aliquãdo ęgritudo, quę propter colligantiam fit, propter propriæ ægritudinis augmentum recipiet crementum: & autumabit forte quis quòd propter colligantiam sólam hoc ꝓuenire possit. Item adhuc esse potest, vt duæ ęgritudines propter colligantiam esse possint: vt ęgritudo cerebri propter stomachum, & ægritudo stomachi propter aliud membrum. Et ne in hunc errorem decI dat speculator, oportet vt circa hoc pluries perscrutetur. & quando eius opinio super aliquam istarum fuerit firmata, tunc remotionem ipsius cum medicina ęqualitati propinqua attẽdet, hoc est cum medicina ad aliquam extremitatum, nõ multum declinante. Et si experientia hoc ipsum inuenerit, & perpendat, in ipso perseueret. & si non, ad aliam opinionem se conuertat.

De signis Aegritudinum, & causarum ipsarum in generali. Cap. 46 K

ET postq̃ nos de reb⁹ vtilibus fuimus locuti, ꝓ quas membra ægra cognoscere possumus, deinceps loqui volumus de rebus, per quas ęgritudines, & ipsarũ ęgritudinum cãs cognoscamus. Et dicimus ꝙ rerum, sup quas nos oportet adducere signa vsi, sunt aut mala complexio materialis, aut non materialis. Et signa, quæ malam complexionẽ materialẽ significant, vt dictũ est, sunt illa, quę dominationem humoris significant, aut in toto corpore, L aut in vno membro egro. Et adhuc sit, vt dictum est, ea quę ex corpore egrediuntur, humorem facientem malam complexionem materialẽ significant: sicut vomitus, & egestio, aut sputum. & hæc sunt signa cõuenientia super genus cãæ operatiuæ. & de his iam locuti fuimus. Et rascatio rubea signat ét sup cãm, & spẽm operantem: sicut rascatio rubea significat fortitudinẽ sanguinis, & viridis fortitudinem humoris combusti. & iõ significat in ęgritudinib⁹ pectoris mortem. Et rascatio bona est alba, plana, æqualis, & quæ cum facilitate expuitur. Et apata signant demtationem super humores operãtes ea ꝓ signa signãntia super fortitudinem humorũ. Et dolor signat super cãm, q̃ operatiõ ꝙ dolor acutus signat ꝙ, humores sunt calidi: sed dolor martellin⁹, & dolor similis pũctioni acus grossę, non sunt nisi ex humorib⁹ frigidis, sicut dolor colicę: aut cã humoris lapideati, sicut accidit in renib⁹ cã arenularum. Et apata sit ex signis cãrum faciẽtiũ manifestant. & quia pulsus i re apo-

A apatum signum hẽt ꝓpriũ, ob hoc de ipso nunc loqui dispositum. Et dicimus ꝙ apatum calidorũ pulsus tensus est paruus, velox, spissus, vari⁹ varietate serrina. Et tensio vero fit pp materiam organum extendentem. paruitas vero propter duriciem, & organi asperitatẽ fit. velocitas, & spissitudo propter recompensationem fortis magnitudinis fiũt, quam amisit. serruitas vero fit, quia virtus organum extẽdit: quia & nõ est organum obediens, & ipsius partes non æqualiter extenduntur. & ob hoc vna alteri resistit: & propterea B ille motus serræ motui assimilatur. Sed apostematum cholericorum pulsus spissior sanguineorum pulsu est, pp ipsorum fortitudinem caloris: & magis ad serrinitatem declinat, eo ꝙ choleræ siccitas indurat membrum. Sed apostematũ phlegmaticorum pulsus paruus, & rarus, & tardus est, propter fortitudinem frigiditatis, & virtutis debilitatem. & idispositio serrina omnino non exibit propter humoris faciẽtis humiditatem. Sed humorum melancholicorum apostemarum pulsus dur⁹ C est, & asper propter humorum siccitatem, & est tardus, & rarus, & ad serrinitatem manifestè declinat, & eũ his omnib⁹ est occultus, & rarus. Et de reb⁹, per quas cognoscuntur apostemata, quæ fiunt in principalibus membris, est febris. & iõ hæc est vna de rebus, quę ostendunt de apostematibus, quæ consueuerunt facere sanem: quia apostema, quod nõ facit sanem, non habet calorem extraneum, sicut apostemata, quæ sũt causa ventositatis, aut duriciei. Sed membra, in quibus visibilit manifestantur, sunt cerebrum, hepar, stomachus, & intestina gracilia, & splẽ D & renes, & vulua, & vesica. Ista sunt genera signorum, per quę species ęgritudinum cognoscũtur sm regulam huius artis vniuersalem. Et si ego non recolerem signa, & cursum qui currit in hac arte, hoc est dicere si ego non cõsyderarem in vnoquoque membro consyderationem ꝓpriam, tunc consyderatio vniuersalis sufficere videretur: sed volo sequi vestigium Gal. ad maiorem cautelam, s. ad loquendum de rebus particularibus: eo ꝙ hæc est via quæsita in hac arte. Et nos narrabimus ęgritudines membrorum manifestorũ, E & narrabimus signa significãtia super ipsa cum cautela, & complemento verborum particularium, quę cũ vniuersalibus dici non possent. Et etiam, quia multa signa ex his cum accipiuntur particulariter, non sunt signa: eo ꝙ plus apprehẽdũt quam ęgritudo ipsa, vel quàm membrum infirmum. Et propter hoc necessarium est loqui super omnia accidentia, quę sunt propria vnicuique ęgritudini, v. g. quia dolor pungitiu⁹ in latere cũ febre, & tussi, & pulsu serrino signũ est apatis diaphragmatis. Sed maior pars ęgritudinum mem F brorũ interiorũ, q̃ indigent demtatione, sunt apata, vel mala cõplexio materialis, vl nõ materialis. Sed sm Gal. consyderationẽ in res particulares narrare oportet. Sed de his breuiter dicem⁹, ęgritudines mẽbrorũ, ꝓprias narrãtes signa sup eas signãntia oñdemus, a cerebro incipientes. Dicimus ꝙ oẽs malę complexiões eidem superuenire possunt, vt calidę, frigidę, siccę, & humidę. & vniusquiusq; istarũ signa significãtia dispositionẽ pleni⁹ ostendentur: sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

C oculorũ rubedo,& faciei,& actualis calor dominium sanguinis, aut humoris calidi significat. Et proprietas malæ complexionis calidæ aut frigidæ est, vt eidem dolor coniungat, tamẽ in complexione calida fortuor existit. sed humida vel ficca dolorẽ non efficit, nisi parum. Sed quando est sola humiditas, tunc sola grauitas sentitur. & humida complexio cerebri cognoscitur a capitis grauitate,& a multo somno,& a sensuum capitis hebetudine. Et siccitatis signa his existunt contraria. Et possibile est, vt complexio aduenies capiti sit H principaliter aduenies ex capite. Et possibile est, vt ab alio veniat membro: sed pro maiori parte accidit ea stomachi. & signum huius est, quoniam soda promouetur, quando angustiatur stomachus ad vomendũ, vel quãdo a cibis vacuus existit, aut quando cibaria corrupta sunt i stomacho. & istud est generale. quoniam dolor capitis augmentatur, quando augetur stomachi ægritudo: & minuitur, quando minuitur. Et possibile est, q accidat ex colligãtia duarum venarum, quæ nominatę sunt in Arabico guidez, & sunt venæ somni: quoniam accidit in capite dolor, qui dicitur hemicrania. & I signum huius est signa significantia repletionem occipitij. Et possibile est vt accidat ex colligantia totius corporis. & signum huius est signa significantia repletionem vniuersalem. Et cerebro aduenire possunt omnes species apostematum calidorum, & frigidorum. Et aliquando membrum ęgrum cognoscitur, & ęgritudo a propijs ipsius operationibus in ipso: sicut in ægritudine fixa in cerebro concomitantur alienationes, quæ diu continuantur cũ K eo. q si propter colligantiam alterius membri existant, sicut accidit, ꝓpter apostema diaphragmatis, concomitantur alienationes, quæ non continuantur cum eo. Item accidentia, quę sensibus aduenium, sunt cognitionis species ægritudinis membri propriæ: sicut apostema cholericũ in cerebro factum malas præbet cogitationes, & quasi festucarum de pannis euulsionem adducit, & vigiliarum multitudinem, & cum mala dispositione de somno excitantur. Et qd ex sanguine fit, minus vigilare facit, q illud, quod de cholera fit: L & habet risum, & lætitiam. sed qd a cholera fit, sequetur ira, & furor. Sed quod de melancholia fit, & illud alienationem sensuum promouet ex cepto q timor, & planctus hoc concomitantur. Sed quod ex phlegmate fit, corruptionem animalium virtutum præbet, & non intendit facere malum. Sed signa propria dominij humoris apostema facientis in cerebro sunt sicut rubedo faciei & oculorum, & caliditas tactus, & fortitudo pulsus. quoniam ista significant abũdantiam sanguinis: & maxime quando associabitur eis regimen conueniens, sicut ætates, com- M plexiones, & tempora. Et non quæras vt rememorem tibi signa multo tiens: quoniam rememorari debes eorum, quæ tibi dixi. Et pulsus sup apostemata significans habet a sua proprietate varietatem tremoris. qd est, quia est in membro panniculoso pp certamen, qd est inter virtutẽ & organi extensionẽ. Et hoc accidit apatibus calidis plus manifestatur. In apostematib⁹ vero phlegmaticis & melancholicis mollicies, & humi

A ditas, quę est in apostematib⁹ phlegmaticis, quasi vincit fermam dispositionem, quam a parte membri cõ sequi debet. Et panniculi, qui in cerebro apostemãtur, sunt pia mater, & dura mater, & aliquando ipsa substantia cerebri apostematur. & hoc maioris est periculi, & fortiora hẽt accidentia. quod est, quia ex hoc cõ sequitur paralysis, aut apoplexia. Et dicitur q aliquando cerebri rete apostematur. & hoc sequitur dolor pulsatiuus propter arteriarum multitudinẽ. & ipsius ꝓpria signa sunt albi oculi, forma rubedo, & palpebra B rum grossities, & motus difficultas. & febris, vt dictum est, propria in istis apostematibus existit: sed tamẽ in apostematibus calidis est acuta, & in mollibus est lenta. He sunt ægritudines, in quibus necesse est inducere demonstrationem, & ꝓprie in ęgritudinibus cerebri. Sed epilepsia, & apoplexia, & similes ęgritudines neruorum, omnes istę ægritudines sunt manifestæ sensui. & iam diximus earum causas in libris Aegritudinum. Et quæ remanent loqui, sunt signa, quæ sunt propria cuiusque eãrum causarum ęgritudinum. Et C hoc inuentum est in eis plurib⁹ ex causis. & est inuentum in eis ex colligãtia aliorum membrorum, sicut est relaxatio. quia iam declaratum est in libro Aegritudinũ, q humor qui facit, est causa phlegmatis: & potest esse q sit causa melancholiæ. Sed si est ex aquositate, aut ventositate, in hoc est differentia inter Medicos: & si potest esse, vt sit i cerebro principaliter, & ex colligantia aliorum membrorum. Sed cognoscere ista signa maxime potest sciri p pręterita: quia istę ęgritudines eue niunt pluribus de causis. Ecce quæ D significant super ipsa, sunt signa, q significant super abundantiam humoris. & q eius, quod inuenitur ex colligantia alterius membri * dicta sunt, iam fit via, per quam demonstratur. & hoc est, q ægritudo multiplicatur in membro ex colligantia, & minuitur ex minoratione. & iterum quia membro lęso non stat fixa ægritudo. & ideo, quia omnia ista accidentia manifestant, q hæ ægritudines non sunt in membro principali. Et scias q differẽtia, quę inter ęgritudines materiales & non materiales existit, est, quia materia- E lis dominium illius humoris ostendit. & quæ prima essentia, a non materiali existit, si causa hoc efficiens a rebus exterioribus causetur, hæc erit malitia pauca, & perseuerantia erit breuis: sicut dolor capitis, qui a calore prouenit Solis, & sicut ægritudo, quæ nominatur terabi, quæ ab aere sereniſſimo, qui membra nutritiua læsit, contingit, & quę mala cõplexio⁹ a secunda existit essentia, est sicut spasmus, aut & hectica, quæ a nimia siccitate fit. & hęc spasmi species ab alijs spasmi specieb⁹ diuersifi catur: quia paulatim aduenit, & ei⁹ F timor est magnus. Hæc sunt signa ęgritudinis.

De signis ægritudinum Oculorum.
Cap. 47

INcipiamus nunc signa ęgritudinis oculorum. Dicamus q, hę ęgritudines sensui visus manifestantur. & in hoc non indigemus nisi cognitione causę. & hunc meum sermonem complebo, cum de oculorum medicatione sermonem ordinabo. sed hic dicã signa, quę cognitionem ægritudinum oculorũ ma-

G nifestant. Hęc lęsio est, quę aduenit nerno, per quem ad oculum spiritꝰ currit animalis, aut quę eidem accidit spiritui. Et neruus, qui ad oculũ dirigitur, lædit aut mala complexione materiali cum apostemate, vl' oppilatione: aut propter malã complexionem sine apostemate, vel oppilatione. Et signa malę complexionis cum apostemate in oculis sunt manifesta: sicut pulsatio, rubedo, & calor. & signa oppilationis sunt sola grauitas. Et signa malę complexionis oculorum manifestantur, secundum quòd omnis mala complexio manifestatur. Et oppilationes, quę in eo sunt, fiunt sicut ęgritudo, quę nominatur abinnasal: & est oppilatio facta inter corneam & humorem crystallinum. & hęc oppilatio apparens est. Hanc vero ęgritudinem prędcedit vaporum eleuatio ad partes superiores. Et potest esse vt isti vapores propter colligãtiam stomachi ascendant, quos stomachus transmittit cerebro: & etiam possunt a solo cerebro eleuari. Et differentia inter istos est, quia vapores a stomacho venientes crescunt, & decrescunt propter bonitatem digestionis stomachi, & malitiam ipsius, Sed quando a cerebro fiunt, in sua fixione firmantur. tamen & in eis, qui a cerebro fiunt, aliqua additur malitia propter stomachi malitiam. Et dicunt q̃ vapores a stomacho ascendẽtes ambos oculos ęqualiter turbant. Sed oppilatio, quę propter decursum aquę superioris aduenit, vt plurimum vni soli oculo accidit.

De signis ægritudinum Aurium.
Cap. 48.

ET auribus etiam fit ęgritudo ꝓpter duas species malę complexionis, vt materialem, & non materialem. & fiunt in ipsis apostemata, & oppilationes, & dolores, & generaliter ęgritudines, quę sunt omnibus aliis membris generales, dolorum, & apostematum, & pustularum, & similium. & hęc signa sunt signa ꝓpria ęgritudinum ipsarum. Et signa calidi apostematis auricularũ sunt dolor infixiuus grauis: quia membrum est neruosum, & chartilaginosum: & pulsus ferrin⁹. Et scias q̃ maior pars humorum facientium talia apostemata est humorum subtilium propter obtusitatem, vel duriciem substantię ipsorum membrorum. & aliquando cum his apostematibus fit febris continua: & maxime quando apostema est in radice loci nominati sumach. Et maior ps ęgritudinum, quę fiunt in aure, est exufflatio, & tinnitus, propter intus ventositatis expulsionem & inclusionem. & dicitur q̃ hoc esse, potest acuitate sentiendi. & demonstratio super hoc est, q̃ ibi non est signum superabundantię humorum.

De signis ægritudinum Nasi.
Cap. 49

NAso superueniunt oppilationes, & apostemata cum complexione mala materiali, & non materiali. Et propria apostemata in ipso sunt, quę derivata sunt a nomine illius vermis, qui ramisse nominatur. hic est ille, qui multos habet pedes. & signa istius ęgritudinis ab eisdem, quibus & alię ęgritudines, cognoscuntur signis.

De

A

De Aegritudinibus Oris.
Cap. 50

AEgritudines vero oris oculis manifestantur: & ob hoc per scrutatione signorum ipsorum non indigemus.

De signis ægritudinum Gulæ.
Cap. 51

ET gulę fiunt apostemata, & ęgritudines, quę etiam eldaucha dicuntur, idest strangulator, & Persę appellant ascheam. Et cognoscunt a dolore ibi existente, & cum constrictione deglutionis. & quando crescit, constrictionem facit anhelitus. & potest fieri, vt hic extinguat spiritum. Et causa huius a signis humorum ibi dominantium cognoscitur. Et pulsus in hoc apostemate est vndosus: & est, quia hoc apostema in membro est musculoso. & diuersificatur hoc apostema secundum magnitudinem, & paruitatẽ: & secundum hoc eorum⁹ terminationes iudicantur. Et hoc ex signis bonis est, vt apostema in partibus exterioribus manifestetur, aut propter tumorem, aut aliud signũ, aut propter dolorem per tactum. Et ipsorum species secundum Gal. sunt quinque. Vna est, quæ fit in meatu gulę, quę extremitatem epiglottidis attingit. Secunda est, quę nec foris manifestatur, & in gula non apparet: sed ex hoc patiens quasi strangulationem percipit. Tertia est, quando gula exterior est inflata. Quarta, quando intus, & extra tumet. Quinta, quando lacerti colli appodiantur: ita quòd spondili in- s contra-- hun-- tur.

De Signis ægritudinum pulmonis. D
Cap. 52

ET pulmoni multę ęgritudines fiunt, quarum quędam sunt cõmunes, & quędam ꝓprie. cõmunes sunt sicut aspata, vlceriationes, & cõtinuitatis solutio: ꝓprię vero, sicut tussis, & ęgritudo, q̃ dr beth horra, i. difficultas anhelitꝰ. Et aspa pulmõis cognoscit⁹ a fortu anhelitꝰ strictura, & a cõcussiõe fixa cũ ipso ꝓp istius mẽbri ad cor ꝓpinquitatẽ, & pectoris grauitatẽ, & a forti tinctura pomorũ maxillarum, & ab oĩb⁹ signis dñatiõis sanguinis cognoscitur. Et ppea quia vt plurimũ ī hoc mẽbro E aspa a sanguine cõcreat: q̃ꝑ est, qa cholerę sparsio in eo ꝓp suę subtilitię mollicię cẽ nõ põt, & ét ꝓp multã humiditatẽ ad ipm trãsmissam: & tũ nec ẽt ꝓp hoc apostema phlegmaticũ nisi raro in ipso cõficit. Et dolor in aspate isti⁹ mẽbri signũ nõ est: quia hoc mẽbrũ insensibile est. Et pulsus necessario est talis, qualis aspatũ calidorũ: excepto quia in eo vndositas est manifesta ꝓp mollicię mẽbri. Et solutiõis cõtinuitatis isti⁹ mẽbri signũ ẽ: quia simul & semel sanguis egredit⁹ mult⁹, rube⁹, areno F sus, & cũ tussi. & hęc fiũt aut ꝓp cãs extrinsecas, aut ꝓp reuma descẽdẽs, aut ꝓp percussiões in pectore factas. Et sputũ sili apostema pulmõis manifestat, dummodo comungat cum signis prędictis. quod est, quia posset fieri etiam in apostematib⁹, quę fiunt in * panniculis costarum. Et ex signis laudabilibus in apostemate pulmonis est sputum album, & ęquale, & quod suauiter egreditur: quemadmodum illaudabile est signum, in quo dominium aliquorũ humorum manifestatur, & maxime

* a.l. pallículis.

G ſputum nigrum,& poſt illud eſt citrinum,& poſt illud rubeum. Et ſputum rotundum, quod Hippo. dixit eſſe ſummum malum in pulmõis ægritudine,eſt,quia ſignificat perditionem ſuper humiditatem naturalem: ſed tuſſis non eſt ſignum niſi auſæ efficientis. Et cauſas ipſius tu ex alijs libris nouiſti.

De ſignis ægritudinum pectoris.
Cap. 53

ET ęgritudines, quæ manifeſtio res ſunt in pectore,ſunt apoſtemata,& oppilationes. Et apoſtema ta vt plurimum fiunt in pellicula interiori tegente coſtas,quæ ægritudo H nominatur xazibera,quæ in lingua noſtra pleureſis nominatur. Et ī his apoſtematibus propria ſigna ſunt dolor fixus extenſiuus, febris acuta, &tuſſis cum ſputo,& pulſus ſerrin°. Et aliquando hæc apoſtemata fiũt in muſculis, qui ſub pãniculo ſunt. & tunc hæc paſſio apoſtema lateris dicitur,& tunc hæc ſigna ſunt poſteriora dictis ſignis. Similia tamen ipſius accidentia ſunt debiliora,& minus timoroſa. nec dolor adeo fixus I eſt,quia non eſt in membro panniculoſo, nec ī pulſu ſerrinitas ſic manifeſtatur. Et aliquando apoſtema fit in panniculo pectus diuidente. Et aliquando diaphragma apatur, & ſequitur hic ſenſus alienatio, & inquietudo magna.

De ſignis ægritudinum Stomachi.
Cap. 54

ET ſtomacho aduenium ſpecies complexionis malę,vt materialis,& non materialis: & aduenium apoſtemata,& vlcerationes. Sed ſpecies malæ complexionis non materialis,quando remiſſa eſt,a rebus extrinſecis eſt creata: & illę ſunt illius ſigna demonſtratiua, ſicut aduent° aeris,vel cibi frigidi. Sed ſi fuerit intenſa,erit aut mala complexio calida & ſicca, quæ hecticam inducit: aut erit frigida & ſicca,& ſenectutis erit hectica. Et ſignum ambarum ęgritudinum eſt,q̃ in hoc membro illa ſigna manifeſtantur,quę in ambabus ægritudinib° his manifeſtari ſolent. quod eſt, quia membrum hoc fortiter demacratur. & quando patiens ſupinus iacet, tunc percipit ſtomachi diſpoſitionem ſoueę ali- L cui ſimilem eſſe. & ſtercus molle egreditur & indigeſtum,& vniuerſaliter ipſius virtutes omnes debilitantur. Sed mala ipſius materialis complexio huiuſmodi eſſe poteſt, aut vt ipſa ſit imbibita, vel in concauitate ipſius fixa,aut ab alio membro trãſmiſſa. & poteſt eſſe vt res ambę adinuicem componãtur. & hoc poteſt aut ab vna,aut a duabus materieb° eſſe,v.gra. ſicut ſi in ipſo ſit humor cholericus,& ipſi humor phlegmaticus tranſmittatur. Et ſi ipſe fuerit phlegmaticus humor, ab eo ructus M proueniet acetoſus: & ſi fuerit cholericus,fiet fumoſus. Et differentia,q̃ eſt inter humorem fixum & tranſmiſſum,eſt: quia tranſmiſſus per ſe ceſſum, aut vomitum exit: ſed imbibitus & infixus neutrum horum attentat,ſed conatur ad vomendũ, & nihil proijcit. Et ſignum appropriatum choleræ eſt tremor labij. Et humoris melancholici in ſtomacho ſigna ſunt virtutis viſibilis ſpedimentũ,& acetoſitas acerba ī ore. Differentia vero, quæ eſt inter complexionem materialem & non materialẽ, eſt pp humorem per vomitum,

A tum, vel ſeceſſum exeuntem. Et in paſſione ſtomachi vrina groſſa materialem complexionẽ peccantẽ ſignificat. Sed apoſtemata fiunt aut in fundo ſtomachi, aut ī ipſius ore. & horũ quędam ſunt calida,quędã frigida, & quædã ex genere caneri, & quędã ſunt ventoſa. Et oẽ apoſtema,qđ in ſtomacho ſoporat, ſequit̃ febris,& dolor fixiuus: & maxime, qñ in ore ſtomachi oritur. qđ eſt, qa illa pars magis neruoſa exiſtit, & eſt colligantiæ prĩceps. & ob hoc periculoſior ei,q̃ in fundo exiſtit. & B eidẽ ſyncopis, & ſenſus alienatio ſequitur. & frigida apoſtemata ſequũtur dolores debiles,& febris lẽta. Et apoſtemata,q̃ in ſtomacho cancroſa fiunt, ſine dolore,& febre fiũt. & ſi eſſet, hecticę aſſimilaretur, aut mixtis febribus. Et proprium ſigno tũ horũ apoſtematũ eſt ructus putridus corruptus cum operationũ debilitate: hoc eſt, quia cibus egreditur indigeſtus, & alia accidentia his ſimilia. Et vl'r ſigna, quę dominiũ humorũ ſignificãt, illa eadẽ sũt ſigna, quę ſignificant illum humorem, qui hoc facit. & vt plurimum atteſtantur ei cõplexio, ætas, & regi- C men. & alia his ſimilia iuuante ad hoc cognoſcendum. Sed vlceratio, quę in eo fit, cognoſcitur ab ardore vel combuſtione, quę in eo fit,& pp paucam mordicationẽ. raro tñ fit, vt vlceretur ſtomachus, niſi ſit etiã vlceratio in gula, aut ore.

De ſignis ægritudinum Hepatis. Ca. 55.

ET hepati accidunt oppilatiões, & apoſtemata,& ſpẽs malę cõplexionis omnes. Signũ apoſtematis hepatis,nõ tñ propriũ, eſt febris, atq; tuſſis, & illius loci dolor. & q̃ quaſi proprium eſt grauitas loci, q trachea nominatur: & maxime qñ D ī gibboſitate hepatis apoſtema exiſtit. Et ſæpe ſigna apoſtematis cõſtarum cũ ſignis apoſtematis hepatis commiſcentur: quia ſæpe dolor apoſtematis hepatis puenit ad eundem locũ, ad quẽ dolor apoſtematis pelliculę coſtas tegẽtis reperitur. et tunc hic nullũ proprium ſignum reperitur. & cum his oĩbus accidit tuſſis: tũ in hepatis apoſtemate nõ ſit multũ ſputum. Et aliqñ erit ſputum in apoſtemate panniculi: maxime qñ apoſtema ſanẽ facere incœperit. & ppea ſputũ in principio ſignum ſufficiens non erit. Nec eſt E. dria propria ītet apoſtemata hepatis,& pleuretica, niſi in qualitate doloris. quia in pleureſi eſt dolor fixus,& extenſiuus: & qui in hepate, eſt aggrauatiuus. Et ī pulſu etiam dria exiſtit: quia in pleureſi eſt ſerrinus,in hepate vero vndoſus. Et dr̃ q̃ aliqñ apoſtema ſit in hepatis lacerto. & figura apoſtematis hepatis eſt lunatis. ſed figura apoſtematis lacerti eſt oblonga, vel quadrata, & vnus angulus ipſius eſt groſſus, & alter ſubtilis.

De ſignis ægritudinum Splenis. Cap 56. F

ET ſpleni oẽs ſpecies malæ complexionis accidũt,& oppilationes,& apoſtemata,& ventoſitas inflatiua. Et ſigna apoſtematis ſplenis ſunt dolor grauis,& febris, & accidentia,quæ corpori aduenium propter huiuſmodi membri ægritudines. Et oppilationis ſigna ſola grauitas exiſtit. Et ſigna ventoſitatis inflanuę ſolus dolor eſt extenſiuus: Et ex apoſtemate & oppilatiõe ſplenis ſequitur macies totius corporis. Et ideo dicit Hippoc. quando ſplen creſcit,

G crescit, tunc corpus attenuatur: & quando decrescit, tunc corpus inspissatur.

De signis ægritudinum Renum. Cap. 57.

ET renibus accidunt species malæ cōplexionis, & oppilatiōes, & apostemata. Et discernūtur à vesicę ægritudinibus, pp lapidis & arenæ generationē. Et magis propria species malę complexionis, quæ renibus conuenit, est ægritudo q̄ bolbarabris nominatur, quæ in Latino diabetica dicit, & cū forti siti, & vrinę fluxu, & febre. Et apostematis ca
H lidi sunt signa, dolor aggrauatiuus in renibus sentitus, & dolor in alcatim factus cum febre, vrinæ constrictione. & q̄n patiens super latus sanū decumbit, vē vt alius ren sup ipsum suspendat. & hoc prouenit, q̄n est ī statu, aut declinatiōe. & in maiori parte in his apostematibus fiūt febres errantes, aut iunctę in apostematib⁹ frigidis & lentis: ideo quia febris nō aduenit apostematib⁹ mē brorū principaliū, nisi q̄n apostemata erunt parata sanié facere. Sed signū generationis lapidis in renibus est dolor fixus ab ipsius generatio-
I nis principio, quousq; natura illos abijcit extra, sm illos, qui dicunt q̄ lapides isti in substantia renū generantur. & ideo aliq̄n cū istis sanguinis exitus adest. Et q̄d verius apparet, est q̄ ī cōcauitate renū generantur. & dolor, qui est in hac ægritudine, & accidentia doloris accidētib⁹, q̄ in colica inueniuntur, similātur: ppea quia stomachi distēperātia & vomitus his duabus ęgritudinibus communiter accidūt. & casus similiter appetitus. Et differentia istarum difficilis est maxime in ægritu dinum principio: sed in fine manifeste diuersificantur pp in colica vē tris esse constrictionem, & humorum cognitionem, & multam ventositatem. & ēt lapides generati in renibus arenā ostendunt in vrina. Et signum discretiuum in hoc est operatio clysteriorum. quia si patiens pp clystere requiem inueniet, sicut accidit Gale. sine dubio hic dolor colicus erit: & si pp clysteria aggrauatur, & proculdubio renalis ē. causa est, quia clysteria intestina replent, & distensionē in eis operant, & tunc opprimūtur renes, & dolor L fortificatur. Sed signa, q̄ vlcerationes significāt, est dolor vlceratiuus sine grauitate, & extensione, cū exitu sanguinis, aut saniei. Et aliquando egrediunt cum vrina frusta frustis carnū similia. & hoc accidit, q̄n in substātia renum corrosio fit. K

De signis ægritudinum Vesicæ. Cap. 58.

ET in vesica manifestiores ęgritudines, quę in ipsa generātur, sunt lapides, qui in ipsa generātur, & apostemata, & vlcerationes, & stīā guria, & sine voluntate vrinæ exit⁹. M Sed signū lapidis in vesica ē dolor, qui in vesica sentitur cū virgę pruritu, & virgę erectione, & relaxatiōes sine eā manifesta, & vrinę eruditas, & albedo ipsius cū subtilitate, & difficultas exitus vrinæ, & arenarum apparentia in ipsa. Sed constrictio vrinę fit aut propter membrū mandans ipsam, aut pp meatum, qui à renibus ad vesicam tendit. Et his duobus vnum est cōe accidens. & hoc est vrinæ difficultas. Sed diuersificatur in ipsis: vt si à renibus, ibi dolor sentitur: si autem à meatu, ibi dolor adest. Et aliquando con-
C strictio

A strictio fit vrinæ ab ipsa vesica, aut à meatu qui ad ipsam progreditur vesicam. & ista duo similiter in vno accidente communicant: hoc est, quia vesica repletionē recipit, similiter & meatus. sed diuersificantur in hoc, quia q̄d à vesica prouenit, quando vesica præmitur, & vrina exit. sed quod à meatu ꝓuenit, nō emittit vrinam, etsi vesica exprimatur. Et oppilatio istius meatus fit à lapide, aut ab humorib⁹ grossis sanguineis, vel sanguine coagulato, aut ip̄ complexionem frigidā dominātem, aut pp apostema, aut furuncu-
B los. Et signa harum ægritudinum sunt: quoniā, si fuerit ex lapilluis, significatur ex arenulis p̄cedētibus. & si est ex coagulatiōe sanguinis, si gnū est sanguis antici patus. & si ex sanie fuerit, signū est apostema, q̄d præcessit. & si ex humoribus grossis fuerit, significatur ex exitu precedē tis humiditatis. & cognoscunt istę dispositiones per signa eadē conuenientia. & si adinuicem istę dispositiones coniungant, difficile cognoscuntur à Medico. quare quiete deber medicinare, consyderando primā intentionem. & si ex illa lucratus fuerit, sequatur illam. & si non, dimittat. Et si pustula, aut vlceratio est in vesica, quod ab ea egreditur, furfuribus, aut laminibus assimilatur. sed si hæ ægritudines fiūt in renibus, quod ab eis exierit, frustis carnium assimilabitur.

De signis ęgritudinū Intestinorū Ca. 59.

ET intestinis vt plurimū sit ęgritudo, quę dr̄ colica, apostemata, vlcerationes, & sanguinis fluxus. Sed sanguinis fluxus vlcerationem concomitatur. & iste sanguis cum D fæcibus egreditur à principio mixtus: & aliq̄n ex substātia intestinorū egreditur. & signum huius est dolor, q̄n euacuantur humores, & fæces. Et q̄n apostema est in intestinis grossis, hoc modo cognoscitur: quia cum patiēs mordicatione sentit, cogitur assellare. sed q̄d ab apostemate exit, cum fæcibus non est admixtū. Et si fuerit in subtilibus, pp dolorē assellare non cogetur. & q̄d ab eis egredietur, cū stercore erit admixtum pp vię longitudinē. Si- E militer si apostema in subtilib⁹ fuerit, dolor circa vmbilicū sentietur: & cū in intestinis fuerit grossis, dolorem sentiet inferius. Et signa colicæ calidæ manifesta sunt, & vlterea, q̄ significant dn̄ium humorū in oēm patientem. Et q̄ pp ventositatē fiunt, sunt dolor extensiuus, & tortio intestinorū. & si tortio fuerit cū rugitu, grossam ventositatē significat. & q̄ fit pp apostema, cognoscit à fortitudine doloris, à febre, à siti, & ab accidentibus oñdentibus dn̄ationē humoris apostoma facientis. Et ægritudo fortissima, quæ iliaca no F minatur fortiora habet accidētia & mala, ita q̄ patiens cogitur vomere stercus. Et vt plurimū hoc accidens est pp apostemata in subtilibus intestinis factum. & potest fieri propter stercus putrefactum in eis, aut pp humorem grossum viscosum, aut propter hernią factam ex descensu intestinorum, aut pp venenum receptum. Et vlr hæc ęgritudo intestinis subtilib⁹ est propria. & hęc egritudo attribuit virtuti expulsiuę, cū suum naturalē motū non habeat, aut debet attribui vlr oppilationi. & aliq̄n propter priuationem chole

G tæ,q̃ ad inteſtina conſueuerat tranſ
mitti: quia per modũ abſterſionis
adiuuat ad fœcum debitã expul-
ſionem. Et oppilatioẽs fiunt in illis
pphumores,aut apoſtemata,autpp
malã complexionẽ frigidam & hu-
cam,quę vias conſtringit: aut pro-
pter alias res poſitionem eorũ cor-
rumpentes, ſicut ventoſitas, quę ea
facit tortuoſa,& herniam.

De ſignis ægritudinum Vuluæ. Cap. 60.

ET vuluæ ęgritudines fiunt,qui-
bus oẽs ſpecies male cõplexio-
nis cõitant: ſicut ab his, quæ p̃ceſ-
H ſerunt tibi manifeſtum eſt. & ſæpe
ipſi accidunt apoſtemata. Et horũ
ſignũ eſt dolor fixus, & pulſus ſerri
nus: eo q̃ mẽbrum eſt neruoſum.
& febris accidit eidem: eo q̃ ſit mẽ
brum principale aliquo mõ princi-
palitatis. Et ex ægritudinibus,q̃ ma
gis ĩ ipſa proprie ſunt,eſt ęgritudo,
quæ mola nuncupatur, quę difficile
à prægnatione cognoſcitur: eo
q̃ ablatio menſtrui, & groſſicies vẽ
tris communicant ambabus. Et ſi-
gnum diſcretiuum eſt, quia tranſit
terminum motꝰ embryonis abſq;
motu. & hoc accidit multis annis,
I quia portari poteſt,donec ab ea mo
riatur, aut abſoluaẽ. & hoc ſm vir-
tutis tenorem. Et aliq̃n ei accidit, vt
eam ferat pluribus annis,demũ pa-
rit fruſtum carnis: & aliq̃ moriun-
tur. Itẽ propria eſt ęgritudo vuluæ
illa,quæ ſuffocatio dr matricis,quæ
fit pp mẽſtrui ſanguinis corruptio-
nem in vulua, & euenit ei ſyncopis,
& difficultas ĩ anhelitu, & priuatio
ſenſus & motus,& debiliter ſentitur
pulſus eiꝰ. & accidit eidem duricies,
& ipſius oris oppilatio. Et hoc acci-
dit ex reliquijs apoſtematis diu ĩdu-
ratis in orificio matricis. Et ſpecies K
malę complexionis matricis,ſi ma-
teriales ſint, ab his,quę ab ipſa ęgre
diuntur,cognoſcuntur. & ſi nõ ſint
materiales, à ſiccitate ipſius perci-
piuntur. Et generaliter ſigna,quę ſi-
gnificãt complexionem ſunt ſigna
ſignificantia cõplexionẽ matricis:
& de cætero inſtabimus ſuper cauſ-
as, quæ operantur putredinem. Et
completus eſt tractatus iuxta no-
ſtram intentionem.

AVERROIS
COLLIGET L
LIBER QVINTVS.
SVMMA LIBRI.
De Cibis, & Medicinis.

Quæ ſit huius Quinti libri intentio. Cap. 1.

IN primis ſciendũ eſt
quid ſit cibꝰ, & quid
medicĩa: & quot ſint
eorum operationes,
& qualiter operãtur
& proprie medicinæ: eo q̃ habent
multas operatiões,quas Medici ap-
pellant virtutes primas, ſecundas,& M
tertias, & proprietates. & cum hoc
dabimus cognitionem harũ iſtarũ
medicinarum, q̃ operãtur quãlibet
iſtarũ operationũ:& poſtea ſpecula
bimur in operationibus earũ: hoc
eſt,vtrum via,qua apprehendimus,
eſt per viã ſylſi ſolum,aut per viam
experientię ſolum,aut per viã conti
nẽtẽ vtrunq;. & hoc totũ erit, poſt-
quam receperimus à Naturalibus
qđ erit recipiendum. Et q̃n comple
uerimus hoc, recordabimur,ꝑpriо-
rum ciborum & medicinarũ, quo-
rum multiplicata eſt ſcĩa,& experiẽ
tia

A tia in terminis naturalibus, & teſti-
ficata ſunt à communitate Medico
rum, aut à maiori parte. Et poſtea
narrabimus modos cõpoſitionis, &
recordabimur eorũ, quę manifeſtio
ra ſunt ſectæ componentiũ. & nar-
rabimus naturam complexiõis ſm
viam, quam nobis oſtendent regu-
læ illæ. & quando compleuerimus
hæc, tunc completa erit noſtra in-
tentio in hac particula.

De quiditate Cibi, & Medicinæ. Cap. 2.

DIcamus q̃ cibus ẽ illud, quod
B ponit naturales partes cibati.
& hæc pars eſt in ſpecie partis diſſõ
lutæ. Sed medicina diuerſificatur
ab hoc: ideo quia quamuis ipſa ſit
ex rebus, quę ponunt naturales par
tes cibati, illa pars non eſt in ſpecie
partis diſſolutæ,ſed habet in ſe rem
actiuam, & alterantiã. Et ꝑpea, q̃n
ſuperuenit hæc diſpõ ſuper diſpoſi-
tionem ęgritudinalẽ,quę eſt cõtra-
na,vocatur illa operatio curatio. Et
hæc eſt intentio definitiõis,qua Ga
le,definiuit cibũ: & medicinam: di-
cens q̃ cibus eſt illud, qđ patitur à
corpore,& medicina eſt illud,à quo
C patitur corpus. Sed ſi nos non intel
ligeremus ex verbis hoc,qđ dictum
eſt,non eſſet intellecta certitudo ci-
bi,& medicinę. Et iam opinatus eſt
vnus ex noſtris ſocijs, qui nominat
Ahubertꝰ Auenſufu, q̃ illud,qđ di-
ximus in hac definitiõe, eſſet quaſi
cõtrariũ verbis Galeni,& ſuper hoc
eidem multas tranſmiſi epiſtolas,
quouſq; hoc plene intellexit.

De Operationibus primis, quas operantur medicinæ in corpore humano. Cap. 3.

ET operationũ, quas operantur
medicinę in corporibus huma-
nis,quędam ſunt primę,ſicut eſt ca D
liditas, frigiditas,ſiccitas,& humidi
tas. Et quędam earũ ſunt ſecundæ,
ſicut maturatio, digeſtio,mollifica-
tio,reſolutio,& aptio, & multa alia
ſimilia iſtis,quę enarrare debemus,
q̃n declarabimus naturam medici-
narum,q̃ faciunt hoc,& fuerunt vo
catæ ſecundariæ: quia ſequunt mẽ
ſurã mixtionis primarũ virtutũ. Et
quędam earũ ſunt tertię, quæ ſunt
propriæ ĩ certis membris, & ſunt
quaſi conſequentes ſecundarũ. Et
eſt cõueniens ĩ primis narrare qũo
hę habent agere in corporibus has
operationes,& quomodo habẽt pa- E
ti à corporibus earũ paſſiões. & hoc
ſcimus, q̃n ſciuerimus per quẽ mo
dum nutritur nutritus. Et dicamus,
iam declaratum eſt i Naturali phi-
loſophia q̃ membra,quę primo nu
triuntur, ſunt mẽbra ſimilia: ideo
quia cibus primo cõuertitur ſm or
dinẽ, quem habet ĩ corpore cibati,
in humiditatem ſimilẽ humiditati
fixæ in membris cõſimilibus,& mi
ſcetur cũ eis per eũdem modũ, quo
miſcentur adinuicem res liquidæ:
ꝑpea quia non eſt alter modus, per
quem natura poſſit reſtaurare rem
diſſolutã omnibus partibus mẽbri F
niſi per modũ mixtionis. & q̃n erit
permixtũ ſm hunc modũ,tunc ha-
bebit eſſentiã in ipſo: & poſt hoc
aſſimilabitur illud mẽbro, hoc eſt
quia dat eidem vnã coagulationẽ
ſtabilitatis ſimilem ſtabilitati mẽ-
bri. Et eſt ibi declaratũ q̃ hoc fit ꝑ
decoctionem, & decoctio fit per ca-
lorem qui eſt in cibato: non q̃ ca-
lor ſit primus motor in hac re, ſed
eſt anima nutritiua: ꝑpea quia ope
rationes caloris non ſunt determi-
natæ, nec ordinatæ ad vnũ finem
manifeſtũ.

G manifestum. Et postq̄ ita est. vidēdum est qūo dicitur cibus esse temperatus, aut medicina: & qūo dicitur sūper quēlibet eorū vt sint distēperati: quamuis melius sit appropriare tēperātiam cibo, sicut est melius appropriare distemperātiā medicinæ. ppea quia cibus habet pp suam virtutē, & sūam prēparationē vt conuertatur ad humiditatē simi lem humiditati radicali, quæ est in mēbro consimili, & calori intrinseco simili calori, qui est in cibato, ita vt sint idem fm oēm modū. & hoc est solū in eo, qui est tēperatę com-
H plexionis, vel propinquus ei. & per hunc modū dicitur q̄ cibus sit temperatus, sicut erat panis grani, & carnes gallinarum iuuenum, & similia istis. quia quantitas partiū prēstitarum corpori ab istis cibis est idē cū partibus, quæ fuerunt dissolutę. Sed tēperantia medicinę est propinqua huic: sed diuersificantur in quantū non habet virtutē restaurandi partem ęqualē quantitati rei, quę dissolu tę est ex corpore. & ppea non potest hō nutriri ex temperata medicina, & si comedat ex ea tantū, quā-
I tum comeditur ex cibo. Sed qñ dici mus q̄ medicina sit temperata, Intelligitur eius tēperantia, q̄ qñ comeditur ex ea quantitas, quæ non est sensibilis, cōparando eam quātitati partium dissolutarū à corpore: q̄ tunc non inducit in corpus rē extraneā. quia si hō comederet ex ea quantitatē sensibilē fm q̄ comedis set de cibo, induceret in corpus ex necessitate rē extraneā: quāuis diffi cile sit inuenire medicinam tēperatā in opationibus oībus. Et fm hoc debes intelligere, q̄ qñ dicim⁹ q̄ me dicina ē calida, & frigida, humida, vel sicca, & dicimus ēt de cibo, no- K
stra intētio nō est nisi ęquiuoca: si cut tu scis q̄, qñ dicimus de vino q̄ est calidū in secundo gradu, & sīmi liter crocū, nō intendimus vt sit idē calor. Et postq̄ declaratū est qd sit cibus temperatus, & medicina temperata, & qualiter operentur in cor pore, ex hoc potes intelligere viam. per quā dicimus eē distemperatos. & hoc dicimus in qualitatibus primis. i. qūo calefacit medicina, refrigerat, & humectat, & exiccat. Quia medicina, q̄ conuertitur in chylum calidiorem temperato chylo, aut in
L calidiorem q̄ est pars corporis, hoc est ad partem calidam: illam medicinam dicimus calidam. quia calor dī q̄ sit vna rerū, quæ calefacit hominem plus debito, & qd generatur ex hoc chylo, est calidius debito, & sanguis, qui est materia caloris naturalis, est calidior debito. Similiter humiditas radicalis, in quā conuertitur sanguis, est calidior suo mō, & sic de necessitate calefiunt omnes corporis partes. Et sic dī de medicina frigida, quia non refrigerat, nisi quia conuertitur in locis digestionis ad diminutum calorem, magis
M q̄ calor corporis sit, ita q̄ chylus, qui ex ea generat̄, est diminutus à calore corporis. & non dī veraciter vt refrigeret, quia calor naturalis nō hā bet aliquā viā generandi frigiditatē. & sic debes dicere in sanguine & humiditatibus, quę sunt in mēbris, & in humiditate & siccitate oīum partium corporis. Et qñ Medici speculantur operatiōes medicinarum in corpus, facile est eis dicere qualiter calefaciunt: sed difficile est eis dicere qualiter refrigerant, ita q̄ Ga le. dicit sicut fugitiuus, q̄ non fit ni-
si

A si per diuisionē medicinarū in paruas partes. Et si nō refrigeraret medicina, nisi per diuisionem ipsius in partes minutas: ergo necessariū eēt nobis dicere q̄ esset frigida in actu. sed hæc medicina frigida, nō est frigida in actu, neq; ēt calida est calida in actu. sed hęc res ęque bene cōperit medicinæ calidæ, sicut medicinæ frigidę. quia res conuertibiles, qñ conuertunt̄ in partes minimas, facilius conuersionē recipiunt. Et quamuis medicina sit passibilis à corpore per viā quam diximus: nō
B est impossibile vt patiatur ab ea per alium modū. Nam vides q̄ cibus est passibilis à corpore: & tñ inuenis cibum, qui mutat corpus fm ali quem modū, & fm aliquam latitudinem. & si hoc inuenitur in cibo, qui est appropriatus passioni, & tñ vincit aliquo modorum: ergo hoc maxime debet inueniri in medicina, q̄ victorię appropriatur, & mutationi. quia veraciter debemus dicere q̄ quamuis aliqñ vincatur, tñ nō deserit propriam suam virtutē, hoc
C est substantialem. Sicut dī q̄ arbor Ægypti occidebat, dū erat in Ægypto, & qñ remota fuit abinde, nutriebat. Et dicit Arist. q̄ in terra Latinorū sunt duo flumina, ex quorū vno si oues biberent, generabūt masculos, & ex alio fœminas. Et hoc nō est, nisi ppea quia cibus ex vna parte est similis, & ex alia dissimilis: & ex parte similitudinis est partēs, & ex parte dissimilitudinis est agēs. Et hic est modus medicinarū, quæ dicuntur calidæ aut frigidæ in potē tia, & hoc pp prēparationem, quam habent. quia non est in aliquo cōpositorum calor in actu, nisi in animalibus pp eorum perfectionem. D
& indigēt calore extrinseco magis. & ppea non inuenitur in eis tempe rantia elementorū, sicut in animalibus. Sed res simplices, quę nō nutriunt, sicut quatuor elementa, nō dant corpori, qñ aduenient ei intus vel extra nisi qualitatem: ideo, qñ obuiant nostris corporibus, mouēt corpora: sed non mouentur à nostris corporibus. ppea quia qualitates, cum quibus opętantur elementa in corporibus, sunt in actu, sicut est calor in igne, & frigus in niue. Et qñ elementa mouent corpora, ipsa non mouentur, i. non conuertuntur. Et qñ Medici volunt de men- E
suris præparationum narrare, quæ sunt in medicinis, quia indigēt hoc in medicatione, ordinauerunt gradus per modū comparationis corpori temperato, & posuerunt quālibet qualitatem in quatuor gradibus, s. calidum in primo, secundo, tertio, & q̄rto. & sic de frigido, sicco, & humido. & de humido nō videtur q̄ possit transire tertium gradū. Et qd pertransit quartum gradū est res venenosa, q̄ corrūpit corpus. & istæ sunt viæ primarū actionum, & passionum medicinarum.

F

De operationibus Secundis, & Tertijs, in generali, quas operantur medicinæ in corpore humano. Cap. 4.

ET nos volumus incipere narrare de virtutibus secundis, & tertijs, & dicere naturas medicinarum, quibus hoc operantur, & qualiter operātur. Et dicamus q̄ medicinę, * quæ sunt compositæ ex elementis, quando alterantur à corpore, aut alterant corpus, quædam eorum sunt, quæ assimilātur ei, qd est

* a. l. quia.

in

G in eis ex virtutibus elementorũ, ſicut ſunt illæ, quæ dant caliditatem, frigiditatẽ, ſiccitatem & humiditatem ſimilem in qualitatibus, q̃ ſunt in illis: & q̃dam actionũ aut paſſionum, q̃ non aſſimilant ei, qđ eſt ex virtutibus elementorũ, ſed ſunt operationes conſequentes primas virtutes elementorũ. & hoc eſt pp locum ſubiecti, in quo operantur: ſicut illæ, quæ habent indurare, mollificare, denigrare, rubificare, & ſimilia. Et locus ſubiecti, in quo manifeſtãtur iſtæ operationes circa q̃cunq; membrum, ſi ſit determinatũ fuerit, H appellabunt iſtę virtutes ſecundæ. Et q̃n operabuntur in propriũ mẽbrum, tunc dicentur virtutes tertię: ſicut ſunt medicinę, quę prouocant vrinã, & q̃ mundificãt pulmonẽ, & quæ generant ſperma, & q̃ frangũt lapidem, & ſimiles iſtis. Et poſtq̃ dictum eſt de virtutibus ſecundis, & tertijs, dicendũ eſt de natura operationũ iſtarum medicinarum manifeſtiorum. & incipiamus à ſecũdis. Et dicamus q̃ iſtarum medicinarũ quædã ſunt maturatiuæ, hoc eſt q̃ faciunt ſaniem, & q̃dã earum ſunt mollificatiuę, quędã induratiuæ, & I quędã aperitiuę, & quędã oppilatiuæ, & q̃dã euaporatiuę, & quędam petrificatiuæ, & quædã ſtypticæ, & quędã lenitiuæ, & ſimiles his. Et debes ſcire q̃ medicina, q̃ ẽ appropriata alicui operatiõi, non dr̃ habere illã proprietatẽ, niſi cõparatione ad corpus tẽperatũ, vel ad propinquũ temperãtię. & Medicus expertus in hac arte. q̃n cadit ad manus ipſius aliud corpus diſtemperatum, debet arbitrari medicinã ſm menſuram, quã videt ei eſſe magis iuſtã, & magis cõuenientẽ in virtute medicinę, quæ habet facere operationẽ iſtam K in tali corpore. & experientię habẽt hic locum magnũ. v. g. poſtq̃ ſciuerimus q̃ medicina maturatiua eſt illa, cui⁹ calor eſt æqualis calori corporis, debemus intelligere hãc proportionẽ propriã vnicuiq; corpori per ſe, & facere cõparationem propriam tali corpori. Et hoc non fuit ſolum in cõplexione propria vnius indiuidui, ſed ét in vnoquoq; membro per ſe: ppea quia medicina, q̃ facit ſaniẽ in teſticulis, non facit ſaniem in aure. & non oportet q̃ Medicus has res tradat obliuioni. & ex- L perientia habet in iſtis vijs, & arbitrijs magnum poſſe.

De *medicinis Maturatiuis*. Cap. 5.

DEinceps narranda eſt natura illius medicinæ, quæ operatur operationes ſupradictas: & incipiẽdum eſt à maturatiuis. Et dicamus q̃ maturatio eſt operatio caloris naturalis in ſubſtantia materię, ſicut dictum eſt in alio loco. Et maturatio eſt ordinata ſm ordinẽ, quẽ habet digeſtio in cibo, hoc eſt i tribus digeſtionibus. Et q̃n ſpargitur ad aliud membrũ materia, quę ęgredi M tur à natura in quantitate, aut qualitate, aut i vtriſq; ſimul, & putrefit illa materia, tunc generatur in illo C mẽbro de neceſſitate vnus calor mixtus ex naturali & extraneo. Et ſi materia illa eſt apta recipere digeſtionẽ, ſit ibi ſanies, & maturatur. ideo quia alba ſanies eſt media inter digeſtionem perfectã & diminutam: eo q̃ eſt alba, quia materię nõ ſunt aptæ ad recipiendum digeſtionẽ pro maiori pte, niſi q̃n ęgreditur à ſua natura in quantitate. ſed q̃n ęgrediuntur à natura ét in qua-

litate,

A litate, tunc eſt in eis digeſtio difficilis: hoc eſt q̃n tendũt ad malã qualitatem, ſicut ad humores aduſtos, & ſimiles illis. ergo ars conueniens in ſimili re eſt cõfortare virtutẽ mẽbri. quia calor naturalis eſt quaſi ſepulnis in membro, ſup qđ eſt ſparſa hæc materia. & ppea eſt neceſſe vt medicina habeat ex ſui natura, vt faciat digeſtionẽ: ſicut medicina q̃ aſſimilatur calori intrinſeco, q̃ debet eſſe tẽperata in caliditate & humiditate: vel ſit declinans aliquantulũ ad calorem, & ppea quia calor intrinſecus, qui eſt in mẽbro, põt eſſe H refrigeratus pp multam materiam ſparſam in eo, aut pp qualitatẽ. Et q̃n cõparamus talẽ medicinã, qualis eſt hęc, corpori humano, dicim⁹ ipſam eſſe temperatã. & q̃n cõparatur parti dñanti in ipſa ex elemẽtorũ, dicimus q̃ eſt talis, aut talis. Et de medicinis tẽperatis eſt aqua calida tẽperati caloris, & oleum dulcæ oliuæ, q̃n guttatim cadit ſuper apoſtema: & ſicut cataplaſma factũ de farina tritici coctũ cũ aqua & oleo dulci. Et debes ſcire q̃ medicina, q̃ facit ſaniem in vna cõplexione, nõ facit in alia. & ſimiliter in quolibet mẽbro corporis, ſicut dictum eſt ſuperius. & ppea Medicus expertus debet ex ſe ponere gradus iſtis medicinis v. g. quia medicina, q̃ inducit ſaniem, quaſi in primo gradu eſt calida, vt cataplaſma ſupradictũ: & ſupra illam in gradu eſt quę facta eſt ex pane pp ſalem, qui ibi eſt: & ſup hãc illa, q̃ facta ẽ ex fermento. Et qdam dicũt q̃ medicinæ oppilatiuæ ſunt maturatiuę: ſed hoc eſt p accidẽs, ſicut cerotum factum ex cera & oleo roſato, ppea qa q̃n pori claudũtur, calefit membrũ, & mã matura-

tur. Et quidã dicũt q̃ medicinę ma- D turatiuę maturãt, ppea quia faciũt in materia rẽ, pp quã eſt facile naturę diuidere ipſam materiã tẽperando qualitatẽ materię, aut ſubiliando ipſam. Et põt eſſe vt in vna medicinarũ inueniatur maturatio cũ omnibus iſtis modis, & erit in cõpoſito per artificiũ: in ſimplici vero p naturã. Et ét dr̃ q̃ medicina maturat: ppea quia rectificat in qualitate caloris naturalis illiud, qđ permutatũ eſt per caloręm extraneũ. & per hanc viam dr̃ q̃ pſyllium maturat apoſtemata calida. & ſm hũc modum q̃ res frigidæ maturãt apoſte- E mata calida. Et definitio, qua definiuit Gal. maturationẽ, non verificat niſi in apoſtematibus, quę ſunt difficilia ad maturandũ pp nimiã debilitatẽ caloris nãlis, aut pp quantitatem, aut pp frigiditatem.

De *medicinis Mollificatiuis*. Cap. 6.

IStæ medicinæ appropriant multũ in hac arte medicinis, quę diſſoluunt apoſtemata dura, denſata, lapidea, quaſi habentia inſenſibilitatem. Et iſta apoſtemata generaliter fiũt ab humoribus groſſis, qui F ſunt, aut melãcholici, aut phlegmatici groſſi, aut cõpoſiti ex ambobus. Et quia hęc apoſtemata ſunt indurata pp frigiditatẽ, neceſſe eſt vt res, q̃ ea mollificãt, ſint calidæ. quia res, q̃ ſunt cõgelatæ per frigiditatẽ, diſſoluuntur per caliditatẽ, ſi ſunt reſolubiles, ſicut plumbũ, & ſtannũ. qa iſta apoſtemata cum maturantur, humectantur: & de neceſſitate eſt vt medicinę, quę hñt pmutare, quãuis ſint calidæ, vt habeant aliquam ſiccitatẽ, vt vincant illã humiditatẽ frigidam. Et medicinæ, quæ pro-

G batę sunt per experiētiā in hoc opere, sunt calidę in secundo vel tertio gradu, & siccę in primo: sicut ammoniacum, bdellium, styrax, & medulla cruris vituli, & sepum hircinū, & bouinū. Et est necesse vt sint mensurę harū medicinarū fm mēsuram, quā hūt caloris & siccitatis: ideo quia medicinę, q̄ sunt fortes in calore & siccitate, nimis hūt dissoluere, & posset remanere pars grossa ex materia, q̄ conuerteretur in naturam lapidis. Et est necesse, sicut diximus, vt per te ponas gradū in fortitudine harum medicinarū: propterea quia pinguedo est debilior ammoniaco, & bdellio. Et pinguedo gallinę debilior existit pinguedine anseris, & anatis: quia res istę diuersificantur fm aliquā complexionē, aut ad aliquod membrum.

H

De medicinis indurativis. Cap. 7.

DE necessitate est vt medicinę indurate sint frigidę: propterea quia indurario cum grossitudine non est nisi congelatio, & congelatio non fit nisi à frigiditate. Sed illud, q̄d dicit Gale. de humiditate in his medicinis, nihil est: ppea quia I humiditas non habet nisi solū humectare, & non indurare. & melius esset vt poneret siccitatē cum frigiditate: quia de illa frigiditate fit duricies cruditatis. Sed istę duę qualitates sunt vt plurimū passiuę, & nō actiuę. quia duę actiuę sunt caliditas & frigiditas: quamuis earū operationes diuersificentur fm humiditatem & siccitatem. & hoc declaratum est in Quarto Meteororum. Et istę medicinę habent latitudinē. & istę medicinę sunt sicut semperuiuum, psyllium, & portulaca. & si infrigidant & incrudant, non faciūt hoc nisi per frigiditatem. K

De medicinis Oppilatiuis. Cap. 8.

ISte medicinę sunt ex his, q̄ claudunt poros, & natura sunt terrestres sine mordicatione: quia mordicatio est vna ex rebus, quę cito faciunt medicinam egredi ex poris: aut vt sint conglutinatiuę vt gummi, & terrestre, qđ non est conglutinatiuum, sicut amylum. Et est necesse vt istę medicinę sint multū remotę à mordicatione: & ppea debent esse temperatę complexionis, vel declinantes ad frigiditatem parum. Et si quęsieris quō oppilant istę medicinę corpus interius, quando assumuntur: Respondemus q̄ hoc potes scire per hoc, qđ est dictū superius: quia claudunt intestina pp chylū factum ex eis, & similiter hepar, & venas, & membra ipsa. Et istę medicinę oppilatiuę diuersificātur fm diuersitatem complexionis membrorum: sicut dicitur q̄ dactyli oppilant hepar, & aperiunt oppilationem pulmonis. L

De medicinis Aperitiuis, & Absterſiuis. Cap. 9. M

ISte medicinę sunt viij° generis, & īter ipsas est parua diuersitas. quia medicinę, quę absterguūt sordiciem ex mēbro, & lauant ipsum, neq; habent posse penetrandi in poris, dicuntur absterſiuę, sicut aqua mellis, & aqua melonum, & farina ordei, & fabarum. & quę habēt virtutem penetrandi propter partem igneam, quę est in eis, dicuntur aperituę. Et quędam istarum medicinarum plus operantur extra corpus, quām intra: & quędam plus intra

A intra quam extra: & quędam operātur æqualiter. Et quę plus operantur extra, sunt quę habent aliquantulam bauracitatem, nec in eis est multa grossities. & pp partem subtilem, quę est in eis, penetrant intus: & propter largitatem intraneārum viarum, penetrant cito. Et res viscosę mundificate nō pūt. & si cum eis iungeretur corpus stypticū aliquantulum grossum, tunc mundificarent: ppea quia sunt instrm naturę aperituę, quę est I eis. quia hęc stypticitas cōiuncta retinet eas in membribus, donec compleuerint suas operationes. Sed extra corpus non possunt ita operari propter strictūram pororum, & propter stypticitatem. Et ppea absinthiū aperit oppilationes hepatis, & non pōt poros exteriores aperire pp stypticitatem, quę est in eo. Et istę medicinę debēt eē amari saporis cum stypticitate. Sed medicinę, quę ambas operationes faciunt, sunt inter harum naturam medię, videlicet illę, quę habēt aliquantulam amaritudinem cū bauracitate sine stypticitate: sicut radix hlij cœlestis, & similia eis. Et tu iam scīuisti q̄ medicinę, quę sunt aperituę vnius membri, non sunt aperituę alterius. Et propter hoc dare debes vnicuiq; harum rerum gradus: quemadmodum facis reliquis medicinis, & virtutibus. B C

De medicinis Euaporatiuis. Cap. 10.

QVia autem euaporatio non fit nisi in quantitate mēbri euaporati, & augmentum ipsius quantitatis non fit nisi propter calefactionem mēbri, necesse est vt medicinę euaporatiuę sint calidę. Sed earum calor debet esse temperatus: quia medicinæ, quę habent distemperatum calorem, euacuant & desiccant, nec debent habere substantiam grossam. & istæ medicinæ sunt sicut chamæmilla, malua, & oleum. Et debes scire quōd euaporatiuæ sunt contrariæ oppilatiuis: hoc est, quia sunt frigidę, scilicet oppilatiuæ, de quo dictum est superius. quia quando membrum refrigeratur, diminuitur quantitas sua propter quantitatem sui ad frigiditatem, & terrestreitatem: quēadmodum augmentatur quantitas eius propter propinquitatem ad caliditatem ipsius naturæ aetis. Et scias quōd non fit augmentū quantitatis ex his, quæ apponuntur, vel eueniunt extra, nec fit diminutio propter aliquid, quod resoluatur ex eo. & hoc probatum est in Naturali philosophia. Et medicinæ facientes hanc operationem sunt hæ eædem his, quæ indurant, sed primo inuiscant. & si diu permanent in membro, indurant ipsum. & possibile est vt mortificent ipsum, cùm diu permanent super illud. D E

De medicinis Aperientibus ora venarum. Cap. 11. F

IStæ medicinæ sunt calidæ complexionis, & habent grossam substantiam, & sunt de genere medicinarum aperitiuarum: tamen sunt fortiores eis. Et habent quasi tres gradus operationum. primus est abstergendi: secundus est aperiendi: tertius est elargandi ora venarum. tamen calor istarum medicinarum aperitiuarum non est conueniens vt sit calor corrosiuus, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

G corrosio claudit. & istę medicinæ sunt sicut allium, & fella, & proprie fel bouis.

De medicinis Stypticis. Cap. 12.

Vide edit. Zym.

STypticæ medicinę, quę stringũt orificia venarũ, sunt natura frigidæ & terrestres, & fortis siccitatis, & ppea fuit sapor earũ stypticus. & ppea claudunt orificia venarũ, quia frigiditas, quę nõ ẽ terrestris, ẽ debilis operationis. Et hęc est dria, quę est inter stypticum & oppilatiuum. quia oppilatiuum est in materia, q̃ est tenet subtilitatem, & stypticũ est H in materia grossa. & hęc sunt sicut galla, balaustia, acacia, & similia.

De medicinis Mitigatiuis dolorum. Cap. 13.

DIcitur q̃ prima via mitigandi doloręm est, vt remoueatur causa doloris. Et secũda est, vt stupefiat membrũ, ita vt non sentiat dolorẽ, sicut fit cum opio. Tertia est medicina, quæ facit in membro illud, qđ repugnat rei, quę inducit dolorem. & istud est verax mitigatiuũ, quia in primo modo eadunt multa genera medicinarũ: sicut medicinarũ I purgãtiũ ꝑ eis, & medicinarũ digestiuarũ. & sedus non mitigat nisi p accidens, q̃ priuat sensum membri, aut ipsum indurat. quæ res non est facienda, nisi q̃n vitare non possumus: sicut dictum est in lib. de Ingenio sanitatis. sed tertius est verax mitigatiuus: ppea quia præstat sine medio illud, qđ resistit causæ doloris. ergo necesse est q̃ medicinę, quę hoc faciunt, sint tẽperatæ, similes calori naturali, aut parũ calidiores intãtũ, inquantũ calor naturalis est refrigeratus à calore naturali debito membri ꝓpter resolutionem factã K in ipso. Et ppea possiunt istæ medicinæ mitigare dolorem, qui est ex causis calidis, & frigidis per eundẽ modum: eo q̃ augmentant calorẽ naturalem, qui est instrumentum naturæ, qui est medicinalis per omnem partem: & tunc dominantur natura super malam complexionẽ, quę facit dolorem, & ipsum remouet. Et quamuis istę medicinæ sint in hoc gradu, necesse est vt sint subtilis substantię, penetrantes, & velociter permutabiles ad calorem naturalem, & tunc adiuuabunt digestiões propter earum subtilitatem. L Et propterea appropriantur istę medicinæ duabus virtutibus ad remouendum dolorem: vna est ad multiplicandum calorem naturalẽ: & alia ad præparãdum humorem ad digestionem, qui est causa doloris, ad hoc vt sit facile permutabilis à natura. Et res magis conuenientes in hoc sunt pinguedines, & olea, & pinguedinum, sicut pinguedo galli næ, & anatis, & pinguedo anseris est melior fm Gal. de oleis oleum vitelli ouorum, & oleum dulce oliuę calidum parum. Et generaliter, quando dolor est mordicatiuus, res quæ M mitigant, debent esse dulcoratiuæ. vnde medicinæ, quæ habent qualitatem mordicatiuam, & proprie stypticæ, multum sunt remotæ à mitigatione doloris. Et medicinæ frigidæ, & oppilatiuæ habent augmẽtare dolorem: eo q̃ resistunt dissolutioni humoris. Sed medicinę, quę in Arabico nominantur muscabecina, variantur ab istis: eo q̃ substantia earum aliquantulum grossi, or existit: & cum hoc sunt aperitiuæ pororum cum euaporatione membri

A membri. Sed generaliter natura earum est propinqua naturę ipsarum medicinarum prædictarum, quæ indigent pauca abstersione.

De medicinis generantibus Carnem. Cap. 14.

IStæ medicinæ indigẽt pauca abstersione cum pauca exiccatiõe, sed abstersio est, vt auferatur sordicies, quæ ẽ in vulnere, & siccatio est ad siccandum humiditatem: quia in digestione vniuscuiusque membri inueniuntur istæ duæ humiditates, hoc est subtilis, & grossa.

B *De medicinis Cicatrizantibus. Cap. 15.*

IStæ medicinæ debent esse stypticæ, & fortiter siccæ: propterea quia cutis est illud, quod fit à natura post generationem carnis, & cutis est siccior carne, propterea necesse est vt exiccatio istarũ medicinarũ sit fortis: sicut gallę, & balaustia.

De medicinis Causticis. Cap. 16.

IStæ medicinę debent esse in fine caliditatis cum grossitie substantiæ: & tunc facient opus, quod facit C pruna, ideſt carbo.

De medicinis Corrosiuis, & facientibus Carnem cadere. Cap. 17.

IStæ medicinæ consumunt carnem, non tñ faciunt quod faciũt causticæ. & hoc accidit, quia habẽt caliditatis minus, & subtiliorem substantiam. Et quæ faciunt cadere carnem, sunt debilioris putrefactionis. & non dicuntur putrefactiuæ, nisi propterea quia corrosio, & casus carnis non sunt nisi propter calorem extraneum. & in calore extraneo est aliqua putrefactio de necessitate. & medicinæ putrefactiuæ sunt sicut auripigmentum rubeum, vel citrinum. Et vtimur medicinis facientibus cadere carnem in vulneribus, qñ volumus ꝙ caro bona in eis nascatur: sicut putrefactiuis in locis corrosiuis. D

De medicinis Attractiuis. Cap. 18.

QVædam earum operantur prima qualitate, & quędam proprietate. Quę operantur per primam qualitatem, trahunt quodlibet adueniens. Sed q̃ trahunt proE prietate, trahunt rem propriam, sicut adamas ferrum. & generaliter omnis attractio, quocunq; modo fiat. nõ fiet nisi per calorem. Et ego debeo declarare operationes, quæ à proprietate fiunt completæ. Et medicinæ, quæ trahunt propter primam qualitatem, in eo ꝙ est qualitas absolute, hoc est illud, quod facit caliditas, inquãtum caliditas, sunt duarum specierum, vna est, quę trahit per calorem naturalem, qui est in ea, sicut res quæ vocatur moschec almesia, ideſt putredo facta circa orificium foraminũ apũ: F & alia trahit per calorem putredinalem, sicut fermentum, & stercus columborum. Sed medicinæ, quę vocantur bezahar, quæ curant à veneniis, quædam faciunt hoc à tota substantia, & quędam faciunt propter primam qualitatem, quę est in eis: hoc est quando resistunt qualitati generatæ à veneno. propterea quia venenum ingreditur hanc diuisionem: hoc est, quia venenorũ quoddam est venenum per primã qualitatem, & quoddam est à tota

 substan-

G substantia. & hanc diuisionem posthea declarabo. Et medicinę prȩseruatiuæ dicuntur medicinæ, quę resistunt putrefactioni, aut ppea quia tenent aperta loca, quæ parata sunt oppilari: aut quia resistunt putredini, aut propter vtrunq;.

De *medicinis Confortantibus. Cap.* 19.

IStæ medicinæ sunt, quę assimilatur complexioni membri in tota substantia. Et ppea dicunt quidam ꝙ quodlibet membrū comestū cōfortat simile membrū comedentus.

H Sed medicinæ, quæ confortant, inquantū sunt medicinæ confortatiuę, necessario calor earū debet esse fortior parumper calore membri, & sibi siccior: ppea quia mēbra nō tenent, neq; debilitantur, nisi pp qualitatē frigidā, & humidā. & hoc secūdū plurimum accidit proprie in mēbris prīcipalibus. Et generaliter nō debilitatur operatio membri vt plurimū nisi pp frigiditatē, quæ est conuenientior ad inducendā læsionem: hoc est quia assimilatur virtutibus dominātibus super ipsum ex virtutibus elementorū, sicut est cerebrum: quia ideo ꝙ super ipsum dominatur frigiditas & humiditas, lęsio, quæ superuenit ei pp has duas qualitates, est maior. Et ppea est necesse ꝙ natura medicinæ, quę cōfortat membrū, resistat parti, a qua ꝓuenit læsio mēbri, v.g. quia medicinæ, quę cōfortant hepar, necessario debent habere manifestam siccitatem, ȩ contrario in medicinis cordialibus. & quędam sunt, quę confortant à tota substātia, sicut aurū, & margarita cor. Et quędam sunt, ꝙ confortant pp qualitates primas, & secūdas: sicut stypticitas, & amaritudo, quę sunt in rosa. Et medicinę odoriferę sunt supremę omnib⁹ medicinis, quę confortant principalia membra: & maxime in rebus testificatis ab experientia, & proprie corde. Et ppea muscus plus confortat inter cętera odorifera: nā ei⁹ aromaticitas ꝓualet oībus aromaticis. I K

De *operationibus Tertiarum virtutum. Cap.* 20.

IAm dixim⁹ naturā medicinarū, à quibus prouenium operatiōes secundę: deinceps debemus narrare naturam medicinarū, quę faciūt tertiam operationē. Et dicamus ꝙ istarum medicinarum quædā sunt quæ frangunt lapidem, & quædam quę prouocant menstrua, & quædā quæ generant lac, & quędā quę generant sperma, & quędā quę diminuūt lac & sperma, & ꝙdam mundificant pectus. Sed medicinæ, quæ frangunt lapidē, non sunt multū calidę, fm ꝙ Medici dicunt: ppea qa calor, ꝙ indurat, & petrificat, est fortissimus. & pp hanc viam calor extraneus indurauit lapides. & ppea est necessārius in earū fractione calor suauis, & nō fortis, in quo sit aliquantula humiditas, comparādo calori, qui īdurauit lapides, & cū subtilitate: eo ꝙ scis, ꝙ res, quę indurataę sunt propter calorem & siccitatem, non dissoluūtur nisi per frigiditatem & humiditatem. Et cum dico frigiditatem, intelligo diminutum calorem à calore, qui coagulauit lapidem. & sic intelligo cum dico humiditatem: ideo quia nō operantur istæ medicinæ in lapidibus, nisi per operationem similem operationi alicuius decoctionis, & per viam L M

A viam istā diuidit eum calor nālis, & expellit. Et tales medicinę sunt sicut asparagus, cicer rubeū, & amygdalæ, quæ tendunt ad amaritudinem. Et non est remotum, vt hæc operatio non fiat à tota substantia. Sed medicinæ, quæ prouocant vrinam, debent necessārio habere caliditatem cum subtilitate. quia caliditas cum subtilitate adiuuat virtutem actiuam, quæ est in renibus, vt delicet ad trahendum illam aquositatem: & discernam, quæ est in hepate, etiam adiuuat in cognitione istius aquositatis caloris. & dicitur ꝙ medicinę, quæ faciūt hoc, habent conueniētiam cum membris vrinæ à tota substantia: sicut sunt apium, fœniculum, daucus, & similes illis. Sed medicinę, quæ lac generant, sunt quæ habēt calefacere humores phlegmaticos, & habent iuuare virtutem digestiuam, quæ est in membro, vt conuertatur ad sanguinem. Et ex generē tibus lac sunt quædam, quæ sunt cibi: & illa sunt cōueniētiora in hoc opere. & sunt cibi, ex quibus fiunt humores temperati in caliditate & humiditate æqualibus humiditati & caliditati B C sanguinis. Et medicinæ, quæ prouocant mēstrua per os sumptę, sunt de genere medicinarum, quę generant lac: sed necesse est vt sint caliditates eis: eo ꝙ habent aperire orificia venarum, & subtiliare sanguinem. Et qñ hoc accidens est parum, tunc sufficiunt solum medicinæ, quæ generant lac. sed si ex toto cessaret menstruum, non sufficiunt illæ: sed sunt necessaria ea, quæ sunt similia pulegio, & mentastro, & opopanaco, & costo, & schœnantho, & cassiæ lignęæ, & ari stolochiæ, & similia his. Sed medicinæ, & cibi qui generant sperma sunt calidi & humidi & ventosi: sicut faseoli rubei, cæpe, & nuclei pinearū. Sed medicīæ, ꝙ mūdificāt pectus & pulmonem, & adiuuant ad excteādum materias inclusas in ipsis, sunt quæ habent virtutem digestionis, & incisionis sine forti calore, vt non indurent. Et quandoque adiuuant ad excreandum sputa medicinæ, quæ habent lenitatem & vi scositatē, quando difficultas spuendi erit propter subtilitatē materiæ: quia spargitur, & circunfluit ante aerem, & educi non potest. Et medicinæ digestiuæ, & huius materiæ abstersiuæ sunt sicut nuclei pinearum recentes, & butyrum cum melle cannæ & amygdalis. Et semper sis memor eorum, quę diximus superius: hoc est, quia diuersificātur operationes istarum medicinarum per diuersitatem complexionis alicuius membri etiam plus & minus. & à te pone gradus. & via cognitionis harum rerum vt plurimum est experientia. D E

De *medicinis operantibus à forma specifica: & de differentia inter eas, & illas, quæ operantur per primā, secundā, & tertiam virtutem. Cap.* 21. F

DEinceps volumus dare differentiam, quę est inter medicinas, quę operantur per primam, secundam, & tertiam virtutem, & illas, quę operantur per proprietatem, quam appellāt Medici totam substantiam, & qualiter operantur. Et dicamus ꝙ operationes medicinarū sumunt duobus modis. Vnus

Universidad de Deusto
Biblioteca

G est operationes, quę appropriantur proprijs virtutibus elemẽtorum: sicut est calefacere calori, & refrigerare frigori: quia hmõi sunt substantialia, & sequunt eorũ substãtiã. & similiter incisio, subtiliatio, & aliæ operationes secundę, & tertiæ, sicut dictum est. Et ppea possumus apprehendere occasiones harũ operationum bono arbitrio. Sed alium modũ medicinarũ operationis appropriare non possumus primis virtutibus elementorum substantialiter: v.g. attractio, quam facit magnes in ferro: propterea quia attractio, inquantũ est attractio, quãuis sit appropriata calori, nõ propterea vt trahat, absolute accidit vt trahat ferrum, sed propterea quia trahit ta li attractione propria. & hoc accidit propter proportionem, & cõuenientiam, quæ est inter ipsum & ferrũ. Et hæc proportio, & conuenientia non est nisi in mensuris mixtionis elementorum in eis, hoc est in trahente & attracto. Et propterea est possibile inueniri in vna re proprietates infinitas. & hoc est comparãdo entibus quasi ifinitis. Et hęc operatio est, quasi sicut accidens in ipsis virtutibus elementorũ, quæ sunt infusæ in re, quæ habet hanc proprietatem, & non insunt substantialiter. Et ꝓpterea ẽ impossibile scire per arbitrium mensuram mixtiõis, pp quã fit hæc operatio in ipso ente, sicut sciuntur operationes, q̃ proueniunt à materia, quæ non sciunt̃ nisi per arbitrium. Istud est esse ꝓprietatis, & totius substantiæ. Sed complexio non q̃ritur, nec arbitratur in hac specie, sed in alijs. Et qui quærunt in qua specie harum operationum operent̃ medicinæ laxatiuæ: eis tñdendum est, quia habẽt hanc operationem per modũ attractionis, inquantũ est attractio, & ꝓ proprietatem. Propterea quia nos vidimus, ꝙ q̃n reperitur vna ex istis medicinis purgantibus, ipsa attrahit humorem proprium ei, & à qua cunq; parte sit in corpore, vel ꝙ sit in partibus infimis corporis, aut in partibus supremis: sicut scãmonia; quæ curat ægritudinẽ formicæ pedis: eo ꝙ mouet hunc humorẽ cholericum, qui est in pede, ad exeundũ extra cum medicina. & hoc non fit nisi per viam attractionis. Et medicinæ purgatiuæ non hũt hãc solam virtutem, hoc est attrahẽdi humorem proprium eis, sicut turbith phlegma trahit, & scammonia choleram, & lapis lazuli melancholiã: sed etiam trahunt proprium humorẽ, & ex proprio membro, sicut faciunt gummi, & proprie* serapinũ, quod trahit à neruis, & à iuncturis humores phlegmaticos grossos & viscosos. Et apparet ꝙ medicina cũ hac operatione attractionis habeat operationẽ cognoscendi humores: ꝓpea quia humores, sicut scitur, sũt in maiori parte in sanguine in potẽtia: & ipsa cognoscit eos, & ipsos attrahit. Et q̃n trahũtur humores ab instrumentis ciborum ad intestina, & ventrem, tunc mouet̃ virtus expulsiua ad expellendum eos. nec est remotum, vt virtus expulsiua, q̃ est in hoc membro, in quo est humor, sit iuuatrix opationis medicinæ in illo humore: hoc est, quia cũ medicina incipit attrahere, & nã incipit expellere. Et propterea, q̃n virtus expulsiua est multum fortis, fit ꝓpter hoc magna euacuatio: quãuis medicina non fuerit multum fortis.

Et

Medicina solutiua attrahit p ꝓprietatẽ q̃ est ꝓportio mixtionis elementorũ.

H Mesue in de consoli datiõe medicinarũ, intẽcione prima. & ca. de Reubarbaro p ꝓprietatẽ cœlestem. Gal. 4. de simpl. me. à sitiudine. Auicẽ. 4. primi. ca. 4. qđ à virtute. & in de Vir.

I cor. ca. 20 virtꝰ illa ẽ ꝓprietas resultãs ex mixtione elemtoꝝ, & influentia superioꝝ.

A Et manifestum est, ꝙ attractio non potest fieri nisi cum apertione orificiorum venarum: & illa apertio non habetur nisi per calorem: & sic fit similiter attractio. Et ꝓpter hoc torum apparet ꝙ medicinæ purgatiuæ non operantur nisi per vnum calorem proprium, qui est in eis, qui habet proprietatem trahendi talem humorem. Sed quærendum est, & dicamus per exemplum. Ponamus ꝙ scãmonia habet proprietate sua trahere choleram solum, sicut habet magnes trahere ferrum solum: ergo quando bibitur ex ea plusquã B sit eius dosis, non debet alium purgare humorem. & iam certificatũ est per omnes Medicos, & experientia scitur, ꝙ si fuerit quantitas maior debito, purgata cholera fortiter, postea purgat phlegma, post melancholiam, & sanguinem. & sic apparet ꝙ alia virtus hoc faciat a proprietate. Ad hoc respondere debes, ꝙ iste calor proprius, quem habet medicina purgatiua, per quem attrahit, non habet ipsum solum in se & in actu, sicut habet magnes, qui trahit ferrum propter suam formam C specificam. quia medicina non acquirit illum calorẽ nisi a corpore: & calor non dat illum calorem nisi in quantitate determinata in illa. & propterea, quando recipitur aliqua quantitas indeterminata, nõ stabit I hac ꝓprietate. ergo attractio medicinę non est propria alicui humori, nisi per viam comparationis, & proportionis determinatæ i illa medicina, & non omni quãtitate accidente. quia quando egreditur ab illa quantitate, tunc trahit solum illud, quod trahit per attractionem. Et non oportet vt hęc omnia dicantur, nisi in medicina, quæ inuenta D est per experientiam, vt non trahat nisi vnum humotem proprium: eo ꝙ inueniuntur medicinæ, quę trahunt diuersos humores: sicut dicit de agarico. Et non est remotum: quia omnes humores habent propꝝ quitatem in vno genere. Et hoc est etiam causa, si duplicaretur quantitas medicinæ, quæ est propria vni humori, vt purgaret alium humorem. sicut dicitur ꝙ medicinę, quę trahunt melancholiam, trahũt humores phlegmaticos: quia conueniunt cum ea in vna qualitate.

De Venenis. Cap. 22. E

VEnena operantur in corpore quatuor operationibus virtutum. sicut tu vides ꝙ plura operantur qualitatibus primis, sicut opiũ, quod priuat sensum, & motum sua frigiditate. vnde si sumeretur pauca quantitas, postquam esset refrenata aliqua medicina contraria, esset medicina. Et quædam operantur a tota substantia: hoc est quia permutant corpus penitus ex toto. sicut autem conuersum in calcem, quod non potest aliquo modo esse medicina. Et quædam interficiunt fortitudine attractionis: sicut dicitur de F helleboro albo. Et quædam occidũt remouendo calorẽ vitæ. & hęc sunt, quæ purgant sanguinem.

De medicinis Bezahar. Cap. 23

MEdicinæ, quæ vocãtur bezahar, quę curant a venenis, operantur has passiones conuersim: hoc est quia quædam permutãt sua qualitate venenum, quando sunt contrariæ: & quædam hoc operant a tota substantia: & quædam hoc faciunt sua attractione. Et istæ medici-

G dicinæ bedazaricæ non curant nisi recipiantur, cum est in corpore dispositio venenosa facta a veneno, & tunc dant corpori vnam virtutem, quæ est contraria virtuti veneni. & sic curatur venenum quasi per accidens. propterea quando illas comedit homo sanus, sunt sicut venenū, exceptis granis citri, & similibus illis. Propterea dicunt Medici, ꝙ medicinę bedazar sunt mediæ inter medicinas & venenum. Et nos sic non intendimus: quia medium & extrema sunt vnius generis: & quæ sunt generis, sunt similia: & sic non est in bedazarijs cum veneno. & propterea melius est dicere ꝙ bedazar sit in fine contrarietatis cum veneno: quia medicatio contrarietatis semper debet attribui contrarietati. Sed causa, quare bedazar occidit sanū, non est nisi quia non habet prodesse, nisi quando in corpore est dispositio venenosa. Et est, vt istæ medicinæ faciant duas operationes in corpore humano. Vna est, vt venenosa, quando recipitur, non existente in corpore dispositione venenosa. Et alia est iuuatrix, quando in corpore est dispositio venenosa. & sunt sicut venenum ex vna parte, & medicinę ex alia: non ꝙ sint medicinæ ex parte, ex qua sunt venenum. quia non est extraneum, vt dicatur ꝙ diuersificantur actiones vnius agentis diuersificatis dispositionibus subiecti locorum. Hoc est, quod potest dici bono arbitrio de operationib⁹ medicinarum, qualiter operantur.

Forte melius legēt bezahar, & sic semper I hoc capite.

Vide cōm. Zim.

De modo cognoscendi virtutes Medicinarum, & Ciborum.

Cap. 24


Lactuca. Dicit Galenus q; sua frigiditas est similis frigiditati riuulorum. & significat hoc, quia nō curat forte erysipelas, sed curat debilem. ideo debemus ipsam ponere frigidam in primo, vel in principio secūdi gradus. Et vsus sui seminis consumit sperma.

Alasce, quod quidam vocant corrutha, calefacit & desiccat in tertio gradu. Et operationes eius ꝓuocāt menstrua, & vrinā & extrahunt fir- M
mus a corpore, & aperiunt oppilationes, & mūdificāt pect⁹, & pulmonē.

Hele, i. Viscus. Operationes eędē sunt cum thapsia in operationibus primis, & secundis. & est caliditissim⁹ cum superflua humiditate. & extrahit a ꝓfunditate corporis. & hoc agit cum multa tarditate pp superfluā humiditatem in ipso existentem.

Viola frigida est, & humida. & ideo debet poni in secundo gradu. Iuuamenta sua manifesta sunt apd vulgares.

Cenapal cail, i. Cauda equina, & ī La-

A Latino dr Centinodia. Virtus ipsius est stiptica cum amaritudine. & iō desiccat in vltimo absq; perforatione. & pp hoc sigillat vulnera magna. & cōfert vlcerib⁹ intestinorū, ac sputo sanguinis, & fluxui menstruorū: & maxime illa, q; est rubea. & tenasmoni. & dicunt aliqui hoies q; curauerunt cum ea vlcera vesicæ.

Caleiraf, i. Castrat⁹. Hui⁹ vegetabilis flores, & folia desiccant desiccatione forti absq; mordicatione. Et est manifeste plurimi iuuamēti, qñ sigillat vulnera. & qñ aduric cortex
B ist⁹ arboris. cinis eius desiccat desiccatione vehementi. & pp hoc cōfert porris seu verrucis: & maxime habētibus capita clauorum, qui fixi sunt in cute. quia quando recipitur cinis eius, & miscetur cum forti aceto, & superponitur eis, eradicat eos. Et gūmi istius arboris remouet omnia, q; sunt, vel fiunt supra pupillam oculi vnde obscurat visus: eo qa istud gummi subtiliat, & mundificat.

Indicum, cum quo tingitur, multum desiccat sine subtilitate: quia amarum est, & stypticū. Et est duarum manerierum, s. sylueſtre, & domesticum. & sylueſtre est fortius do-
C mestico. Operationes suæ sunt, vt consolidet vulnera, quæ sunt in duris membris, & etiam si sint ī extremitatibus musculorum. & abscīdit fluxum sanguinis, & valet multum vulnerib⁹ fistulatis. Sed sylueſtre est fortius in vulnerib⁹ putridis pp fortitudinem suæ desiccationis. & domesticum est vtil⁹ in aſpatib⁹ domesticis, vel in medela apostematū, quia vlcerat ea. & sylueſtre valet multum contra oppilationem splenis. ideo debemus ipsum ponere calidum in secūdo, & siccū in tertio: & domesti- cū calidū ī primo, & siccū ī secūdo. D

Pulegium riuul⁹rum calidū est & siccum ī tertio gradu, quia est cōpositum ex substantia ignea cū aliquantula parte terrestri adusta. & significat hoc acumen ipsius cum aliquantula amaritudine. Operatiões ipsi⁹ secūdæ sunt dissolutiuæ, subtiliatiuæ, & desiccatiuę. Tertię ad ꝓuocandum vrinam. & dictum est, q; valet multum leprosis, & morbis ab aīalib⁹ venenosis: & maxime qñ superponitur. & occidit vermes, qui nascuntur in auriculis. & montanum fortius est, & plus valet.

Recapaldereca, i. Cānella vel Cinnamomū, calidum est & siccum in E
secundo gradu. & in siccitate pl⁹ extendit. & hoc est, quia compositum est ex substantia terrestri cum substantia aerea equaliter. & hoc testificatur Gal. & cum hoc hēt substantia subtilem igneā, aqua hēt suam aromaticitatem. & stypticitas sua cum modico acumine signāt terrestrem substātiā. & cānellositas sua signāt substātiā aereā sup ipsam dominantem. & hoc scitur pp naturā cannarum. Iuuaméta sua manifesta sunt in stomacho, & hepate: quia illa est ex medicinis, in q⁹ inueniunt aro- F
maticitas, & stypticitas, & acumen: & qd⁹ hēt tam nobilem complexionem, roborat oīa membra. Et dicit Gal. q; ps subtilior, q; est ī eo, ē mīor alijs: & dar sem ē fortior ī iuuaméto.

Capparis calid⁹ ē ī secūdo, & sicc⁹ ī tertio. qa cōposit⁹ ē ex subā terrestri & frigida, & terrestri adusta, ignea & subtili. & signāt hoc amaritudo dñans. Et post hoc hēt ꝓprietatē contra vina splenis: ppea qa illd, qd⁹ facit exire cum stercore, est sanguineum, & tūc remouet dolorem splenis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G splenis. Et hoc idem facit in alijs humoribus grossis, quia educit eos per vrinam. & prouocat menstrua, & attrahit phlegma ex capite qñ masticatur, & valet contra schiaticum dolorem, & contra dolorem dentium, quando masticatur.

Alchatf, i. Nasturtium est calidũ & siccum in quarto gradu. Et virt° sua est similis sinapis virtuti. & est medicina, quę datur loco cibi.

Cardamomum calidum est, & siccum in tertio gradu. Et non est mihi necesse manifestare operationes ipsius, nec secundas, nec tertias,
H quia habet similem complexionẽ. sed conueniens est mihi dicere proprietates eorum manifestiores. & hoc debuissemus fecisse ab ipso principio. sed est accommodatio iuuamenti in his, quę dicta sunt. & est ī hoc fructu cũ amaritudine aliquãtulum caloris.

Caros Carcum. Carui in caliditate & siccitate est in tertio gradu. & propter hoc expellit ventositates, & prouocat vrinam & non solum semen, sed totum.

Clalicha, i. Cassia lignea, calida est & sicca in tertio gradu: quia cõposita est ex pauca substantia terre-
I stri, & substantia ignea, & illa est dominans. & significat hoc, acumen, quod habet cum aliquantula stypticitate. & est ex bonis speciebus aromaticis. & ideirco confortat membra principalia, & ex oppilat oppilationes hepatis, & prouocat mẽstrua & habet alias operationes, quas debet facere talis complexio.

Arbor nucum est frigida & sicca in secũdo gradu. & folia & rami habent aliquam stypticitatem. ideo ꝓpter stypticitatem suę complexiõis profundatur pars eius subtilis ī substantia stypţica, quę est in ipsa. & iõ K
facit quod possent facere, quę essent maioris stypticitatis ipsa. & ideo decoctio eius bona medicina est vulnerum apatę. Et de fructu ipsius iam rememorati fuimus alibi.

Cubebę sunt substantię igneę, & terrestris: & cum hoc sunt aromaticę. Et tu scis operationes, quas faciunt tales medicinę.

Pineę calidę sunt & siccę in tertio gradu. & gummi propinquum in quarto. Sua secunda virtus est putrefacere carnem mollem liquefaciendo. & propterea sunt ī primo gra- L
du medicinarum putrefactiuarũ. & propterea conseruant carnem mortuorum a putrefactione propter suam desiccationem, & alias eorum corrumpunt propter virtutes suarũ naturarum, non propter humiditatem superfluam, & non conseruant nisi dura membra. Et sunt optima medicina in aere pestilentiali: & fortissima medicina ad resistendũ impręgnationi. & quando mulier *stat *a.l. sedet
supra se, & quando inungitur virga ex eis, faciunt abortum. & occidũt vermes, qui sunt in ventre, & serpentes deglutitos. & si superponantur M
ventri doloroso propter corrosionẽ incontinenti dolor mitigatur. Et piguedo, quæ generatur in alchi terra, i. pars vnctuosa, quæ adunatur immatura, quæ est ei supra in principio decoctionis subtilis, & cum est cocta, efficit spissa, & illa aperit vulnera, & discooperit neruos. Sed illd, quod est liquidum, pot̃ est vt curet vulnera, & habet similem virtutem picis, & curat scabiem.

Cẽtaurea habet duas species, maiorem, & minorem. & ambæ habẽt vnam complexionem. Et maior habet

A bet sapotem acutum cum stypticitate, & aliquantula dulcedine. & nõ debemus vti ea nisi radice. Et de minori vtimur folijs, & stipite. & ideo composita est ex substantia terrestri, adusta, & frigida. Et aperit oppilationes, & scidit humores grossos: & cum hoc habet virtutem purgandi eos. & ideo clysterizantur cum ea schiatici, & podagrici. & abstrahit humores cholericos, & grossos. & aliquando tãtum purgat, vt trahat sanguinolentos humores. & tũc fortius prodest, & prouocat menstrua fortiter, & aborsire facit. & cum hoc
B habet virtutem cõsolidatiuam vulnerum propter suam stypticitatem.

Gummi cerasorum habet ꝓprietatem frangendi lapidem. & potest esse hoc ideo, quia est gummi: quia dominans super complexionem gũmi est calor, quãus quędam sint, q̃ non sunt talia, nisi comparatiõe ad corpus humanum, sicut gummi, qđ nominatur charabe.

Cestron, i. Betonica. Complexio istius est calida & sicca. & hoc attestatur sapor, quia in ipsa est amaritudo cum acuitate. Et ideo incidit humores grossos. & frangit lapidẽ,
C qui generatur in renibus, & mundificat pulmonem, & pectus, & aperit oppilationes hepatis, & prouocat menstrua. & confert epilepticis, & schiaticis. & quando ponitur super morsum animalium venenosorum confert. & valet schiaticis etiam, qñ bibitur, & eructationi acetosę. & ꝓpterea ponimus ipsam in gradu tertio calidam & siccam.

Hafas, i. Galla, est frigida in primo, & sicca in tertio. & acerbæ sunt frigidæ in secundo gradu, & siccæ ī tertio. & significat hoc stypticitas, quæ est in ea cum modica pontici- D
tate. & est repercussiua. & quando comburitur, est acutior, & siccior, & subtilior. & est necesse, quando vis sedare sanguinis fluxum, assare ipsam, & postmodum extinguere ipsam in aceto, aut fortissimo vino.

Almum, i. Cera citrina, est temperata inter quatuor qualitates. & qa potest applicari carni, posuerunt ipsam Medici materiam omnibus cataplasmatibus, & vnctionibus calidis & frigidis, sicut sunt illi, qui nominant cerotum. Hanc ceram * ci- *a.l. nutrinam, quassatam, vel malaxatam tritam.
in aqua Gal. laudauit in ęgritudinibus acutis, & nominatur cera lota. E
Et cera habet virtutem maturatiuã per modum oppilationis. & non est ex medicinis, quas ponimus in corpore. & habet aliquantulam virtutẽ dissolutiuam, quã acquisiuit a melle. & quando remouetur citrinitas, quæ est in ea, tunc est proprie materia, & cera pura.

Halbera, i. Catapucia. Eius grana habent virtutem purgandi: & cum hoc habent virtutem absterssiuam, & dissolutiuam. & ideo est calida in secundo gradu. & ponitur in gñe ca- F
lidorum, & siccorum.

Darseni, i. Canella subtilis, dulcis, aromatica, calida est & sicca in tertio gradu. & est supremum ī omnibus medicinis aromaticis, quę resistunt putrefactioni: nec habet parem in his operationibus.

Alteradit, i. Barba hircina est frigida in tertio gradu, & sicca in secũdo: quia dominans in ea est substãtia terrestris stiptica. & radix ei° fortior est folijs. Et consolidat vulnera & valet sordidis vulneribus propter suam desiccationem, & ad intestinorum

G rum vlcerationem, & fistulis. & in
summa facit quod faciunt medici-
nę* multæ stypticitatis. Et cõfert de
bilitati stomachi, & solutioni ven-
tris,& vlcerationibus intestinorum,
& fluxui menstruorum.

*a.l.non forta.

Laudanum est calidum ī primo
gradu,& tãgit ex secundo.& aliquã
tulam habet stypticitatẽ,& est sub-
tilis substantię cum acumine. Dis-
soluit,& maturat, & valet passioni-
bus matricis,ideo quia habet cũ his
virtutibus virtutem stypticitatis.
Propterea valet ad permanentiam
H capillorum:eo q̃ consumit humidi
tatem extraneam,quę est in eorum
radicibus,& stringit sua stypticitate
poros,in quibus otiũtur capilli.Sed
non est sufficiens in obuiatione alo
peciæ: iccirco quia illa indiget me-
dicinis magis dissolutiuis, quia ge-
neratur ex humoribus grossis, &
viscosis.

Alibleb,i.Mercurialis, calida est
& sicca in primo gradu: & est com-
posita ex substantijs contrarijs, hoc
est stiptica,acuta,& aquea. Et inest
ei,quando est recens,vt leuiter pur-
get,ita q̃ est in principio primi gra
I dus in medicins purgatiuis. & ideo
datur in principio febris ante dige-
stionem: sicut dantur cassia fistula,
tamarindi,& his similia. Et qui bi-
berit ex succo mediam libram,pur-
gat choleram grossam,& phlegma.
& si coquatur in vino,quando recẽs
est,consolidat magna vulnera,& sa
nat vlcerationem factam ab adu-
stione ignis, Et si folia ipsius coquã
tur in aceto,valet multum passioni
splenis.& flos suus valet in hoc plº.
& ex succo suo fit capitpurgium:&
tunc valet multum materijs discur-
rentibº antiqs ad aures, & ad nares.

Haanthal,i. Colloquintida,est ex K
medicinis fortibº in purgãdo phleg Coloquin
ma:& est in fine gadus medicinarũ tida.
purgantium,quia attrahit a profun
ditate corporis: ita q̃ iducit eradica
tionem intestinorum. propterea ne
cesse est retinere ipsam multũ cũ
tragacantho,& amygdalis. & fistici
sunt sufficientes pro his duobus. Et
dosis eius est a duabus tertijs drach.
i.vsq; ad vnum charatem.

Halseemec est gummi, quod for
titer stringit.& propter hoc intrat ī
medicinis eradicantibus intestina,
& proprie quando non habet quali
tatem acutam.& facit quemadmo-
dum checabre,i.gummi arabicum. L

Cusbera,idest.Coriandrum,cali
dum est in primo gradu. & est com
positum ex substantijs contrarijs,
hoc est ex substantia amara,& sub-
stantia aquea,& stiptica. Et secun-
dum hoc facit diuersas operatiões:
hoc est, quia quãdo cataplasmatur
erysipelas cum farina ordei, curat
ipsum.& quando miscetur cum fa-
rina fabæ, dissoluit scrophulas.& di
citur q̃ habet proprietatem ad reti
nendum cibum ī stomacho,donec
fuerit digestº.& aromatizat carnes,
cum quibus coquitur.& si homo bi
beret ex eius succo mediam libram M
in nouilunio,esset mortuus.

Costus calidus est & siccus in se-
cundo gradu. & est compositus ex
substantia terrestri adusta & ignea.
& significat hoc magna amaritudo
eius cum acumine . Et operatiõ
suæ complexionis , est rubificare
membra,quibus superponit:quia
trahit sanguinem ad cutem. & pro
uocat vrinam, & sanguinem men
struum . & occidit vermes,& curat
tineam.

Al-

A Alcostan,idest,Lilium album,ca
lidum est & siccum in secundo gra
du.& hoc dicimus,quia est amarũ.
& habet aquositatem temperatam.
Et ideo oleum ipsiº est absq; aliqua
mordicatione.& est supremum om
nium rerum,quę dissoluunt res in
matrice. Et folia sua cocta,& posita
super carnem combustam ab igne,
& cum aqua fermenti,cum oleo ro-
sato mixta,incontinenti liberãt. Et
radix est fortior foliis. & propterea
prouocat menstrua,&mollificat du
riciem omnium membrorum, & p
prie matricis.

Crocus calidus est in secũdo gra
B du & siccus in primo.Et digestiuus,
& confortatiuus cordis,& habet sub
stantiam calidam stypticam.& styp
ticitas sua est ex rebus,quæ adiuuãt
ad digestionem,quam facit:eo q̃ p
pter illam moratur in poris, & stat
in illis.

Halbasal,idest, Cæpa. Est calidũ
in quarto gradu , & habet grossam
substantiam.Et ideo, quando poni
tur in ano, aperit orificia venarum,
& prouocat sanguinem hęmorrhoi
dalem,& menstruum.Et succus eiº
valet aquæ,quę defluit ad oculum:
sed obscurat oculos,quãdo sunt im-
C peditι ab humoribus grossis. Et hẽt
humiditatem superfluam, propter
quam mouet coitum.

Halcedef frigidus in primo gra-
du est vel temperatus: eo quia styp-
ticitas in suo sapore est, sed in ipso
non est aliquid calliditatis,vel acu-
tatis nisi modicum . tamen in eius
operatione inuenitur multi iuuamẽ
ti:eo quia calliditas existens in eo fa
cit profundare stypticitatem in pro
fundo corporis absq; amaritudine,
vel mordicatione. Et ob hoc eius

operatiões sunt ad remouẽdũm ea, D
quæ retenta sunt in profundo cor-
poris ægritudinum putridarum ,&
eradicant ea omnino absq; impedi
mento. Et est in fine tutum a nocu-
mentis:eo quia natura calidarum
medicinarum et siccarum,quamuis
habeant naturam remouendi,attra
hunt tamen ad locum alios humo-
res. Et propter hoc hęc res confert
omnibº maculis, et vestigijs carnis.
et caliditas,quæ est in ipso,est iatrix
virtutis stypticę.

Scoadi,i.Cyperi . Id quod operat
ex hac herba,est eius radix.& ponι-
mus ipsum in caliditate & siccitate E
in secundo gradu:eo quia in suo sa
pore non inuenitur acuitas,nisi mo
dicum stypticitatis.Et eius operatio
nes secundæ sunt, quia conferunt
mirabiliter vulneribº difficilis cõso
lidationis causa multarum humidi
tatum:& etiam conferunt vlceribº
oris. & frangunt lapides , & prouo-
cant vrinam,& menstrua.

Alchãna.Quæ operantur ex ista,
sunt folia,& rami.& virtus eiº com-
posita est ex substãtia frigida & cali
da . & propter hoc deficcat absque
mordicatione.Et confert vlceribus, F
quę veniũt in ore ex gñe alcolæ. &
valet ẽt alcolæ & decoctio illiº valet
adustiõi,& ẽt apatibus ardentibus.

Elsoc,i.Iusquiamº,manifestũ est
q̃ estº maxime frigiditatis. Hyoscia-
mus.

Magdeene,i.Catapucia. Ipsiº gra
na purgãt cholerã,qn deglutiunt a
decẽ vsq; ad quindecι.& q habẽt ven
trẽ fortẽ,masticẽt ista grana: & qui
habent debilem,deglutiant integra.

*a.l.mul-
te humi-
ditatis.

Acetosa.Viresº ipsiº est cõposita:eo
quia semẽ eiº hẽt stypticitatẽ cũ ace
tositate.& pp hoc valet cõtra fluxũ
ventris cũ vlceratione intestinorũ.

Al-

G Alzuraz est in quarto gradu caliditatis. Odor eius, & sapor, & virtus assimulantur odori nasturtij, & suo sapori: excepto quia est maioris desiccationis nasturtio.

Alcheiri, i. Viola de Romania. sunt enim in secundo gradu caliditatis. & hoc significatur ex amaritudine sui saporis. Et extrahunt secundinam, & faciunt abortum. & semē eius est fortius flore. & aperiunt oppilationes cerebri, quando odorantur. & propter hoc, quando suspenduntur ad colla epilepticorū, liberant.

Halausam, i. Lycium. Hoc est cō
H positum ex substantia grossa, & resolutiua, & pertinet siccitati. Et est ex medicinis appropriatis oculis, & auribus. & habet multas operatiões ſm modum medicinarum, q̄ sunt illius complexionis.

Lauscemacanium. Hoc est manifestum nobis. Eius proprietas est sanguinem stringere, undecūq; exeat. & est complexionis frigidæ, & siccę. & oritur in ripis fluminum valde currentium.

Thus calidum est in secūdo gradu, & siccum in primo: quia habet amaritudinem cum stypticitate. &
I facit nasci carnem in corporib⁹ humidis: & habet aliquantulam virtutem maturatiuam. Sed cortex ipsi⁹ habet manifestiorem stypticitatē: ita q̄ ponitur in quarto gradu ī medicinis exiccatiuis. nec habet superfluum calorem, vel acumē. ideo ponitur in medicinis quæ valēt contra fluxum, & sanguinis spurum, & vlcerationem intestinorum.

Macer. Besbese, i. Macis. Dicitur quod sit cortex cuiusdam fructus, qui apportatur de India. Compositus est ex diuersis substantijs. magis dominans est substantia terrestris, & min⁹ est substantia subtilis calida. & est multæ stypticitatis cum aromaticitate. Sua prima virtus est sicca in primo gradu: sed caliditas vel frigiditas nō sunt manifesta in eo. Sua secunda virtus est confortare & retinere. & valet contra passionem cordis, & contra fluxum ventris. Et bene testificabitur per Gale. q̄ valet propter suam stypticitatem contra vlcerationem intestinorum. K

Scedes, i. Polium. Virtus eius similatur virtuti spicæ.

Albeczi virtutem habet dissoluē
L di, & maturandi.

Lephaa, i. Mādragora, frigida est in tertio gradu, & etiam est habens aliquantulam caliditatem. & poma ipsius habent humiditatem, & propter hoc, puocant somnum. & cortices suarum radicum sunt siccę: sed eius radix debilior existit.

Halcasmeg, i. Fœniculum, calidū est in tertio gradu, & siccum in secūdo. Et propter hoc prouocat lac, & vrinam, & menstrua, & confert descēsui aquę ad oculum. Et sunt duarum specierum, domesticum, & syl
M uestre. & domesticum est humidius syluestri. & quia habet aliquam horribilitatem, haber proprietatem confortandi membra vrinæ.

Mastix calidus est in secūdo gradu, & siccus in tertio. & habet stypticitatem, & dissolutionem. & manifestatio sui iuuamēti specialiter est in stomacho, & generaliter in alijs membris.

Scaunix, i. Nigella, calida est & sicca in tertio gradu. & significat hoc, quia est in vltimitate amaritudinis cum subtilitate. & ligata in pā
no lineo valet odorata ad reuma frigidū.

A gidum & occidit vermes, & dissoluit inflationem, & eradicat verrucas, & producit cum posse menstrua, & facit erigere membrum,

Alchelilamelech, i. Mellilotum, vel corona regia, habet virtutem dissoluendi, digerendi, & repercutiendi. ideo debet poni calida & sicca in primo gradu.

Alces, i. Mel, calidum est & siccū in secūdo gradu, & est multę abstersionis. & est cibus medicinalis, & ꝑ
ptie in senib⁹: quia cibus est in ipso multum iuuamus, quia in eis conuertitur in sanguinem bonum. Sed
B mel cannæ, quod etiam est mel, est
Ad duas minoris caloris alio melle, & minoris abstersionis, nec habet illā mordicationem, quā hēt mel. idcirco est maioris iuuamenti alio melle mēbris, quæ nocentur a nimia abstersione, sicut stomach⁹, pulmo. & vesica. Et istæ duæ medicinę factæ sunt a Medicis materiæ electuariorum & syzuporum: eo quia natura amplectit eas, & in eis delectatur. & q̄n lauatur, est er⁹ operatio propinqua operationi mellis cannæ.

Cascasi, i. Papauer, frigidum est & humidum. Album est frigidum
C in tertio gradu, & nigrū in quarto. Album valet contra tussim, quę fit a materijs calidis, & defendit pulmonem ab vlcerationib⁹ ipsarū, & facit suauiter dormire. & nigrum est malum, quia facit somnum stupidum.

Heltrog, i. Pomum citrinū. Cortex ipsius habet maximum iuuamē
tum stomacho, & hepati. & est temperatus, aut calidus in primo gradu & siccus in secundo. sed acumē, qd⁹ habet, non significat multum calorem. quia paucus calor, quando est cum stypticitate, inducit acumen, & mordicationem. Et dicit Gal. quando dominatur siccitas terrea, adipiscitur acumen. Sed semen est calidū cum forti siccitate, & est supremum bezaarijs venenis, quę occidunt a tota specie. Sed pulpa ipsius est frigida & humida, & gnat grossos hūores. D

Alcarfar, i. Tamariscus composit⁹ est ex substantijs compositis: quia habet stypticitatem cum dissolutione, pp̄ quam multum valet splenī. Et ideo dicitur q̄ qui bibit cum vase facto ex eo, non incurrit passionē splenis. Et suus fructus habet stypticitatem fortem propinquam stypticitati gallæ. E

Hes, idest, Myrtilla multum sup ipsa dominatur substātia terrestris & frigida. & significat sup hoc stypticitas, quam habet, & constrictio, quam facit.

Halmu. Quod operatur ex ista est radix. & est calida in tertio, & sicca in secundo. vrinam prouocat, & menstrua. & habet superfluam humiditatem. & qui de ea comederit multum, dolorem capitis, pcreat.

Harlarmel, i. * Cicuta, calida est Hoc potē Harmel Aui. & Serap. nō. u. potest esse cicuta.
& sicca in tertio gradu. incidit hūores grossos, & puocat vrinam, & mēstrua, & valet dolori spatularum, & purgat phlegma. F

Sobol, i. Spica. & sunt ex ea multę species. & melior ea est ea, quæ venit ex India. Cali. est in primo gradu, & sicca in secundo. & hoc est ex eo, quia est composita ex substātia terrestri, & frigida multum, & aliquantula ignea, & aliquantula terrestri adusta. Et quia est composita ex his virtutibus cum aromaticitate sua est ex melioribus rebus hepati, & stomacho, vel superposita, vel bibita: propterea qua confortat mē

Universidad de Deusto
Biblioteca

G brũ,& deſiccat materiã,q̃ ibi fluit.

Halcal,i. Acetum. Quod videtur ex eo,eſt vt dominans ſuper ipſum, ſit ſubſtantia frigida propter acetoſitatem,quę eſt in eo : quamuis habeat partem vnam igneam,quę indicatur propter ipſius acumen. & iũ dictum eſt q̃ acumen prouenit propter fortem ſiccitatem cum modico calore. & multa ipſius morſio nõ ſignificat ſuper multam caliditatẽ: quia hoc prouenit a ſubtilitate. & etiam acetoſitas, in eo q̃ eſt acetoſitas,incidit:& maxime quando aſſociatur calori. Et ideo debemus iſ̃m

H ponere frigidum in ſecũdo, & ſiccũ in tertio,& maxime vetuſtum.

Berberis. Fructus eius ſtypticę virtutis eſt,& incidit,& ſubtiliat,& ſtrĩgit omnem fluxum omnium ægritudinum.

Caterpitiũ Lac arborum eltifri,i. Aſa fœtida calidius eſt omni alio lacte arborũ, & ſubtilius. & propter hoc diſſoluit plus cæteris. Et eius proprietas eſt, q̃ confert vuluæ,quando ſuſpenditur collo.

Eruum. Halcarſena,i. Orobus, ſiceus eſt in ſecundo gradu,& calidus in primo. Et eſt medicina inciſiua:& apit oppilationes. & ſi nimis comederet

I ex eo faceret mingere ſanguinem. & generat in corpore carnem durã, & membra dura.

Ihanſir,i. Opopanax,eſt calidũ ĩ tertio gradu, & ſiccum in ſecundo. & habet attrahere phlegma ex iuncturis.& quaſi hęc proprietas continet omnia gummi,quę purgãt. Doſis eſt drach.i.

Piper. Radix eius aſſimilatur coſto.& arbor eius in principio ſui ortus nominatur darſufel . & hoc eſt piper longum,& eſt humidius alio pipere. Et aliud piper, q̃ nõ eſt ma K turum,eſt album:& q̃ eſt maturũ eſt nigrum. Et ambæ ſpẽs ſunt calidæ & ſiccæ in tertio gradu. & quidã dicunt in quarto.

Besbeg,i. Polypodium , eſt quaſi temperatum in primis qualitatib⁹. & ſigñat hoc, quia ſuper iſ̃m dominat dulcedo cum ſtypticitate, & deſiccat ſine mordicatione. Eius ꝓprietas eſt purgare melancholiam, & eſt ſecura medicina. & ẽ melior epithymo,quia non habet qualitatem exeuntem ab ęqualitate, Doſis ſua eſt drach.x.

Praſſium calidum eſt in ſecũdo L gradu verſus finem,& ſiccum in tertio,prope medium,aut in fine. Aperit oppilationes ſplenis,& hepatis,& mundificat pectus,& pulmonẽ,& ꝓuocat menſtrua,& vrinam . & facit oĩa , quę faciunt medicinæ amaræ. Et ſuccus ipſius mixtus cum melle multum valet paſſionibus oculorũ. & poſitum in narib⁹ valet ictericis. & valet contra antiquum dolorem auris,quia mundificat vias nervorum aurium.

Succus,qui inuenitur in alueis apum ,calidus eſt in fine ſecundi gradus,vel in principio tertij. Sua ſecun M da virtus eſt mirabilis attractio.

Halacharta,i. Pyrethrum . Ex eo vtimur ſolum radice . Et habet vnam virtutem vſtiuam . & ideo eſt calidum ĩ quarto gradu. & ideo mitigat dolorem dentium.& valet , vt dicitur contra epilepſiam,& ſimiles ægritudines ei, & rigoribus interpolatarum febrium.

Alſagel,i. Raphanus , calidus eſt in tertio gradu,& ſiccus in ſecundo, ſemen fortius eſt:& valet contra ſerpiginem,& ſimiles. & aufert citrinitatem

A tatem quibuslibet membris corporis. Et ſylueſtris eſt fortior domeſtico,& eius ſuccus deglutit⁹ ſubtiliat viſcoſitatem,quæ eſt in fiſtulis pulmonis,& clarificat vocem.

al. Rauend. Raued,i. Rheubarbarum , compoſitum eſt ex diuerſis ſubſtantijs ex ſubſtantia terreſtri, & frigida , q̃ ſignificatur per ſtypticitatem: & ex ſubſtantia ignea , quæ ſignificatur per coctionem: & ex ſubſtantia aerea,quę datur per raritatem,& ſpõgioſitatem.& eſt vna ex manifeſtio ribus rebus in iuuamẽto hepatis ad aperiendas oppilationes, & confortãdum ipſum . & ſimiliter prodeſt

B ſtomacho. Et Gale. & alij Medici dicunt, q̃ conſtringit ventrem.& nos videmus q̃ purgat . Et eſt mirabilior alijs medicinis purgatiuis, quia frænum ſuum eſt cum eo . quoniã nulla medicinarum purgatiuarum eſt ſine veneno aliquo ĩ aliqua parte ſui, iſta excepta: eo quia confortat omnia membra corporis : ideo poſſumus dando ipſum pro purgatiuo,refrenare alias p ipſ̃m medicias

Alcarfas , i. Apium montanum, C calidum eſt & ſiccum in tertio gradu:eo q̃ ſapor eius eſt amarus,& acutus. Et prouocat vrinã, & ſanguinem menſtruum, & diſſoluit tumores. Et hortulanum debilius eſt eo .

Andraton,i. Herbatura, in lingua Hiſpana Andration . Quod ex hac operatur, eſt eius radix.& eſt calida in tertio gradu prope finem,& deſiccat in ipſo. Et confert ægritudinib⁹ nervorum , & paſſionibus pectoris, & pulmonis, quando fiunt ex humoribus groſſis.& quando ſuffiumigantur homines ea,reprimunt humores deſcendentes a cerebro,& aperit eius oppilationes ; & quando poniturſuper dentem dolentem, & D corroſum,ſanat illum. & ſuccus ei⁹ in omnibus prędictis fortior exiſtit. & adhuc lacipſius fortius exiſtit.

Halſedeb,i. Ruta ſylueſtris, calida eſt & ſicca in quarto gradu . ſed hortulana eſt ĩ tertio: ꝓpterea quia ſapor ſuus eſt acutiſſimus,& amar⁹. & eſt iuuantior in ſoluendo tumorem , & carminando ventoſitatem: & priuat coitum.

Ceſet,i. Pix , eſt calida & ſicca in tertio gradu. plus deſiccat q̃ calefaciat. ſed liquida, & recens plus cale- E facit q̃ deſiccet . Valet contra aſthma,& empyema. Doſis eius eſt quãtitas vnius drach.& 5. cum melle.& valet contra albedinem vnguiũ, & morpheam.& maturat apoſtemata dura.& fortiot in maturãdo eſt, cũ eſt recens,& humida.

Alpelep,i. Caſtanea, frigida eſt & humida in primo gradu. Folia ſua piſtata, & poſita ſuper apoſtemata, quæ naſcuntur in genibus,curat. Et cortex ipſi⁹ arboris,& ipſę caſtaneę habent virtutem deſiccandi.& ideo quando ſunt cocta in aceto , valent contra dolorem dentium. Et fruct⁹ F combuſtus ſuperpoſitus valet tyrię. I Et eſt neceſſe , vt cuſtodiatur quilibet a puluere, qui adhæret ſolijs illius arboris , quoniam multum nocet cannę pulmonis, & viſui, & auditui.

Virga paſtoris eſt in ſecundo gradu medicinarũ infrigidãtium: quia compoſita eſt ex ſubſtãtia terreſtri frigida,& aquea. Valet contra incenſionẽ ſtomachi,& repcutit materias aduſtas . & idcirco ĩtercipit fluxum menſtruorum, & curat oppilationẽ inteſtinorum,& intercipit fluxũ ſanguinis a quacunq; parte veniat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Rosa cõpositta est ex substantia terrestri frigida, subtili, & aerea calida, & aquea. & significat hoc tapor, vel odor, & aquositas. Et semen ipsi⁹ stypticu⁹ est ea. Et est frigida & sicca in primo gradu. & confortat stomachum, & hepar, & alia mẽbra

Sumach est forte in stypicitate & siccitate. frigidum in secundo, siccũ in tertio gradu. operatiões suę sunt manifestæ.

Sagapenũ ⁹a. l. Asphaltum

⁹Serapinum, & ī Arabico Cebeo neg, & interpretatur expellens ventositatem. Illud gummi calefacit, & subtiliat, secundum q̃ faciunt alia

H gummi. & est absterssiuum. & est ex ex meliorib⁹ medicinis, quę possint esse ad aquam descendentem ad oculos, & ad fuscedinem visus, quæ fit ab humorib⁹ grossis. Et est ex medicinis purgatiuis, quę trahũt phlegma a neruis & iuncturis, sicut bdellium opopanacum, & anazaret. qa hoc est proprium in gummi. & bdellium est in hac re, quasi in primo gradu purgatiõis. & post ipsum est asphaltum, & opopanacum, & post ipsum anzarat. Et dosis asphalti est a drach. 5. vsq; ad vnam.

I Et anzarat desiccat sine mordicatione. ideo consolidat vulnera facta propter percussionem.

Satyrium, i. Testiculus canis. & in Arabico Haldaalzahalep. Calidum est cum multa humiditate. & ꝓpterea mouet coitum. & nomina sapiẽtum Enilsalic, & Euosalic iurauerũt in eorum animabus, quòd curat spasmum posteremę partis, quando bibitur eius succus cum vino nigro stiptico.

Alcarsfas, i. Apium, est tantæ caliditatis, q̃ prouocat menstrua, & vrinam, & dissoluit ventositatem, & inflationem, & propriè semen eius. K

Huiusmodi est multarum spẽcrum. & fortior omnium est, quę nominatur Becarcalion.

Et Endiuia quædã est sylucstris, & quędam domestica. Sylucstris est frigida & sicca in primo gradu: domestica est frigidior & humidior. & significat hoc eius stypticitas cum amaritudie. & stypticitas maior est amaritudine. Iuuamen ipsius maximum est: quia confert hepati a mala substantia. quia dictum est q̃ sanat hepar calidum & frigidũ æqualiter. Sed mihi videtur q̃ plus confe L rat calido q̃ frigido. quia amaritudo, quæ est in ea, abstergit, & aperit sine multa calefactione.

Halanchat, i. Cæpa Scilla, calida est in secundo gradu. & virtutem habet incisiuam. sed non minus calefacit. & non vtimur ea nisi assata, & cocta.

Halscia, i. Abrotonum, est herba multę amaritudinis. & nocet stomacho, & interficit vermes sua amaritudine. & calefacit in fine secũdi gradus, & desiccat in tertio.

Ascicelios, i. Seseleos, Hæc herba, & ipsius semen habet proprietatem M calefaciendi tantum, donec prouocat vrinam valida prouocatione. & cum hoc subtiliat. & ꝓp hoc cõfert epilepticis, & cuidam ęgritudini nominatæ † orthomiæ.

Scenscani, i. †Seminũ calefacit ī fine primi gradus, & in principio secundi, & humectat in tertio. Eius oleum eiusdem proprietatis existit.

Halgazar, i. Pastinaca. Ipsi⁹ sunt duæ species, scilicet domestica, & sylucstris. Sylucstris fortior existit in ꝓuocando menstrua, & vrinam. Et folia harũ ipsarũ pistata, & suppositæ

A ta vulneribus corrosiuis, sanant ipsa.

Harcaf, i. Carduus, alchi, est calidum in secundo, & siccum in tertio. Mundificat puttedinem per vrinã, si in corpore adsit, quando coquit ī vino, & datur ad bibẽdum. Et remouet fœtorem subascellarum, & qd⁹ dissoluitur ex toto corpore. Et generaliter habet resistere a tota substãtia quasi putrefactioni: & est medicina cibalis, quę dat saporem carnibus. & iccirco vtuntur eo nobiles loco melongiarum.

Allium calidum est, & siccum in

B tertio gradu.

Elmaar calidum est, & siccum in tertio gradu. occidit lũbricos in pueris, & habet absterssionem. Et ꝓpterea ponitur in collyrijs, quę habent remouere vngulam. & miscetur cũ medicinis, quæ dantur contra antiquam tussim, & asthma, & est medicina manifesta in maturãdo. Et potest esse q̃ bonitas suæ maturatiõis est, ideo quia subtiliat materiam eo modo, quo nõ relinquit siccitatem, grossitiem, nec durinem parti remanenti. Et hęc maturatio est laudabilior cęteris omnibus. quia ī hac me

C dicina nõ potest dici q̃ maturet opilãdo poros, eo quia abstergit, nec potest dici q̃ hoc faciat per similitudinem complexionis cum corpore humano: quia calidum est & siccũ in tertio gradu.

Sticados compositum est ex stypticitate cum amaritudine, & aroma ticitate. & ideo debet poni in primo gradu rerum, quę calefaciunt, & in secundo earum, quæ desiccant. Operationes suæ secundæ, & tertiæ sunt aperitiuæ, & absterssiuæ, & confortatiuæ omnium membrorum interiorum, & exteriorum. & ideo vtilior medicina est hęc contra lassitudinẽ D oĩbus alijs medicinis. iccirco qa lassitudo non est nisi defectus virtutis propter onus humorum.

Condisi, i. Hellebor⁹ alb⁹, calid⁹ est in quarto gradu, & siccus in eodem. & commouet sternutationem. & est venenum. quare non debet poni in corpore.

Storax calamita calida est in se- Storax calamita. cundo gradu, & sicca in primo. & signum huius est, quia mollificat, & curat tussim, & valet reumati, & asperitati gutturis, & pectoris. & ꝓuocat menstrua, quando bibitur, aut ex ea fit pessarium. E

Ficus. Nos fuimus locuti de eis ī eo q̃ sunt cib⁹: sed nunc dicemus in eo q̃ sunt medicinæ. Virtutem habent maturatiuam, quãdo fit ex eis emplastrum, & ꝓpriè siccæ. Et siccæ & virides habent laxare ventrem. Et decoctio ipsarum, quando multum coquuntur, assimilatur melli. Sed complexio suæ arboris est calida & subtilis, & proprie lac. & ideo dixit q̃ euellit verrucas, & laxat ventrem. & sylucstres sunt fortiores in hac re domesticis.

Selee, i. Bleta, habet virtutem bauF rachiam, & decoctio eam remouet: & est absterssiua, & mollificatiua. Et eius succus suppositus in narib⁹ dissoluit superfluitates cerebri. & in albis pl⁹ manifestatur hęc virt⁹, q̃ ī nigris: quia nigræ habent aliquantulam stypticitatem.

Halcuba, idest, Fœnum græcum, & est calidum in secundo, & siccum in primo. Et propterea habet ꝓpriã virtutem mollificãdi duritiẽ vuluę.

Tithymall⁹ est in fine caloris: & ꝓprie eius lac, & post illud semen, & post illud folia, & post illd radix.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Radix cocta in aceto remouet incõtinenti dolorem dentium, & maxie si est dens corrosus.& quando cadit in aliqua parte oris, comburit illã. &ppea necesse est,qñ volum⁹ ipsam ponere super dentes, vt alij dẽtes eir cumtegantur, quia facit cadere dentem corruptum. Lac icidit pilos, qñ superponitur.& si multones supponatur,euellit,& priuat. Valet etiam contra omnes verrucas,& oẽs fistulas.& hoc totum faciunt semina, & folia,sed debilius.

Tragacan tha. H Cathira,i. Dragagantum,virtutẽ habet conglutinatiuam. frãgit acumẽ rerum acutarum:neq, desiccat, vt alia gummi.

Alchace,i. Lactuca. Hæc herba substantiæ est humidæ cum modica frigiditate.& substantię ficeæ est syluestris,sed domestica habet substantiam aquosam. Et propter hoc maturat apostemata calida, sed nõ frãgit lapides existẽtes in renib⁹. Et ob hoc ponim⁹ ipsam in primo gradu frigiditatis, & temperatam inter humiditatem & siccitatem.

Hupuephatahalep,i. Vua vulpis, quæ in Latino noiat, Vua canina, vel Maruella, frigida est & sicca in I secundo gradu.

Haltuelep,i. Mulsa in lingua Hispana,& est viriditas inuenta super aquam,frigida &humida est in gradu tertio.

Halduchal,i. Dactylarium. Oẽs partes ipsius dactylarij stypticitatẽ habent manifestam.sed fructꝰ eius, cum est maturus,aliquam habet caliditatem.cortices vero arboris maiorem habẽt stypticitatem alijs partibus ipsius.

Heuf. ricon,i. Hypericon †melisti con, & quidam appellant hanc herbam cordialem, eo quia assimilat cordi. Calida est cum subtili substãtia.iõ prouocat vrinam: sed debem⁹ vti foliis, & nõ semine facto emplastro super combustionem ignis,sanat. Siccata vero & puluerizata posita super sordiciem sanat. Et quidã dant ipsam contra † schiaticam. † a.l. melissicon.

Halcusa,i. Hyssopum,calida est & sicca in tertio gradu, cum subtili substantia.& est ex rebꝰ magis iuuatiuis ad aperiendas oppilationes, & ad subtiliandum humores.

Lens habet frigiditatem non fortem,& est temperata inter caliditatem & frigiditatem,& est sicca in se L cundo gradu.Decoctio ipsius laxat, & medulla ipsius stringit & ideirco qui vult stringere vẽtrem, debet coquere lẽtes pluries in aqua:et,iecta ea,postmodũ ponere aliã,et strigũt.

Valeriana,vel Phu,quæ bene aromatica est,æqualis est virtuti spicæ. sed melius valet ea in rebꝰ plurib⁹, quia plus prouocat vrinam spica.

Halchetma,i. Galbanum,calidũ in principio tertij gradꝰ est, siccum i principio secundi. Hẽt virtutẽ dissolutiuam,et mollificatiuam.

Chamædrys calida est et sicca in secundo gradu.et signat hoc amari M tudo cum acumine,et prouocat mẽstrua,et incidit humores grossos, et exoppilat membra interiora.

Bescarcoton,i. psyllium, frigidũ est in secundo gradu,et medium inter siccum et humidum.

Chamæpithys calida est in secũdo,et sicca in tertio dominans in sapore ipsius est amaritudo cum acumine. Valet ictericiæ,q̃ fit ex oppilatiõe,et prouocat mẽstrua,et vrinam.

Cinis terũ cõbustarum ẽ cõpositus ex contrarijs rebus,hoc ẽ ex partibus

A tibus terrestrib⁹, et partibus propinquis naturæ fluxus: quę lotione remouẽtur, et remanet pars terrestris desiccatiua sine mordicatione. Et ei neres diuersificant fm diuersitatem terum, ex quibus fiunt.

Fumus omnis est calidus.desiccatiuus. Et q̃is fumus habeat hanc complexionem, tamẽ semp permanet in eo virtus rei, ex qua est fumꝰ. Propterea vtimur ī medicatiõe palpebrarum inuersarum fumo thuris ad generandum bonam carnem,et ad faciendum nasci pilos palpebrarum.et vtimur in medicatione ocu B lorum apostematorum propter decursum humorum. Et fumus myrrhæ est similis fumo thuris, sed fumus thuris est aliquantulum fortior. Fumus terebinthinæ est † fortior fumo picis.

De medicinis, quæ ex mineris sunt.

Cap 43

HVcusq; locuti sumus de vna parte medicinarum terrę nascentium,quę magis vsitatę sunt in arte medicinę, fm q̃ testificarum ẽ a Gal.et alijs.et compendiosẽ locuti sumꝰ, ideo quia posuimꝰ ea, quasi exempla alijs, quæ assimilantur eis C in qualitatibus supradictis, excepto in proprietatibus. Deinceps volumus loqui de medicinis, quę appropriantur mineris.

Tithinacrum,i. Terra sigillata,ẽ frigida et sicca,cum stypticitate tẽperata. Valet cõtra venenum,abscidit sputum sanguinis,et dysenteriã, quę prouenit ab intestinis, et hepate,et desiccat parua apostemata,qñ superponitur eis.

Thitarmin,i. Bolus armenus, frigidus est et siccus, fortis stypticitatis. Valet contra fluxum ventris, et sputũ sanguinis. desiccat apostema D ta pulmonis,ita q̃ indurat ap̃ata, et sic præseruat infirmum ne moriat: maxime, qñ incedit ad habitandũ regiones calidas.&valet contra ęgritudines pestilentiales.

Scedeneg,i. Lapis Hęmatithes,et dr̃ lapis sanguinis, frigidæ et siccæ complexionis existit.& confert grossitudini palpebratum. qñ est ablutus,desiccat vlcerationes oculorum.

Terra stellę,i, Talch, frigida ẽ et sicca temperatę,et ẽ minoris siccitatis aliarũ thit,i terrarũ,seu lutorũ.

Halmogra,i.Bolus,cum quo tingunt muri,seu parietes, frigidę, et siccæ complexionis existit.necat lũbricos seu vermes intestinorum.

Algetin,i.Gypsum,desiccat,et cõsolidat,et confert incisiõi arteriarũ, qñ miscetur cum albugine oui, et puluere molendini, et cum pilis leporis minutissime incisis,et ponitur super incisionem,

Harsiregaltoscar, idest Calx plũbi,et in Latino Cerussa nominat,frigida ẽ et sicca desiccat vlcera absq; mordicatione.

Almura,i.Calx viua dicitur, et ẽ calx lapidis fortis. Existit multæ calefactionis,et mortificat carnem. Et F quando abluitur plumbus vicibus cum aqua,desiccat vlcera sine mordicatione.sed hęc terra hic apũ nos non inuenitur. Sed tamen illa,cum qua nos sigillamus chartas nostras, quando abluimus ipsam,non est lõginqua ab operationibus dictarum terrarum.

Sanguis draconis frigidus ẽ,et siccꝰ. Valet cõtra grossitiem palpebrarũ: et lotus remouet maculam oculi.

Lapislazuli purgat melancholiam,et valet melancholicis.et est ve

G hementis purgationis,& timorosæ. Et dosis a drach. 5. vsq; ad. i. cū multis refrenantibus. Et puluerizat⁹ sup palpebras facit nasci pilos. quia mundificat humores calidos: eo quia abstergit,& cum eadem habet styptici tatem. & iō facit oriri pilos, quia remouet hūores calidos, & reddit membrum ad pristinam complexionē.

Lapis spongiæ frāgit lapidem solum in renibus.

Antimonium frigiditatē habet styptricitate. & confert caliditati & humiditati, quę existit in oculo, & desiccat lachrymas, & mundificat

H vlcetationes oculorum, & est habēs ꝓprietatem conforrandi oculum ī omnibus suis qualitatibus.

Lithargyrium, & in Arabico dicitur Merdasēngi, temperatum est in

Lithargyrus. ter caliditatem, & frigiditatem, & desiccat. & est in eo aliqua corrosio, & facit in eo generare carnem in vlceribus humidis.

Tutia fit in fornace, in qua deputatur ęs. Desiccat sine mordicatiōe: & maxime, qñ abluitur. & desiccat lachrymas, & abscindit materias, q̄ discurrunt ad oculos.

Climia auri, & argēti, ambæ sūt

I frigidæ & siccæ. sed auri siccior est, & magis abstersiua. Et qñ comburitur, & extinguitur, est sine mordicatione. & generat carnem immaculatam oculorū. & illa generaliter est laudabilis, quæ ascēdit ex fumo, qñ dissoluitur aurum, vel argentum.

Veffas, i. Ferrum, est vehementis siccitatis. Quando multum teritur, & infunditur in aceto pluries, vel in lacte caprino acetoso, valet contra limositatem stomachi, & contra dolorem splenis, & passionem ani, & facit nasci carnē in auribus vlceratis.

Sal fm oēm spēm calid⁹ & sicc⁹. K stypticitatē hēt cū absterſiōe. & bauech maiorem habet absterſionē: propterea plus laxat ventrem.

Carnidū. Arsenicum, vel auripigmentū, vſtiuū est. & qñ comburit, est subtili⁹. & ex eo fit compositio, quæ remouet pilos.

Albufat, i. Sulphur hēt virtutē attractiuam cum complexiōe calida, & substantia subtili. & eo resistit venenis animalium, qñ puluerizatur & spargitur loco morso, aut incorporatur cum sputo, oleo, melle, aut viſco. & curat scabiem.

Alceg, i. Vitriolum. Omnes tres L suæ spēs habēt virtutē constrictiuā cum stypticitate, & diuersificantur in subtilitate & grossicie: quia grossius est rubeum, post illud cholcotar, & post illud viride. & rubeū, & viride ē qnasi materia cholcotar: & talis ē cōparatio cholcotar ad viride. Et dicit Gal. ꝙ qñ iuit ad insulā Cādiæ, i. Romanorum, intrauit quādā mineram, & inuenit tres venas. ſ in fima vena inuenit vitrolū rubeū, & post illam cholcotar, & post illam erat viride. & hęc ordinatio locorū signat supet hoc, qđ diximus. Et rubeum est minoris mordicatiōis viridi pp grossiciē suæ substātiæ. Et rubeum, & viride non dissoluunt: quia rubeū est induratum indurationē lapidea, & viride est nimis coctum. Sed cholcotar liquefit.

Plumbum. Quod dominatur in suis partibus, est substantia frigida & humida: propterea quia frigiditas est, quæ ipsum congelauit. & ideo, quando pistatur in mortario cum aliquibus liquoribus, vel aliquibus oleis, vt oleo rosato, refrigerat. Et valet contra apostemata testi

A testiculorum, & ani, & contra cancrum: & facit cessare materias discurrētes ad aures, & pedes. Et qñ fit ex eo lamina, & ponitur sup femur, priuat coitum. sed multum lędunt instrumenta spermatis. & laminatum subtiliter, & superpositū neruo torto, & grosso dissoluit, & rectificat. Et hoc, quod dissoluit, significat ꝙ habet virtutem dissolutiuā, comparādo ipsum carni hominis: quāius dominetur super ipsius cōplexionem frigiditas.

Testa virtutem habet absterſiuā, & desiccatiuā, & proprie testa furni.

B Arsenicum rubeum, vel Auripigmentum rubeum est eiusdem virtutis alterius auripigmenti: eo ꝙ habet virtutem mollificandi.

Alfeep, i. Alumen. Hęc medicina est maxime stypticitatis. & pp hoc denominata est ī lingua Græca ab hoc. Et sunt ipsius multę species. & omnes sunt multæ grossitudinis. & qđ subtil⁹ est, est illud de Turchia.

Chalcosecaumenos, i. Æs vstū, habet intensum acumen cū stypticitate. ideo quia lauatur per remotionem partis fumosę, tunc fiūt medicinę cicatrizatiuæ. in corporibus

C & membris duris non est necessaria lotio.

Tubel, i. Lamina æris subtilis, est subtilioris substantię ęre vsto. & pp hoc ipsum in collyrijs ponimus: qa habet maiorem absterſionē & siccitatem, quām galla.

Lazacalaap, i. Cōsolidatura auri, & in Arabico dicit⁹ Cumbar, & sunt duatū specierū. Vna est ipsius venę, vel minerę: & alia fit in mortario æris, & pistello æris cum vrina pueri, tempore caloris, terendo, vel conquassando. & illud est melius, qđ fit in mortario æris rubei. Et eius vir- D tus est dissolutiua absq; graui mordicatione, & desiccat. & quod factū est, maioris est desiccationis illo, qđ est ex vena, & minoris mordicationis. & qñ comburitur quod est ex minera, est subtilius.

Zimar, i. Viride æris magnū hēt acumen, & corrodit carnem: ppea non debemus vti eo nisi in indigētia diminutionis carnis. Sed in vulneribus simplicibus non est vtendū, eo quia non consolidat, nec carnem generat.

Hucusq; diximus de mineris cōpendiosē. Sed deinceps volumus di- E cere de carne, & eius humiditate.

De Lacte, & varijs eius operationibus, secundum diuersas eius partes. Cap. 44.

LAc dulce, quod ē boni saporis, inquantum est medicina, valet cōtra discursum humorū acutorū mordentium. quia lauando membra, & adherendo eis, prohibet malorum humorum contagium, sicut facit ēt albumen oui. Et non valet lac in his, quę diximus, nisi recenter trahatur ex mammillis, si esse pōt: ideo quia recipit citius immutatio- F nem oībus alijs rebus ab aere. Similiter permutatur in distēperatis corporibus ex malis humoribus, & acescit, vel caseatur in stomacho frigido, aut fit fumosum ī stomacho calido, & replet cerebrū. Sed si corpus est mundū, nihil est conuenientius eo ad restaurandū, qđ dissolutū est ex membris cadicalibus: & proprie lac mulierū, secundo lac asinarum, & post lac caprarum. Et ideo est lac magis iuuatiuū oībus alijs reb⁹, he ēticis. & hoc est, ppea quia est materia

G tetia similis primę materię, ex qua est humiditas radicalis. & ideo nutrimentū bonum corpori existit. Et melius est illud, qđ est prope partū, i. post duos menses. Et nō habet in se operationē nutriendi, humectandi, & abstergendi: nisi quia est cōpositum ex diuersis substantijs, hoc est substantia terrestri caseata, & propter hanc stat: & substantia aerea, propter quam humectat, & nutrit: & substantia aquea declinante aliquantulū ad subtilitatem, pp quam abstergit nataram. & non solū abstergit, verum ēt laxat ventrē bona H laxatione: quia mundificat lauando superfluitates putridas, & apostemata interiora, quæ sunt sanioſa. Et quando extinguitur ferrum candens mundum ab ærugine, vel lapides marmorei in ipsum multotiē, valet contra fluxum ventris. sed ferrum est melius propter suam stypticitatem. Et ī summa omnes species lactis valēt ophthalmię oculorum, quę accidit ex reumate calido. & cōfert etiam apostematibus matricis, & ani, quæ generantur ab humoribus calidis mordentibus. Et qñ miscemus ipsum cum medicinis mitigatiuis, sicut est medicina, quę recepta est ā fornace, vbi effunditur æs, confert vlceribus cancrosis. Et hocet lac vlcerationi, vel cancerationi oris. Et gargarizatum, & retentū ī ore confert, & mitigat dolores ibi existentes, quia dolorem mitigat. & valet passioni amygdalarum, & vuluæ: quia eius substantia est mūda ab omni acumine, & mordicatiōe. & est supremū iuuamētum ei, qui bibit cantharides.

De operationibus Caſei. Cap. 45. E

CAseus vetus est calidus & siccꝰ, propter salem & coagulum. Et multum valet contra dolorem iuncturarum. Et emplastrum ex eo factum mirabilem habet virtutē maturandi apostemata dura.

De virtutibus Butyri. Cap. 46.

BVtyrum habet virtutem matu rādi. Et qđ est coctū habet maiorem virtutē ſm maturitatē, & caliditatē in corporibus duris. & hoc est pp salem, qui ponitur in eo, qñ coquitur. Et qđ nō est coctum, plus maturat apostemata, quę sunt ī radicibus aurū, & in locis mollibus. Et qñ miscetur cum melle, fit indelohoc: & confert screatibus existētibus in pectore, & pulmone.

De operationibus Coaguli. Cap. 47.

COagulum vſt est calidū & siccū, & subtile. Dissoluit sanguinē, & pinguedinem, quę coagulata sunt in stomacho. & bibitum cōstipat ventrem. & debet dari fluxui pp̄ter suam proprietatē, cui sunt occultæ suæ causæ, ideo quia hęc proprietas est certificata. si superponatur coagulum calidum super ventrem puerorum, sanat. & pōtēē qꝺ hęc operatio fit, ppea quia coagulat humores, & indurat.

De operationibus Ouorum. Cap. 48.

QVia locuti sumꝰ de his, inquātū sunt cibi, loqui volumꝰ modo de eis, inquantū sunt medicinæ. Et dicimꝰ qꝺ albugo oui gallinę ē magis mitigans alia re ī mordicationibus. Et ıō vtimur ea in doloribus oculorū, in apostematibus ani, in apostematibus inguinum. & admiscetur cū medicinis, q̄ abscindunt & dunt sanguinē, qui supfluit à pāniculis cerebri. Et vitellū est substantię albuginis simile. Et ideo facimꝰ ex toto ouo medicinā, postq̄ admiscetur oleū rosatum ad medicationē rerum supradictarū, & maxime in medicatione membrorū neruosorū, & musculorū, sicut cubitorū, & iuncturarum, digitorū manuū, & pedū, & apostematū auriū. Et Noui ponunt in hac medicatione vitellū sine albugine: quia non intendūt mitigare dolorē, nisi cū aliquātula maturatione. Et oleū vitelli est supremū iuuamen super pinguedinē anseris, & gallinę in mitigatiōe dolorū netuorū, & similiū. Et qñ coquitur ouū ſm sui totalitatē, cōfert multū contra materias putridas, q̄ discurrunt ad stomachū, & ad intestina. Et si coquitur ouū cum alijs medicinis constrictiuis ventris, multum fortificat eas. Et ouū positū super locū combustum ab aqua seruentī, multum valet. Et oua recentia cocta in aqua valent asperitati pectoris, & pulmonis. Et cortex oui tritus, & combustus subtiliter puluerizatus, & superspargius valet contra albuginem oculi.

De Fellibus. Cap. 49.

OMnia fella calida sunt & sicca. & eorū magnitudo sequit̄ calorē, & siccitatem. & eorū paucitas sequitur bonā temperantiā, & longitudinē vitæ. Et ponuntur in colyrijs, q̄ faciunt abstersionē: & proprie volucrū fella. Et est necesse eligere fella aāliū, quę non sunt infirma: & fella matrū. & qđ plus q̄ritur in medicinis, est fel galli veteris.

De vrinis. Cap. 50.

C non eſt malitia niſi quantitatiua, ſicut ſuperius dictum eſt. Et tps faciendi ſequitur virtutis fortitudo: quia fm̃ plurimum fortitudo virtutis plus eſt in principijs ęgritudinũ. Propter hoc ordinauerunt quidam fieri phlebotomiã in principijs ęgritudinum. & multi ſunt ęgrorũ, qui phlebotomiam patiũtur vſq; ad vltra ſeptimũ diem. Et ad remouendum illorũ errorẽ dicit Gal. q̃ debilitatẽ virtutis, aut fortitudinem nõ ſequitur numerus dierũ. Et quantitas phlebotomatiõis recipitur à fortitudine ęgritudinis, & à complexione, & ab ętate, & tempore anni, con D
ſuetudine, dięta, & cõdõnibus alijs. Sed bonitas virtutis, & eius malitia ſequitur malitiã complexionis, & eius bonitatem. & pp̃ hoc ponitur à Medico in vno genere. Sed euacuatio, quę ſit aperiendo oppilationes, fit incidendo humores, & ſubtiliando ipſos, & digerendo ipſos, & rectificando illud, q̃d põt rectificationẽ accipere, & expellendo illud q̃d non poteſt rectificari. & hoc fit in omnibus febribus, & maxime in illis, q̃ non ſunt incenſiuæ: & etiã in omnibus horis, ſeu tẽporibus ęgritudinis: eo q̃ materia putrida nõ rectiE
ficatur, niſi his duabus rebus, ſ. expellendo illud, q̃d rectificari nõ poteſt, & rectificando quod põt rectificari, quemadmodum fit ab hominibus volentibus putrefactioni obuiare. Et neceſſe eſt regere naturã continue in prouocando vrinam, Sed quia maior pars harum medicinarum eſt calidæ & ſiccæ complexiõis, vt eſt ſemen apij, & fœniculi, & ſimilium: & poſſibile eſt vt ex tali operatione febris augmentetur: & pp̃ hoc neceſſe eſt vt ſtranganť earum virtutes primæ cum rebus frigidis ex natura ſui adiuuantibus il F
lam operationem: & talia ſunt ſemina melonis, cucumeris, & horũ ſimilium. & ſunt etiam ex medicinis harum operationum, quæ ſunt temperatæ, vel paucæ caliditatis, quas damus febricitãtibus, ſicut capillus veneris, & endiuia, & ſimilia. Et in ſumma intelligere debemus q̃ quãdo operari volumus medicinas calidas, q̃ frãgere debemus earum virtutes. & in his prædictis medicinis inueniunť duę res, ſ. inciſio, & ſubtiliatio. Et ſcias q̃ euacuatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tio per vrinam est ex medicinis magis manifestis in febribus. Et hę medicinæ aliqñ inducunt angustiam, & inquietudinē, & corruptionē stomachi, & hepatis, & proprie in fine febrium chronicarū, & pp hoc conuenit vt eis admisceatur, ea quę habent confortare mēbra principalia, sicut bulliendo in aqua prędictarū aliquid masticbes: vel vt bibant aquam illam cum zuccharo rosato, & in his conuenit nobis magna exercere, s. in confortando, subtiliando, & incidēdo. Et si materia huius febris fuerit humor frigid⁹ & siccus,
H oportet vt abstineat ab his, s. calidis & siccis: eo q̄ ista sicca non debes quartanarijs exhibere. & si vis ei ꝓpinare, debes hoc facere, frangendo siccitatem earū cum radice liquiritiæ, & zuccharo violato. Sed qa zuccharum violatum habeat virtutem relaxatiuā, prohibere poteris cum passulis: qñ optime existunt i hoc casu, & sunt necessariæ, s. passulæ in remouendo siccitatem superfluam squinzibin, s. syrupi acetosi: eo q̄ habet mordicare membra neruosa, s. œsophagū seu meri, & stomachū, & cannam pulmonis. & aqua cicer
I nis cōfert in maiori parte febrium. Et quamuis aqua ordei sit frigida & humida, habet mundificare vias à superfluitatibus, & abstergit, & lauat vias absq; inflammatione, & est ex medicinis laudabilis valde i hoc casu. Et pp hoc squinzibin, & ordei aq̄ laudata sunt i curis febriū. Sed aqua ordei interdum ori stomachi habet inducere nocumentū, & pp hoc indiget rectificatione, s. ponēdo in rotulo dimidio aquę ordei ch. ractem vnum ex masticbe, s. pōdus quatuor granorū ordei. & hæc omnia indigent consyderatione, s. K opponendo se periculosiori, & fortiori sm plus & minus. Medicinæ .n. laudatæ in relaxatione naturæ sunt, quæ habent has secundas virtutes, s. relaxare, & qualitati febrili obuiare. & tales sunt tamarindi, & benefeg, i. violæ, & tereniabin seu manna, & medulla bathey. Sed opꝫ vt vitemus dare myrobalanos ante digestionē propter stypticitatem ipsorum. sed alubleb, i. corrigiola optima est in principio febris: quamuis aliquam habeat caliditatē. Ordo aut̄ medicinarū in mollificando naturam est, quā dicturus sum, L s. tereniabin in primo: secundo benefeg, i. viola: tertio tamarindi, postea alubleb, post medulla cucumeris saracenici, s. anguini, & postea Karsabar, s. casfia fistula, deinde myrobalani. & cōueniens est omnibus febribus vti contrariis à tota specie putredinis febrilis. Sed quia hę medicinæ prō maiori parte calidæ existunt, sicut sunt species, ideo i modica quātitate de ipsis ponere debem⁹, & frāgere debem⁹ earū virtutes primas. Sed medicinis, quæ hūc exercent operationē absq; calefactione, vti debemus in hoc loco, sicut M est vinum pomorū granatorum, & sādali albi, & rubei, & tabazir, i. spodiū. Sed i sandalis aliqua existit oppilatio, & cùm rectificata fuerit medicina, materia vtilis existit. Sed medicinæ, quæ habent infrigidare & humectare sunt diuersæ vel variæ, vel multæ sm diuersitatē & multitudinem in febrium inæquātitate calidarum, & paucitate earundē. Et ordo harum medicinarū é talis: quia primo danda est aqua ordei, & postea syrupus iulep: & é syrupus sm quosdā

A quosdam factus ex aqua rosę & zuccharo solum, sicut laudauerunt aliqui nouī. Sed propter siccitatem aq̄ rosatæ ponendum est tantundem aquæ simpheis, & plus & min⁹, sm q̄ videtur conuenire. & qui magis fortis existit, est syrup⁹ factus ex succis frigidis & humidis, sicut est succus cucurbitæ, & cucumeris saracenici, & citrulorum, & melonum: & sunt exterius coloris citrini, & interi⁹ sunt continui & albi. sed quod fortius existit, est bibere succum prædictorum absq; zuccharo: & maxime succum cucumeris saracenici, s. anB guini: eo q̄ contrariatur choleræ a tota substantia sua. Sed tempus, in quo de necessitate debemus purgare materiam peccantem cum medicina attractiua, est hora, in qua exuberat malitia humoris exeuntis in qualitate, & iām declarauimus superius. & hoc facere debemus fortī existente virtute. & tunc est certum, quando signa digestiōis apparent: qñ eo tēpore collaudatur euacuatio facta a natura, eo q̄ virtus expulsiua non mouetur ad expellendum superfluitates per viam naturalem, nisi facta digestione. & in hac arte
C imitari debemus opera naturę toto posse. Et scire debes q̄ facta digestio ne, fit descensio, & expulsio absque aliquo impedimento grossitudinis, vel viscositatis, vel oppilationis. Sed quando non apparet digestio, tunc dissensio inter Medicos reperitur: eo q̄ Gale. & maior pars Medicorum dicunt q̄ minime purgare debem⁹, nisi materia sit digesta, nisi ægritudo fuerit in vltimo acuitatis. Et hoc intelligere possumus ex dictis Hip. qñ quando ęgritudo est in vltimo acuitatis, tunc humores sunt in vltima furiositate, & non est securitas D quin descendant ad quædam membra principalia, & lædant ipsa, nisi sint euacuari in principio ęgritudinis: eo quia humores, qui acutissimi existunt, sunt subtiles: & quia ibi non est grossities, nec viscositas, quę prohibeat operationem medicinæ laxatiuæ. Et non potest inde prouenire nisi vnum solum nocumetum. quod est, quia medicinæ laxatiuæ suis qualitatibus primis augmentāt febrem. & illud potest remoueri miscendo cum eis frigida & humida, sm q̄ conuenit. Sed quando ægritudo nō est peracuta valde, sed est ge- E ta, tunc expectanda est digestio. Et scire debes q̄ ægritudines, quæ acutæ sunt in tertis Hippo. in tertis nostris peracutę sunt. & hoc manifestatur, quia Hippo. non curabat ęgritudines acutas, nisi cum aqua ordei, & melicrato. Et postq̄ ita est, ægritudines acutæ nostræ regionis, & aliarū calidarum terrarū, medicandæ sunt cum medicinis attractiuis, vel laxatiuis in principio ęgritudinis. Et in ægritudinibus peracutis pro maiori parte humores corrumpuntur circa orificiū stomachi. & pp hoc, qñ apF paret abundātia sanguinis, licet nō sit superflua: euacuare debem⁹: qñ in de magnum, puenit iuuamentū, & incontinenti quiescit valetudo ęgritudinis, nisi sit qđ ꝓhibeat ex rebus supradictis. Sed qñ ægritudines non sunt acutæ, sed sunt ex humoribus mucillaginosis & viscosis & indigestis, ipsas euacuare & purgare debemus post subtiliationē, & incisionē. & hęc est digestio eorum: alioquin non oportet cū medicina purgari. Sed ęgritudines, q̄ non sunt acutę, & sunt ex humorib⁹ subtilib⁹, sicut

Tertiana nō est acuta, prima quarta ut. i. c. 7.

Universidad de Deuso
Biblioteca

est vera tertiana, quæ non transit vltra septem periodos, dicit Auic. ꝙ expectare debem⁹ digestionem: eo ꝙ digestio humoris subtilis est eius in grossitio, & grossi est eius subtiliatio. & sicut difficile est virtuti expulsiuæ expellere humores grossos pp sui grossitiem, sic difficile est virtuti expulsiuæ expellere subtilem: quia disrumpitur, & dispergit pp sui subtilitatem. quare difficile existit naturæ expellere humores grossos, eo ꝙ oppilant meat⁹, & trāsitus: & subtiles, quia disrumpuntur, & spargun tur, & imbibuntur. tñ medicinæ laxatiuæ citius expellunt, & facili⁹ humores subtiles q̄ grossos. Et ppea q̄dam Medici dixerunt ꝙ nunquam dederunt aliquam medicinam laxatiuam ad purgandum aliquem humorem, quin cholera prius purgaretur pp sui leuitatem & subtilitatē. & adhuc magis ꝙ qñ dantur medicinæ laxatiuæ, quæ trahere, & purgare debent melācholiā, aut phlegma grossum & viscosum a proprietate & sui natura, prius illæ cædem trahunt choleram, & expellunt. Et hoc idem manifestat intellectus, ꝙ subtiles humores habiliores sunt ad purgandum, & expellēdum grossis: q̄uis hoc non sit ex operæ naturæ. qm̄ si sic faceret natura, illud quod prius exiret in ægritudinib⁹ acutis, esset cholera: eo ꝙ tales ęgritudines ꝙ maiori parte sunt ex humorib⁹ subtilibus. & quanto sunt subtiliores, tanto difficilius a natura expelluntur. Et pp hoc dicimus, ꝙ minime tardare debem⁹ in peracutis exhibere purgationes, neq; expectare ad perfectam digestionem: quia nō est tutum, quin mala qualitas prædominetur naturæ: & tunc erit mala digestio expectanda cum diffidē-

Cōtra Gal in aph. cō cocta medicari. pro eo Raf. 10. ad Almā. ca. 4. hic vero extēditur sermo ad acutas, qa loquit cōtra Auic. 10 ad Alman. c. 7. & 8. & 1. diui. c. 152 & 153. vi.

de tres rōnes Raf. cōtra Gal. 16. c. c. 2. Opinionē Gale. uide 1. aph. 22. & 21. eō. & 12. Met. med. ca. 3. & in li. de Curat. per sang. mis. & 4. de rōne uictus i acutis & 1. de Febri b⁹ ad Glau

eo. & Hali. quarto Theo. ca. 10. Idē in tellige ab his de euacuatōe febris a materia subtili nō furiosa. Op. tñ vī secūda aphor. 19. Idē prima quarti tra.

tia liberationis. Et postq̄ ita est, ꝙ purgare debes, non facias illud, nisi primo frangas suam caliditatem & siccitatem. Sed in febribus phlegmaticis, & melancholicis Rasis i principio earum purgabat. & hæc erat eius opinio omnino, s. purgare i principio febris. tñ Gale. dicit contrariū manifeste, s. ꝙ minime debemus in principio febrium melancholicarū. & illud idem dicit in epist. ad Glauconem. Et illud est, quia finis harū ægritudinum est securus, nec expectatur digestio mala: sed phlegmatica est malæ determinationis. & pp hoc necessarium existit, vt infirm⁹ euacuetur: prætereq̄ expectetur digestio perfecta. & propter hoc Medic⁹ prius scipere debet a medicinis subtiliatiuis, & incisiuis per hebdomadam vnam, quia non timemus calorem huius febris, cum sit debilis, vt magnum inferat nocumentū: & cum hoc fecerit, tunc Medicus purgare incipere debet. Et demonstratio huius est illud, quod vides fieri i apoplexia, & etiam in similib⁹ ęgritudinibus timorosis frigidis: quia incipim⁹ in talib⁹ ab euacuatione, ponendo in medicinis laxatiuis incisiua, & subtiliatiua. Et mihi vī ꝓpoſe recipiendo syrupum squinzibin per hebdomadam vnam factū ex decoctiōe radicū lilij cœlestis, & seminis apij, & liquiritiæ, quin ꝑparet hūores, & digerat, & leuiorem faciat exitum a corpore. & q̄uis tot⁹ hūor nō euacuet a corpore, tñ natura inde alleuationē suscipiet oīno. Et inde redire debes ad scidēdū, & subtiliādū p aliā hebdomadā, quēadmodū diximus: & postea purgare. quia talis operādo, hūores habiles reperiunt ad

K 2. cap. 41. ibi. Ita solutiua principiū eius. &c. 59. ibi. Ego non dico, nō dilatandum purgare in principio febrium, sed dico. &c.

L

M

A ad expellendū. Et simile hoc est homini ferenti graue pondus. quoniā quando ferre non potest ipsum, & diuidit ipsum in partes, facilius tolerat ipsas. & postq̄ natura fuerit alleuiata, tunc digestio laudabilis apparebit, & rectificabitur domino cōcedente. Et hoc melius existit valde, q̄ infirmum dimittere ęgritudini, & naturæ. s. si videbis naturā ęgritudini prævalere, tunc diætam, & regimen infirmo iubebis. & hoc in arte minime collaudatur: quoniam nisi naturæ violentiam feceris, vel adiuuando ipsam, nihil boni ei feceris,
B nisi ꝙ verba ei dederis, retinendo ipsum. Et istud idem regimen facere poteris in febribus melancholicis. & sic facimus hominibus sanis, quādo volumus ipsos purgare, s. quia ipsis digestiuum propinamus primo, ad subtiliandum humores, & vias aperiendo. sic & in ægritudinibus oportet facere. tñ in ægritudinibus maior diligentia est adhibenda, eo ꝙ earum humores difficilius recipiunt digestionem. Et hoc manifestatur in opere Gale. in labore spontaneo febri propinquo. quoniam ipse
C purgabat omnes humores faciētes hunc laborem, prætet humores viscosos mucillaginosos: eo, ꝙ omnes concordare vidētur, ꝙ tales nō sunt purgandi. Gal. autem videtur ꝙ euacuare debemus habentes hāc febrē per fricationem solum. Ego autem affirmo ꝙ climata in hoc multum sunt consyderanda propter hoc nō est danda regula generalis: quoniā mihi videtur ꝙ etiam humores viscosi, & mucillaginosi purgari possunt in his nostris regionibus: facta tamen incisiōe, & subtiliatione per longum tempus: & tunc tempus digestionis abbreuiabis, & natura in- D de alleuiabitur, & ex tunc videbis digestionem laudabilem. Et te oportet has res multories experiri: quia experientia in his rebus non modicam virtutem habere videt. Quod scripsim⁹ de hoc i hoc loco sufficiat.

De cibatione. & fricatione, & balauatione febricitantium. Cap. 10

Dico ꝙ cibus dari non deberet febricitantibus vsq; ad statū ægritudinis. & hoc, vt natura temp⁹ habeat digerendi humores faciētes ægritudinem, & ipsos expellēdi. Sed E quia virtus non est sufficiens omnibus, te oportet consyderare ęgritudines. Quoniam, si fuerit ex ęgritudinibus peracutis, cuius status est propinquus, & crisis debet esse in septimo, & natura fortis existit, tunc illā facere debes. Et si virtus debilis fuerit, nullaten⁹ facere debes. Sed si virtus mediocris fuerit, & ętas fuerit iuuentutis, cibabis ipsum aqua ordei, & mica panis, lota etiam cum aqua calida ad quātitatem vnc. ij. vel iij. ponderis. & istud est subtilius regimen in nostro climate fm consuetudinem nostram. Sed regimen an F tiquum subtilius erat, nihil dare p hebdomadam vnam. & quando volebant ingrossare, dabant aquā mel lis solum. Sed hoc ferre non possunt illi, qui sunt nostri climatis propter complexionem aeris, & consuetudinem. Sed in climate illorum corpora habent minorem resolutionem: & cum hoc bibunt vinum non in multa quantitate, & comedunt carnes porcinas, quæ duo sunt plurimi nutrimēti. Et gñaliter consyderanda est cōsuetudo. qm̄ qui cōsuetudinem sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

G comedere ter in die, non possunt p̄dicta sustinere, & maxime habētes complexiones calidas, & resolubiles. Et si cognoueris statum ęgritudinis esse longum, & virtus infirma fuerit debilis, cibandus est plus q̄ diximus in principio. & cum status appropīquabit, minuēdus erit. & totum hoc est intelligendum, forti existēte virtute. & fortitudo virtutis existit ī cōplexione forti. Sed qui habent complexiones calidas & siccas, pauci ex his famem possunt sustinere: & maxime in ęgritudinibus sibi consimilibus, & in temporibus calidis: eo q̄,
H quando talibus pati famem fecerimus, febres eorum ad incensiuas declinare faciem⁹: q̄uis debiles existāt in radice: vel ad hecticam, quia ī cōplexionibus consimilibus multiplicantur qualitates malæ sui natura, & magis, q̄n eis facim⁹ sustinere fitmem multiplicantur, & aduruntur humores. Et hora cibandi eos est in declinatione paroxismi primi, & ante principium secundi, vt natura habeat spatium digerendi humorem in tempore paroxismi. & hoc melⁱ⁹ existit, s. confortate virtutem, ne ei
I accidat accēs periculosum, cui necessarium sit cibum propinare, vt ī syncope ex resolutione. Sed si timuerimus aliquod ex his, cibabim⁹ eos in principio paroxismorum: q̄n in declinatione eos a syncope taliter liberabim⁹: quemadmodum recitat Gal. de puero, qui p̄cepto Medicorum sustinuerat famem tribus diebus. Et aliq̄n conamur cibare ipsos in medio paroxismorum. In febribus autem continuis horam cibādi eligere debemus, in qua maioris existit quietis: considerando tū consuetudinē. Et ex hoc dici meliores sunt frigidæ, s. mane, & sero. Et scias q̄ balneum in declinatione febrium collaudatur, quoniam superfluitates euacuat subtiles. In principijs vero minime, quia rigores habet prouocare, & dissoluit humores, & multiplicat oppilationes, & spargit superfluitates per corpus totum: & non est tutum quin inde proueniat apostema in aliquo principali membro. & q̄uis hūores euacuet, multiplicat tū caliditatē & siccitatem febrilem, siue fuerit ex aqua calida factū, siue ex aere calido. Et necesse est vt corpora talium non tangantur aqua
L frigida, q̄n humores efficit crudos. & pp hoc balneum fieri non debet nisi post factam declinationem, & ī febribus, quæ non sunt acutæ. Vina quoq; aromatica leuia, q̄ modicam aquam sustinere possunt, phlegmaticæ & melancholicæ exhibere possumus: sed in incensiuis a vino omnino elongare debemus. Gale. quoq; curabat febres, quæ erant ex humoribus mucillaginosis est fricatione. & hoc indiget cōsyderatione. q̄n nō est tutū, qui hūores spargantur ex fricatione p̄ totū corp⁹. Et ip
M semet p̄cipit in lib. de Conseruatiōe sanitatis q̄ ille, qui hēt lassitudinē, & corp⁹ ei⁹ fuerit plethoricū, vel plenū hūorib⁹ mucillaginosis, vt minime moneat vel exerciteē: neq; balneū intret, neq; faciat fricationē, & similia: eo q̄ fricatio nō euacuat ex hūorib⁹, nisi qui sunt subcutanei, & inter musculos: qui aūt sunt ī venis nullaten⁹ euacuari possunt, nisi cū medicinis laxatiuis. Et ēt vides q̄, si san⁹ faceret fricationē p̄ceptā ab ipso in lassitudine, s. ita magnā, de necessitate cutis aparet: eo q̄ fricatio hæc in vlumo grauitatis existit, & illis

K Balneum

12. Meth.

13. lib. 4.

10. Meth. med.

A illis maxime, qui hāc patiunt ęgritudinem, cū in lassitudine semp̄ videant eē. Iam ergo sufficiēter scripsimus, sicut nobis vī gnall cutas febriū putridarū: nūc aūt redibim⁹ ad curā vniuscuiusq; particulariter.

De cura febrium cholericarum, & primo de cura tertiana. Cap. 11

HAec febris si fuerit pura tertiana, erit secura absq; periculo: & scimus certissime q̄ natura habebit dominium super hunc humorem. Et propter hoc non debemus
B cum mouere cum medicinis attractiuis, sicut est scammonia: eo q̄ re ctificando eam quantum plus possumus, semper membris principalibus habet inducere nocumentum. & propter hoc virtutem debilitat, & auget etiam caliditatem febrilem, & siccitatem suam. & si aliud nō inducere nocumentum, nisi conamē surgendi & decumbendi, modicum non inueniretur, quia complexio ī de supercalefit, & debilitatur. Sed ap
C patente signo digestionis non est malum dare aliquam medicinā attractiuam in hunc modum, s. quia primo dare debes ea, quæ primo habent lenire materiam & humectare sicut syrupum violatum, & tamaridos: & ad reprimendum nocumentum stomachi adde aliquid ex mastiche. Et rheubarbarum in hoc loco optimum existit: q̄n reprimendo nocumentum p̄dictarū laxat.
debent vitari. Et quantitas, quam dare debes ex rheubarbaro, est a duab⁹ drach. vsq; ad tres, miscendo ei syrupum iuleb, & squinzibin, ana vnc. j. cum. v. partibus aquę frigidę: & infra diem potabis cum aqua ordei. & hoc faciendum est oī die, nisi natura moueret
D bis in die ad aſiellā, sicut conuenit. & si natura moueretur ex hac medicina vltra quantitatem, minue fm portionem ex ea. Et sumus contēti in hac febre ex infrigidatiōe & humectatione cū aqua ordei & syrupo iulep: eo q̄ hęc febris non existit intēsæ caliditatis, cum sit ex cholera naturali. Et sumus contenti oppilationes ipsius remouere cum aqua ordei & squinzibin solū, cū modica ī ea reperiatur oppilatio, & forsitan nihil. Et facta digestione si sufficit
E dare myrobalanos citrinos, bene q̄dē: sin aūt, ꝓpina infirmo ex scammonia charactes. ji. cū tātundē masticbes, & cum vnc. j. syrupi de nenufare, & vnc. ſ. syrupi malorum. Syrupus de nenufare, quia frangit qualitates ipsius scāmoniæ primas, s. eius caliditatem & siccitatem: & cū hoc confortat aromaticitate suam mēbra principalia. Et syrup⁹ pomorū, eo quia frangit eius siccitatē, & remouet nocumētū principalium mēbrorū ab ipsa. Et mastiche quia cōfortat & remouet nocumētū principaliū mēbrorū. & Medici iā ipsis vsi
F fuerūt ad occultādū malitiā scāmonię. Et si timebis debilitatē infirmi, cibabis ipm mica panis lota. Et iam testificatus est Hippoc. q̄ nisi fuerit ex errore, q̄ hęc febris nō trāsit quartā decimā diē, ēt si fortissima fuerit.

Sed si hęc febris nō fuerit ex pura cholera, sed erit ex vitellina, vel prasina, vel æruginosa, non euadit hic absq; periculo magno: & maxime q̄n fuerit ex prasina, vel æruginosa. & mihi vī impossē q̄ aliq⁹ ab æruginosa euadere posset. Et hę febres lōgos habēt paroxismos, & pessima accidua. & pp hoc ī digēt purgatiōe cum

G medicina attractiua, quam supra scripsimus, prius ablata caliditate & siccitate ipsius. Et non est malũ, vt misceas ipsi medicinæ aliquid de polypodio, quod Arabice dicitur bel beb: eo ꝙ purgat choleram aduſtã, & groſſam, & melancholiam, poſtq̃ fregeris siccitatem eius cum oleo amygdalarum dulcium. Et aperire oppilationes in hac febre proprium exiſtit, niſi fuerit excedentis caliditatis. quod ſi fuerit, tunc intendere debes ſolum ad infrigidandum, & humectandum.

H De *cura cauſi.* Cap. 12.

HAec febris eſt intenſi caloris, & prauorum accidentium, & dicitur incenſiua, & impoſſibile eſt ꝙ hæc ex cholera naturali generet. Et in iſta conueniens exiſtit purgare cum medicina attractiua a principio ipſius, & minuere ex ſanguine ſi ſigna ſanguinis apparebunt, dando ei omni die .x. aureos tamarindorum infuſorum in aqua ſimplici abſq; ſyrupo & aliqua alia re dulci. & poſt dabis ei bibere aquam ordei: & poſtea per totum diem potabis I cum aqua anguriæ. & hoc regimen proprium exiſtit omnibus febrib⁹, quæ ſunt in vltima caliditate. Et nõ dimittas aquam angurię, & aquam ſuper niuem infrigidatam: qm̃ ſi cõ uerteris hanc febrem in lentam, & chronicam, melius longe exiſtit, q̃ vt æger moriatur. Et hoc etiã dixit Abumeron Auenzoar de quodam pueto, quem ipſe medicauit, cui dabat omni die aquã anguriæ, & quotidie choleram vomebat. & tamen taliter fuit operat⁹, donec illa febris conuerſa fuit ad chronicam, & inde liberatus fuit. Et mihi videtur ꝙ aqua anguriæ longe melior exiſtit q̃ aqua in niue infrigidata in hoc caſu: eo ꝙ aqua in niue infrigidata, q̃uis ſit in vltima frigiditate, velocitet tamen recipit caliditatem. & adhuc magis: quia aqua cum ſit ſimplex, nihil reſtaurat, neq; præſtat corpori, niſi frigidam qualitatem ſolum: ſed aqua angurię reſtaurat, & addit in ſanguinem faciendo frigidã ſubſtantiam, & qualitatem. Sed quando febres erunt lentę, & longi erunt paroxiſmi, & certus eris, ꝙ non ex cholera pura erunt, ſed erit ex vitellina, quæ naturali frigidior exiſtit, L tunc ſtudere debes plus in aperiẽdo oppilationes quam in infrigidãdo, contrarium eius, quod fieri debet illa, quæ fuerit ex cholera pura: quãuis raro tales inueniantur. Et laudabiles medicinæ in hac parte ſunt, quæ habent virtutem aperitiuam abſque forti caliditate, ſicut capillus veneris, & radix apij, & ſemen fœniculi, frangendo ſiccitatem eorum cum radice liquiritiæ, & caliditatem cum violis, & flore nenufaris, & ſeminibus communibus. Et ſtudeas ponere in medicinis res, M quæ habent membra principalia confortare, ſicut eſt maſtiche, & ſpica nardi, componendo iſta cum ſyrupo ſquinzibin. Et eſto ſtudioſus ponere in medicinis ſolutiuis, quæ habent cholerã euacuare cum quantitate phlegmatis: ſicut eſt ſemen bruſcandoli, ideſt, ſemen cartami, frangendo tamen caliditatem & ſiccitatem eorum. Et hęc eſt cura omnium febrium cholericarum.

A De *cura febris phlegmaticæ.* Cap. 13

HAec febris cũ fuerit ex phlegmate ſimplici & naturali, & de hoc fueris certus, time ſtudioſus eſſe debes tu incidendo humores, & in ſubtiliando, & oppilationes aperiendo, pluſquam in infrigidando & humectando. & ſufficit tibi in hac intentione ſquinzibin cum iure cicerum, occultando ſiccitatem eorum cum radice liquiritię. & adde huic compoſitioni aliquid ex ſpica & maſtiche, quoniam in hac febre ſtomachus debilis reperitur. Et conuenien B tior operatio in principio huius febris eſt lenire naturam cum ſemine cartami, & ſemine vrticarum, fracta ſiccitate eorum prius cum terenabin. Et ſeruato hoc regimĩe per hebdomadam vnam, ppinabis eis medicinam laxatiuam, quæ habeat illum humorem euacuare. Et melior illarum medicinarum eſt turbith: quia à proprietate habet trahere, & expellere humiditatem, quæ in ore ſtomachi eſt. & agaricum etiam cũ eo: quia eradicat humorẽ groſſum, & aperit oppilationes. & ſi addideris C aliud ex hiera picra, nõ eſt malum, confidendo magis in agarico, & turbith: & aliquando occultando, & frãgendo ſiccitatem eorum cum oleo amygdalarum dulcium. Collocynthidem autem in tuis medicinis euitabis ponere quantum plus poteris. Et ſi apparuerit tibi ꝙ humor ſit tãræ duritiei, ꝙ non poſſit euacuari abſq; ea, adde ex ea aliquid in prædicta compoſitione, occultando malitiam eius cum eachina (& credo ꝙ ſit tragacantha) & cum amygdalis. & doſis eius eſt media pars aurei. Et tales purgandi ſunt bis: qm̃ in vna vice non poſſunt purgari pp̃ groſſiD tiem humoris. Et hoc nõ facias, niſi virt⁹ fuerit fortis, cõſyderatis alijs cõditionibus ſupradictis. Medicina vero facta ex turbith in prĩcipio huius febris nõ eſt mala. Cibus vero in principio hui⁹ febris ſit pulla parua ſecure: eo ꝙ ſtatus eius non eſt minor trium ſeptimanarum: & eſt poſſibile vt ipſa duret vſq; ad quadraginta dies, & vltra. Raſis autem dicit ꝙ tranſacta ſeptimana quarta non eſt malũ infirmo exhibere trochiſcos de roſis completos cũ aqua cicerum: eo ꝙ hãc febrem patientes in fine leuiter deueniunt ad debiliE tem ſtomachi & hepatis, & cadunt de facili in hydropem. Et ego meo tempore vidi quoſdam habentes febres chronicas, quib⁹ Medici noſtri propinabãt eis ſyrupum ſquĩzibin ſolum, & ceciderunt in hydropem, & mortui ſunt. Et quod dico de trochiſcis de roſis in hoc loco, non dico niſi eã exempli & ſimilitudinis, tñ tu debes dare ex ſimilibus medicinis ſm plus & minus, prout tibi melius videbitur conuenire. Etiam qd̃ ſimile huic ĩtẽtioni repit, eſt zucharũ roſatũ, ſterq̃ frigiditati magis vt̃ punere q̃ trochiſci dicti. Et ſi F videbit tibi cõueniẽs miſcere cũ iure cicerũ ſyrupũ ſquĩzibĩ facit illd. Et ſi ĩflatio ĩ pedib⁹, aut ĩ palpebris apparebit tibi, caueas a ſyrupo ſquĩzibin: qm̃ hẽt pducere ad hydropẽ, quẽadmodũ dixim⁹. In febrib⁹ vero phlematicis, nõ recipiẽtib⁹ digeſtionẽ, quorũ facies & vẽter tumeſcũt, & calores eorum plũbei videbunt, Gale. vt̃ ꝙ tales ſunt euacuandi per fricationem, donec vigilant, diuidẽdo tempus eorum, ita ꝙ dimidium tempus eorum ſit fricando, & dimi

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dium sit dormiendo. Et dabim⁹ ei bibere aquam mellis cū hyssopo, & liquiritia. Sed Gal. potabat eos aqua ordei. sed eam ego non laudo. hoc casu: eo quia nocet stomacho, & facit horripilationem, nisi cum ea fuerit parū mastiches, & piperis, & radicum feniculi. Et non debemus eos diu dimittere absq; cibo, quia inde recipiunt nocumentum: quis leuiter pati famem possint. qm̄ qñ iste humor mucillaginosus multiplicat⁹ in corpore, talis humor cum difficultate maxima potest ad sanguinē conuerti. & propter hoc virtutes eo-
H rum debilitātur, donec ad syncopē habent peruenire, & ideo eis dare debemus micam panis lotam cum aqua mellis, vel cum vino aromatico. Et hic est modus fricationis, qui ꝓceptus est a Gal. in hoc casu. ſ. ꝙ habere debes gausapia aliquantulū grossū & vetusta. & in primis incipere debes a superiori crurium, descendēdo inferius ad pedes. & postea frica genua, & postea superiora coxarum, descendendo ad genua & postea incipies fricationem ab humeris, vel spatulis, descendendo per bra-
I chia ad manus. deinde fricabis dorsum, incipiendo a summitate eius, veniendo vsq; ad pedes. & sic fiat p totum diem. Et si infirmus senserit lassitudinē, inunge eum oleo nō habēte stypticitatē, sicut oleum chamęmillinum, & anethinum, qm̄ est bonum. Et dicit Gale. ꝙ postea abstergere debes oleum, eo ꝙ angustiam præstat. & hoc est, quod Gal. vī dicere de hui⁹ ægritudinis regimine. Et quia ī hac febre accūs syncop-e consueuit ꝓuenire, iō memorat⁹ ero ei⁹ curam, vbi tractabo de curis accīdentium, obmittendo eorum causas.

K

De cura febris Quartanæ. Cap. 14

ILlud autem, quo plus indigem⁹ in hac febre, est aperire, incidere, & subtiliare. & modicum in ipsa indigemus fricatione, infrigidatione, humectatione, quasi nihil. Et cura huius febris quasi contraria existit curę causę: eo quod in causis attendimus ad febrem solum, & in hac causæ. Et propter hoc eligere debemus medicinas incisiuas, subtiliatiuas, & spleni appropriatas, sicut radix capparis, & scolopendrium, & L
tamarix: eo quōd istud membrum potens est ferre medicinas fortes, & apertiuas absque nocumento. Et potes conficere has medicinas cum syrupo. squinzibin facto ex vna pars. Et oportet in principio te euacuare materiam cum bellbeg, idest polypodio, extracta virtute eius in iure galli veteris, & oleo amygdalarum. Et si uis digestionem expectare in hac febre, potes facere propter ipsius modicum periculum, quod ferre potest. Et si vis purgare ante perfectam digestionem, poteris facere, facta incisiōe cum syrupo prędicto per duas septimanas, vel tres. M

Et medicinę, quę habent trahere hunc humorem, & purgare, sunt iam manifestę, & etiam habent gradus. & quę in primo gradu reperiū tur sunt myrobalani indi, & emblici, & postea polypodium. & tales sunt, qui dimittunt myrobalanos propter eorum stypticitatem. Et post polypodium est epithymum.

Et operatio istius fortior est operatione polypodij, & maiorem corpori infert angustiam. & hac de causa indiget occultatione illarum dua-

A duarum rerum, scilicet remittendo ipsius qualitates primas, & eius remittendo malitiam. Et pp hoc non est malū miscere isti medicinę medicinam, quæ faciat ipsam velociter festinare, sicut ponendo cū prędicta medicina Karacta duo scamonię vel tria cū tertia parte vnius auri de maiorana. & hoc non facimus cā expellendi ipsum humorē, sed pp debilitatem & tarditatē ipsarum medicinarū ordinamus dictā additionem, vt recipiat inde principiū expellendi. Post epithymum est
B lapis lazuli. Sed ab elleboro nigro cauere debes toto posse. Completa autē digestione huius febris, à Gal. theriaca collaudatur. & ante digestionē recepta, posset ipsam ad causum conuertere. Sed si tempus fuerit frigidum, & ætas senectutis existeret, diatrion pipereon facta digestione mirabiliter confert: & maxime in frigidis regiōibus. Et indiges in hac febre circa splenem studere, ſ. emplastrando ipsum cum rebus remouentibus ipsius tumorē ei⁹, & diuinem resoluentibus: quemadmodum in cholerica sollicīti eē debemus circa hepar, & in phlegmati
C cis in orificio stomachi. qm̄ membrum istud, ī quo maxime talis humor putrefit, & ardet, sicut ignis, in hac febre melancholica est splen: & in cholericis est hepar: maxime continuas ex cholera patientibus: & in phlegmaticis circa stomachū existit, quare in istis tribus generibus febrīū conueniens est dicta mēbra cōfortare, & humorē digerere, & tectificare. Et si cognoueris in prędictis sanguinē exuberare in principio, eos minuere debes. In phlegmatica vero mihi videtur ꝙ cum umo re magno phlebotomia sit faciēda, D
quia in ea multa quantitas humorū crudorum reperitur. In febre autem acuta, quę dī mutabecca, & in latino synocha vocatur, scire debes ꝙ qñ putredo pręualuerit, tunc purgatio existit melior phlebotomia. & si quātitas sanguinis plus ipsa putredine reperitur, tūc melius ē phlebotomare, q̄ purgare. Et sic iam finitus est tractatus omnium febrium putridarum, generaliter & specialiter. Et postquam curas simplicium cognoueris perfecte, ex ipsis scire debes leuiter curas cōpositarū, velut hemitritæorum, & suarum similiū. E

De cura febris Hecticæ. Cap. 15.

NVnc aūt mihi remanet de hectica determinare. Hęc febris cū sit de mala complexiōe sine materia calida & sicca, ideo intentio curationis vna existit, ſ. infrigidare & humectare: & plus indigemus ī hac humectatiōe q̄ infrigidatione. quare infrigidare debes & humectare cum oībus rebus, quibus potes. Et hoc dupliciter fieri potest: vno mō cum rebus intrinsecis: & alio cū extrinsecis, sicut cū balneo, vnctionibus, & emplastris. Hæc quidem fe- F
bris tres gradus habere vī, qui variātur fm plus & minus. quorū quidē primus leuiter curari pōt secundus difficilis existit: tertius vero minime curari potest. Et cura quidē primi gradus, & secundi eadē existit, nisi quia diuersificatur fm plus & minus. Cibus aūt, qui maxime conuenit in hac ægritudine, est lac. & melius ex eo est lac mulieris. & post ipsum est lac asinæ. & post illud ē lac caprę. Et est necesse ea, à quibus recipitur lac, nutrire cibis optimis fm

suam

Universidad de Deusto
Biblioteca

G suã naturã, & facientibus digestionem laudabilẽ. Et ipsum in ieiunio dare debemus in ea quantitate, qua digeri possit. Et conuenit tibi studere, vt bene digerat: eo q̃ lac ī stomacho de facili caseari cõsueuit. quare incipere debes á modico, dando ei primo vnz. i. & sic addendo, donec deueniας ad dimidiũ rotulũ. Aqua quidẽ ordei eis magnam habet necessitatẽ. & quamuis corpora eorũ maiori indigent nutrimento cæteris corporibus, ideo quia virtus eorum nutritiua debilis existit, conueniens est, studium adhibere in præ-
H bendo eis cibaria digestibilia, & boni chymi. Quare de carnibus laudabiliores, quę eis existunt, sunt pullę gallinarũ, quæ nutritæ sunt ex frumento. & vitellum ouí similiter eis est optimũ nutrimentum. capones nutriti ex amygdalis & frumẽto eis collaudantur optime. Et si in corpo ribus eorũ calor fortis reperitur, nõ est malum eis propinare aliquid ex olerib⁹ aliquibus frigidis. & quę ex eis magis laudabiliores existũt, sunt lactucæ, quia somnum prouocant: & ipsi indigent ipso plus cæteris ho minibus. & quia virtutes eorũ sunt
I debiles, ideo cibaria eorũ debemus dimidere in vicibus pluribus, sicut ī sequenti dicturi sumus. Sed in balneando eos debemus magnã habere consyderationem: eo q̃ isti non videntur habere necessitatẽ calefaciendi, resoluendi, nec euacuandi. quid. n. proficies ex infrigidatione accidẽtali acquisita ex balneo, cum humores inde euacuẽt? & hoc nõ confert nisi in mala cõplexione materiali. Et postq̃ ita est, mihi vẽ q̃ ipsi nõ indigeant aliquo ex aere balnei. & quãuis aqua calida hẽat humectare, cũ hoc tñ facit resolutio- K
nem. Sed balneũ aquę frigidę mihi vẽ esse melius, si possit ipsum cõueniẽter sustinere. Et scias q̃ Galen. 10. Meth.
manifeste dicit q̃ ipsi non indigent balneo, nisi cã præparationis suorũ corporum, vt aquam frigidã valeãt sustinere, cum qua balneari debent in fine balnei. Et balneũ sm ipsum taliter debet præparari, s.q̃ infirmũ ferre debemus cum lecto suo ibi. & cũ fuerit ī camera prima ipsius balnei, extẽdere debemus plumarium parũ, & cum superponere ibi debemus. & si illa prima camera tepida esse reperitur, ibi eũ á pannis expo- L
hare debes. & ordinare debes q̃ á quatuor hoĩbus capiẽdo á quatuor angulis plumarij feratur ad cameram secundam, & ibi ipsum reponant nudũ. sed tẽperantia camerarũ balnei vna alteri comparari debet, s.q̃ eadem proportio esse debet secũdæ ad tertiã, quæ primæ ad secundam. Et cũ fuerit in camera secũda, inungi debet o'eo tepido. & postea ponẽ dus est in camera tertia: & ibi ponẽ dus est in balneo, vel tina, aut pila: qđ idem est. Et in vnaquaq; camerarũ tantũ morari debet, quantum M
ipse infirmus posset incedere suaui ter ab vno capite earum ad aliud. Et ex tunc ipse infirmus debet poni in balneo, vel tina seu pila aquę tepidæ plena, & illic morari debet tẽperatẽ. & postea balneandus ẽ aqua frigida. & istud est regimen, qđ aperuit Gal. in hoc casu de balneo. Sed Rasis tenuit vẽ, q̃ tales infirmi non indigeant nisi balneatione aquę tepidæ. Sed quia impossibile est vt tales, qñ expoliantur, vt eis non eueniant horripilationes, & specialiter in exitu ab aqua calida: ideo necesse

Opinio Aue. ẽ balnei administratione.

A sit est vt tina vel balneum eorum fit in camera temperata, q̃ nõ excedat in caliditate vel frigiditate. & aqua similiter temperata esse debet. & sic videtur ei, vt inde aliqđ iuuamentũ recipere debeant. Sed iuuamẽtum appositionis fæcis picis est, eo q̃ vir tus istorũ attractiua debilis esse reperitur. & propter hoc ponẽdi sunt primo in aquam calidã: eo q̃ in illa principiũ attractionis esse reperi tur: & in eadem tñ morari debẽt, quousq; mẽbra eorũ vndiq, tumefiere videant, & poni per totum aperiantur: & deinde pix est apponẽda.
B & hęc omnia recitat Gal. vbi loquitur de cura malitię complexiõis ca-
Meth. lidę & siccæ stomachi. Abumeron Auenzoar aũt velle vẽ q̃, nos eis in tina aquę tepidæ solum ponere debemus absq; intratione stuphæ. & in exitu tinæ propinãdũ est eis lac. & cũ digestum fuerit, iterum ponẽdi sunt in tina: & postea dabis eis aquam ordei. & facta digestione ip sius dabis eis micã panis lotam cũ rebus prædictis. Sed ex rebus, quæ exteris fiunt, sunt balneum, & balneatio sm q̃ diximus, & etiam aer.
C Quòd si fuerit calidus, debemus eũ infrigidare, abstergendo domũ, & substernendo in ipsã folia frigida, sicut sunt rosæ, & folia salicis, & flores nenufaris, & folia vitis cum suis floribus: studendo vel ingeniando, vt aqua frigida á superioribus ad ĩferiora descendat: Et vt domus sepientionalis existat. Et q̃ ille fenestræ sint apertæ, vnde Sol minime possit penetrare: & illæ claudantur, vnde potest intrare. Et quando aer fuerit frigidus, non indigebunt prædictis, nisi vt ipsum trahant, sicut est: & maxime quando princi- D
pium malæ complexionis fuerit á stomacho, vel á pectore, vel ab intestino ieiuno, vel á renibus, & ab istis ipsa mala complexio deinde deriuatur. & possibile est etiam q̃ illa mala complexio incipiat á corde, & inde ad prædicta, & ad totum corpus deriuetur. Quare studere debes ad sciendũ, vnde habeat prouenire febris ipsa. & cũ sciueris membrum, á quo primo procedit hæc mala qualitas febrilis, studeas ipsum infrigidare, & humectare absq; trahendo ipsum á sua naturali complexione: & specialiter, si membrũ fuerit maximi iuuamenti. Et emplastra con- E
ueniẽtia his membris sunt emplastra facta cũ rosis, & sãdalis, & herbis frigidis aromaticis, vel cum cera, sicut dicit Gal. Et cum infrigidare volueris pricipalia, addas aromatica, & stypica. Et istud est regimen hecticæ, cum fuerit in vltimo. sed quando fuerit in principio, cum leuioribus curari potest.

De Syncope, eius causis, & curatione.

Cap. 16.

ET postq̃ locuti sumus de febribus absq; accidentibus, prohibentibus curatiões earũ, nũc tractare volumus de febribus secũ hñtib⁹ F
accñtia. Dicam⁹ ergo q̃ ista accidẽtia gñaliter prouenium ex omni re dissoluente virtutẽ: & hæc resolutio syncope nominatur, & ꝓuenit necessario á mala cõplexiõe cordis calida, vel frigida. Complexio aũt mala calida aut ꝓuenit ex rebus extrĩsecis, sicut ex aere calido, vt sępe cõtingit diu moranti in balneo calido: aut ex rebus intrinsecis, sicut ex mala cõplexiõe totius calida corporis, vt cõtingit in causo. Frigida vero cõtingit aut ex rebus extrinsecis,

sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sicut accidit ambulantibus per loca frigidissima: aut ex cõplexione frigida membrorũ intrinseca plurimi iuuamenti, sicut accidit ex ore stomachi, & ex suffocatione matricis: aut ex mala cõplexione totius corporis frigida, vt contingit in febribus putridis, quæ fiunt ex humoribus grossis & viscosis & mucillaginosis. Et hæc cõplexio frigida quãdoq; acquirit' ex superflua euacuatione diminuente caloré naturalé. qm̃ qñ calor naturalis superfluæ diminuitur, impossé est vt possit regere corpus: & omnes operationes frigidiores debito existunt. quare proH uenit syncope. Non dico tñ, q̃ ipsamet diminutio quantitatis inducat syncopen: sed inæqualitas qualitatum, eo q̃ cuiuslibet generabilis & corruptibilis cã est proportio quatuor qualitatum, s. caliditatis, frigiditatis, humiditatis, & siccitatis: quemadmodum in libris naturalibus declarauimus. Species aũt euacuationum, quę aliq̃n præabundare consueuerunt, sunt sicut supfluus fluxus ventris, & vomitus, & superfluus fluxus sanguinis nariũ, & hęI morrhoidarũ, & aliorum membrorũ, & in mulieribus superfluus fluxus menstruorum, & ẽt qñ in partu superfluæ exuberant. Et potest ẽt syncope prouenire ex ruptura seu crepatura, vel ex apertura magni apostematis subito. Et vigiliæ similiter hoc facere possunt. Et ẽt accidẽtia animæ, sicut excedens gaudiũ, & tristitia. qm̃ hæc faciunt spiritus exhalare, superflue dilatãdo, & constringendo: & inde in substãtia mẽbrorũ anhelitus spiritus malam acquirit complexionẽ. Et ẽt fortis dolor est vna ex rebus, quæ ducunt ad syncopen. & hoc accidit aut ex mala complexiõe acquisita ex dolore, aut superfluitate motus virtutis expulsiuæ faciens dolorẽ, sicut dicit Gale. Hæc autem, quæ dicta sunt, sunt omnia accidentia, quę habent syncopen facere, & promouere. Et summarie scire debes, q̃ qñ syncope fuerit cum febre, studendũ est tunc in remouendo, & rectificando, seu curando syncopen: quamuis contrariũ febris videatur. Et nos dicturi sumus modum eius, cum ipsius curam tractabimus. Et nunc incipere intendimus tractare de syncope procedente ex cã humorũ crudorũ. L Dicimus itaq; q̃ curatio huius est regimen prædictum in curatiõe harum febrium. quare si ex negligentia, vel defectu ipsius in syncopen ciderint, iuuabimus eos in primis, p pinando cibum, ẽt si in medio fuerint paroxismi: quamuis nostrę intentioni contrariũ videatur, cũ intendamus q̃ natura ægritudini debeat prævalere. & in hoc casu nihil vino melius reperitur. Quare dico q̃ quãuis vinum Sarracenis bibere licitũ non sit, tñ in hoc loco ita licitum esse vr̃ vinum bibere, quemadM modũ eis licitũ ẽ comedere carnes morticinas, s. q̃ per se morit̃ur, vel suffocantur habẽtibus necessitatẽ. quare licere debemus eis dare micam panis infusam vino. Et vinũ, quod melius reperitur, est aromatic ũ: cuius caliditas penetrare potest p totum corpus, qd sit sine amaritudine, & stypticitate: & est illud vinũ, qd est vinosum, pungitiuum in prĩcipio, & post delectabile sine aliqua amaritudine, & ponticitate. Et mihi nõ placent vina in nostris partibus assueta, sicut sunt vina picis: ideo

A ideo quia sunt vina medicinalia, & non nutritiua, & nocent principalibus membris sua siccitate, & acuitate. Diamusc ũ autem in talibus propinatum cũ vino non nocet. Et in principio syncopes rorare faciem, & aspergere cũ aqua rosata, vel sãltẽ cõuenit̃ens est cum frigida. Et si syncopizans habuerit apostema hepatis, vel stomachi, vel similium membrorũ, non speres eũ curare cũ exhibitione cibi: quia cibus plus multiplicat apostema, q̃ fortificet virtutẽ. Et ficate extrema ĩ hora syncopes conueniens existit. Illis vero, q̃bus B prouenit syncope ex caliditate vel acumine renum, qd scire poteris ex signis dictis ab Hipp. quæ sunt nares acutæ, oculi concaui, tẽpora plana, & similia: cura illorũ est cõtraria suprædictę: quia ad cõsetuationem illorũ non indigemus abstinẽtia cibi, nec respicere diem ẽriticã, neq; statũ ægritudinis aliquo mõ. Et ex cibis conuenientionibus omnibus est mica panis, vel K ist ordei cum granis granatorum: quia in granis granatorũ proprietas reperitur resistendi putrefactioni, & vt cibus ĩfumositates malas conuerti C minime possit. & ex cibis ẽt, qui ipsos habent confortare, sunt vitella ouorum, & testiculi gallorũ, & pullæ paruæ. Et si syncope fuerit ex errore cibi, cibandus est ex pane infuso in vino: & sit vinum aquosum, lene, odoriferum, album: sicut dicit Hipp. & lymphatum sit cum aqua frigida. Quod si syncope prouenit ex humoribus viscosis mucillaginosis, vinum lymphatum eẽ debet cũ aqua calida: qm̃ aqua frigida illis magnum infert nocumentũ. Et tu scis q̃ syrupus pomorum, & cydoniorum cũ medicinis muscatis cõD ferunt syncopę, sed non iuuamento vini: quia natura necessitatio dominari debet super ipsas ad ipsarũ conuersionem. Vinum aũt digestiõi citius præparatur omnibus alijs cibis & medicinis: ita q̃ dicitur q̃ in stomacho non moratur ad digerendũ nisi in hepate solũ, & in talibus tantum indigemus restauratione & nutritione. q̃ si inueniri posset aliqd, qd nutrire posset absq; digestione, illud melius exteris diceretur, & vtilius pp eorum debilitatem, & quia intendimus ipsos citius iuuare, q̃ esse põt. Aer aũt, in quo infirmus E iuuari debet, frigidus est stypticus debet esse. & generaliter tibi necessariũ existit, vt talibus ordines omnia, q̃ habent resolutioni obuiare: & emplastrando sup ventres eorũ, & stomachos res stypticas & aromaticas. & si calor in talibus esse foris reperitur, propinabis eis res stypticas, & aromaticas. Et habent syncopen cã apostematis aliquorũ membrorũ principalium, nullatenus de ipsius liberatione cõfidere debem⁹.

De syncope prouenient̃e causa Stomachi. Cap. 17. F

SYncope quidẽ ex stomacho p̃cedens, si ex cholera, quę in ore stomachi abundauerit, fuerit, ĩ primis vomitum prouocare debemus, ponendo pennã eis in ore. & si cum hoc eijcere non poterit, naturã tũc mollificare debes. Et Gal. vr̃ vt talibus in hoc casu oleum tepidũ dare debeamus. qm̃ si vomitum nõ habuerit ab eo, sãltem natura mollifi cabitur inde. Sed quia hę medicinę, quæ habent vomitũ prouocare, de sui natura est, & proprietate stimulare

G lare virtutem plus eo, qđ facit humor efficiens ſyncopen, & addit in eadem ægritudine: & pp hoc dico q̃ longe melius eſt confortare eorũ ſtomachos cum maſtiche, & ſpica nardi, & ſucco cydonioro, & foliorũ vitis. quia taliter virtus eorũ expulſiua confortatur, & humorem expellit. & ſi vomitus à ſe prouenerit in hoc caſu, valde laudabilis exiſtit. In ſyncope quidem facta ab humorib⁹ frigidis dabis de electuario diatrion pipereon, ſtudendo extrahere humores, quemadmodũ dicturus ſum in curis cuiuſq; membri.

H De *ſyncope accidẽte cã Doloris. Ca.* 18.

Dico q̃ ſi potes remouere dolorem remouẽdo cauſas ipſius, non intendas curare cum rebus exiſtentibus contrarijs ægritudini. & hanc curã inuenies ĩ curis malę cõplexionis, quę accidit in vnoquoq; membro: eo q̃ dolor aliqñ procedit à mala cõplexione calida vel frigida, materiali vel non materiali: & accidit aliqñ à mala complexiõe ſicca abſq; materia, ſicut accidit dolor in ſpaſmo ſicco. Sed qñ dolor in tantũ fortificatur, q̃ nõ eſt tempus expectandi, tũc curare debemus ẽt cum rebus augmentantibus cãm,

I ſ. ſtupefaciendo membrum doloro ſum. & hæc cura non confert niſi p accidens, ſ. priuando ſenſum illius membri, ĩ quo mala complexio repetitur cauſa humoris ibi exiſtẽtis. & inde diminuitur motus eius expulſiuus, ſ. eius virtus expulſiua, abſque tñ reſolutione ſpirituũ aliqua. Qñ aũt ſenſus ſuperfluus mẽbri eẽ reperitur, tũc certiſſime ſuperfluitas reſolutionis ſpirituum reperitur. Et qñ facimus hãc ſpeciem curationis in doloribus cã frigida prouenientibus in fine, tunc ſequitur magnã K nocumentum. Sed ſi cã fuerit calida, tunc non tñ ſequitur nocumentũ. Neq; operari debes illam curam in cã frigida, niſi cum infirmus ĩ articulo mortis eſſe reperitur cã doloris. Et ex hmõi medicinis, quę ĩ hoc caſu magnam habent proprietatẽ, eſt philonium. & eſt rationabile pp opium receptum in ipſo. Et hęc cura gñaliter in oĩbus doloribus acutiſſimis operatur. & in quibus magis neceſſaria exiſtit, eſt in dolorib⁹ oculorum, auris, & dentium, & inteſtinorũ. Et Gal. præcipit q̃ minime exercere debes hanc curã, niſi poſtq̃ L prognoſticatus fueris infirmo, q̃ in fine ex ea læſionem habere debet. tñ conari debes in remittendo nocumentũ, qđ ex eo cognoueris eſſe futurum. & in partibus noſtris, qñ volunt opium operari, non faciunt niſi miſcendo cum alijs medicinis, ſicut eſt in philonio. Et melius philonium eſt illud, quod non eſt vetuſtũ ſuperflue: quia in eo virtus opij ẽ cõſumpta: nõ recẽs nimis, qa ĩ eo virtus opij ſupflue abũdare reperit. Cura vero cũ theriaca ĩ dolorib⁹ remouẽdis eſt cura cauſæ remotiõis: M quemadmodum faciunt illa, q̃ habent remouere malã complexionẽ faciẽtem dolorẽ. & propter hoc in illo caſu opus theriacæ laudabilius exiſtit opere philonij. Et cũ voluerit remouere dolorem, remouendo cãm ipſius, conſyderare prius debes quis humor eſt in cauſa. qñ ſi ex humore calido fuerit: ſicut dicit Gale. de illo, qui patiebatur doloré ventris, & extimabatur q̃ cã illius eſſet ex humoribus frigidis, ſicut pro maiori parte accidere cõſueuit: & qñcunq; dabantur ei calida per os, aut clyſteria

A clyſteria ponebantur, dolor in eo ſp augmentabatur: & ſic cognitum q̃ dolor erat ex humore calido choleneo imbibito ĩ pelliculis inteſtinorum, & tunc cibatus fuit cibis nõ facilis conuerſionis, & bis eidem propinata fuit medicina facta cũ oleo, & ſic fuit liberat⁹ ab ipſo. Sed ſi fuerit dolor ex humoribus frigidis, tũc curabis eum euacuando humorem dictũ, ſicut fecit Gal. in ſeipſo cum clyſteri, cum extraxit humorem vitreum, & ĩde liberatus fuit. Et qñq; ẽt fit dolor cauſa ventoſitatis fumoſæ, quæ reſoluitur ex corpore ipſius

B humoris. & talis dolor nõ eſt curandus cũ medicinis vltimę caliditatis: eo q̃ quamuis reſoluant ipſam, faciunt oriri iterum ex ipſo humore aliam fumoſitatẽ. quare cura iſtius doloris eſſe debet cũ medicinis modicæ caliditatis, & q̃ cũ hoc habeãt virtutem digerendi. & theriaca etiã in hoc caſu magni exiſtit iuuamenti. Hucuſq; iam elongatus ſum ab intentione materię: eo q̃ curam remotionis cauſę memoratus ero, cũ tractabo de curis remotionum accidentium: & nunc redire intẽdo ad

C illud, qđ prætermiſi de mea pręſcripta intentione ſuperius. Dico ergo q̃ in doloribus aliqñ fiunt localia remedia: ſicut cum pinguedine anſeris, & gallinæ, & anatis. & aliquãdo fiunt cum embrocatione aquæ calidæ, & olei, & ponendo eos ĩ balneo, & cum his ſimilibus. In doloribus vero factis ex vaporibus calidis ſolum apponim⁹ ventoſas cũ igne. & hoc tandiu eſt faciendum, donec Medicus tempus vel ſpatium hẽat cauſam remouendi: eo q̃ maior pars illorũ dolorum, qui ex ventoſis remouentur, redire cõſueuerũt: niſi Medic⁹ tẽporis ſpatij fuerit ſtu D dioſus ad remotionẽ ipſius cãę. qa vix eſſe poterit, quin error cadat in regimine ipſius infirmi: & inde videbitur recidiuare. & ſic tõnabiliter eſſe debet, quoniam vapores iſtius humoris ſemp faciunt paroxiſmũ, donec ex toto ſit reſolutus, vel ex toto euacuatus.

De *ſyncope proueniente ex ſuperflua Euacuatione. Cap.* 19.

SCias q̃ cura iſti⁹ ſyncopes fit pluribus modis. Primus eſt vel fit, trahendo materiam ad partẽ oppoſitã. Secundus fit, confortãdo illud membrum, vnde fluit materia, ne E ipſam ſuperflue ſpargere poſſit. Tertius modus fit, ſtringendo vias, vnde fluũt humores ad locum. Quartus modus fit, impediẽdo virtutem expulſiuam, qñ ſuperflue expellit: ſicut fit in illa paſſione, quæ cholerica nominatur, & in Arabico dicit⁹ almayda, in qua vomitus & ſeceſſus ſimul fiunt, quæ curatur ſtringẽdo, & ligando crura, & brachia, & ponẽdo eos in balneo: & cum hoc ẽt in eadẽ neceſſitatẽ habemus ponendi ſtyptica intus, & extra. Sed qa balneũ ſuperflue habet ſoluere, & euacuare, iõ cum timore magno ta F les in balneo ponendi ſunt, ẽt exhibendo eis ſtyptica. & ẽt de iſtis adhuc locuti erimus, qñ tractabimus de cura malę cõplexionis materialis, dum euacuatur de membro ad membrum.

De *ſyncope ſuperueniente ex ſuperfluo fluxu Sanguinis narium, vel aliorum membrorum. Cap.* 20.

CVra ſanguinis narium, ſi fuerit ex nare dextra, ponẽdæ ſunt ventoſæ hypochondrio dextro ſup hepar. & ſi fuerit ex ſiniſtra, ponendæ

G dæ sunt super splenem. & similiter si ex menstruis superflue fluxerit, ponimus ventosas super mammillas: & cum hoc propinãda sunt styptica, quæ habent constringere orificia venarum.

De syncope proueniente ex superflua Vigilia. Cap. 21.

VIgilijs subuenimus cum cibis, quorũ proprietates sunt inducere somnũ: & cũ vnctionibus prouocantibus somnũ, sicut est oleum nenufarinum, & violatũ, & oleũ de seminibus cucurbitarum: & cũ odo H ratiuis inducentibus somnum. & ẽt debemus dare eis vinum lymphatum, si fuerit sine febre. Hęc autem omnia supradicta diximus ad rectificationem, seu curationẽ prauorũ & periculosorum accidẽtium febribus superuenientium. Curam autẽ remotionis causæ rememorabo, qñ tractabo de curis accidentium, & malorum apostematum.

De curatione malæ complexionis particularium membrorum. Cap. 22.

ET postq̃ narrauimus breuiter curationẽ malæ complexionis I vsis, narranda est curatio malæ cõplexionis particularis. Sed qñ mala cõplexio est immaterialis, cura esse debet p cõtrariũ: & qñ fuerit materialis, cura esse debet per euacuationẽ, & per contrarium simul. Sed in euacuatione, & in resistẽdo per contrarium consyderanda est ætas, & complexio, & consuetudo, & tẽpus. & etiã attendere debes complexionem membri, & formã ipsius, & positionem eius, & colligantiam suã, & sensibilitatem, & suum iuuamentũ: hoc est quia alicui membro superuenit solutio sine apostemate: K & postea de apostematibus loquemur. Et dicamus q̃ modus, vel vsus medicaminis malæ complexionis particularis est vnus, sed diuersificatur in aliqua proprietate, quemadmodum conseruatio proprię cõplexionis illius mẽbri, & figuræ ipsius, & positionis, & cõpassionis, vel colligantiæ, subtilitatis, & iunamenti. & hoc dictum est in his, quę præcesserunt: sed est necesse vt hanc consyderationẽ semper habeamus pp illa, quæ hic narrare intendimus.

De cura malæ complexionis siccæ Stomachi siue materia. Cap. 23. L

SI stomacho mala accidat complexio sicca solum, nõ materialis, dicimus q̃ modus medendi illã est vnus & idem modus cum modo medendi malam complexionẽ totius corporis siccam. sed diuersificatur in hoc, quia dissimilis est cõplexio naturalis stomachi à cõplexione totius corporis. Ergo incipere debemus ponendo ipsum in balneo tẽperato. & post balneum lac bibat temperatum asinæ, aut capręcum aliquantulo zuccharo. & quãdo cognoscemus eum digessisse lac per signa ructus, & tumoris stomachi, iterum ipsum in balneo ponemus: spatio tñ interueniente inter vnã & aliam balneationẽ quatuor horarum aut quinq;. & semp in exitu balnei debet inungi cũ oleo violato vel communi: eo q̃ ipsum humectabit, & cauebit ei à multa dissolutione. & in quolibet exitu balnei propinetur lac supradictum, si ipsum affectauerit: sin autem, aqua ordei propinetur. Et hora prandij detur panis mundus bene coctus, & M bene

A bene fermentatus cum pullis gallinarum, & caponibus ĩpinguatis cũ lacte amygdalino. & pisces petrosi ad hoc sunt vtiles: carnes perdicũ, & phasianarum, coturnicum ẽt vtiles sunt. Et cibus conuenientior est ille, q̃ velocis digestionis est & multi nutrimenti: quãuis tales cibi aliqñ videantur contrarij. Et vinũ talium debet esse aromaticũ cũ aqua mixtum. & talis quãtitas vt cibum in stomacho natare non faciat, nec extẽsionẽ, aut grauedinẽ inferat. Et cum hęc passio fuerit sedata, paulatim ad illius consueta parumper deducemus.

B

De cura caliditatis & siccitatis Stomachi. Cap. 24.

SEd qñ cum siccitate coniungetur caliditas, tunc cum hoc regimine res frigidæ sunt admiscendæ, sicut aqua ordei, syrupus de nenufare, & syrupus de violis. & vinũ magis temperetur cũ aqua frigida. & istis aqua frigida cõueniens existit. Et si siccitas multũ fortis fuerit, tũc aqua frigida est timorosa, ne os stomachi lædat. & vngendus est cum oleo amygdalino. & inquantũ ęgritudo C ĩ caliditate & siccitate excedit, intantũ indiget rebus infrigidantibus & humectantibus: sed in eo q̃ est stomatica, indiget rebus habentibus aliquid caliditatis cum stypticitate, & aromaticitate. & ppea non est malum cum his addere aliquãtulum mastiches.

De cura frigiditatis, & siccitatis Stomachi. Cap. 25.

SEd qñ cũ frigiditate siccitas cõiungetur, tunc cũ lacte aliquantulum mellis est ponendũ, cum boni sit odoris atq; saporis. & aqua or dei dimittat, si fortis frigiditas affue D rit. & tali stomacho superponatur puluis mastiches cũ oleo rosato extensus super lanã. & oleum amygdalinũ est cum istis iuuatiuum valde. & emplastrum picis inter cætera iuuatiuum existit, qñ rationabiliter fit: hoc est vt ponatur super membrũ. & non ibi diutius immoretur, nisi vt poros aperiat, & postea auferatur. Et scias q̃ siccitas difficilior est ad humectãdũ, q̃ humiditas ad exiccandũ: quemadmodũ frigidæ difficiliores sunt ad recipiendũ caliditatem, q̃ calidæ ad recipiendũ frigiditatem: ob hoc quia difficilius E quod in his esse possit, est curare frigiditatem, & siccitatẽ, quia est ęgritudo similis. calida nanq, corpora debent custodiri, ne ad habitum veniant senectutis.

De cura malæ complexionis calidæ Stomachi. Cap. 26.

MAla autẽ complexio calida sola vẽ vt curari debeat cum rebus frigidis solum. Sed tñ hoc mẽbrum infrigidari nõ debet ex toto: ppea qa sup hoc mẽbrũ dñinat frigiditas: qa fm plurimũ vnaq̃q; res, q̃ alterationẽ recipit, potius illã recei F pit ad quã sua complexio declinat naturaliter. & ideo ęgritudines istũ mẽbri à frigiditate causant vt plurimum. Et experimentatores nostri tẽporis ĩ passionibus stomachi multũ errant: eo q̃ non intendunt calidũ stomachum alterare, nisi cũ frigidissimis rebus: & tñ cum Medicus percipit q̃ aqua sit danda, & hoc vetat, erit magnus error. sicut recitat Gal. de quodã, qui in stomacho suo habebat cõplexionẽ malam calidã fortem, & Medicus eidem aquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

G frigidam bibere inhibebant: & Gale. ei aqua frigidam præbuit, & euasit. Et pp aliam cãm ifrigidationẽ ifti⁹ membri vitare debemus: eo q̃ habet operationẽ toti corpori communicantem: vnde princeps cõicans appellatur. & mẽbra, q̃ tale officiũ habent, infrigidari nimis nõ debẽt, vt virtutes eorũ non lædant. Et propter hoc præceptum habemus, vt supra stomachũ oleum nõ ponamus actu frigidum, & si sit frigidum in potentia. & hoc est simile ei, qd facimus in euacuatione: quia cũ celeriter purgãtibus miscemus stypticas medicinas, aliter processus conueniens non esset. Et qñ Gale. dicit H q̃ in læsione operationis mẽbri magnor cadit timor in euacuando q̃ in alterando, nõ sanè loquit, sed errat. quia sicut timẽda est euacuatio, vt virtutem nõ lædamus, sic in alteratione, & maxime in alteratione frigiditatis. nã ille modus est maioris damni in membris nutritiuis. Et regula medicationis in principalibus membris non accipitur nisi a colligantia cordis cum ipsis. Et quare vituperat Gal. Archigenem, cũ dicit Tertio de Locis affectis. q̃ virtus regitiua in corde existit, cũ I ipse medicetur cor, & licet ægrotet cerebrum? & propterea quia Archigenes cordi non subueniebat, Gale. ipsum vituperabat: ergo fm Archigenẽ in medicando procedebat, & causam medicationis ignorabat.

De cura frigiditatis, & humiditatis Stomachi. Cap. 27.

SEd mala cõplexio frigida & humida est calefacienda & exiccanda, sicut cum electuario trium piperum. Et q̃ dicimus in medicatione malæ complexionis non materialis in stomacho, illud idem debet intelligi in alijs membris: & maxime quando fuerint causa dandi malam complexionem toti corpori, sicut aliquibus membris. Quod si mala cõplexio calida & sicca aduenerit, erit causa dandi toti corpori ipsam, & in hecticam poterit peruenire. & hoc erit, qñ illa mala cõplexio vsque ad cor deducetur. K

De ægritudinibus Stomachi, & aliorum membrorum principalium cum materia. Cap. 28.

ET postq̃ fumus locuti de mala cõplexione non materiali, loq̃mur deinceps de mala complexiõe materiali, quę põt alicui supervenire membro. Et dicimus q̃ intentiones sunt duæ res, & sunt vt euitetur superfluitas, & rectificetur mala complexio relicta à supfluitate. & significatio harũ rerum habetur ex operationibus, & ex positione mẽbri, & eius forma, & ex colligantia eius ſdẽ, & ex sito iuuamento, & ex sua sensibilitate, & ex demonstratione naturæ ęgritudinis, & eius causę, & accidentis. Et tu scis, q̃ superfluitatũ q̃dam sunt, quę generantur in membro: quędã sunt, quę ab alijs fluunt mẽbris. qd est, quia consuetudo est, q̃ forte membrũ suas superfluitates ad debile expellat: & maxime si ad hoc adiuuant locus, & viæ, quæ confluunt ad ipsum, sicut est cerebrum cum stomacho. & hoc ī medicatione membrorum est sicut efficiens causa. Et est perscrutandum in rectificatione illius membri, & in rectificatione suæ complexionis, si est sufficiens, aut si necesse est totum euacuare corpus. & in hoc est necesse anticipare in fortificando mẽbrum L

Mẽbra sępe expellũt superfluitates ad mẽbra debilia, & maxime si loc⁹ & via ad hoc iuuãt. Galẽ. & sequãtes, & apd Auic. prima pri mi. c. de membris. M

A brum cum stypticis medicinis, vt materia ad illud nõ trahatur, si corpus non sit plenum, vt attrahimus materiam ad cõtrariam partem ad ignobilius membrum, & postmodum medicamen conueniens adhibemus. Et viam medicationis mẽbrorum accipimus à forma membri, & à loco. sicut stomachus vt pluriimum per vomitum debet euacuari, & per pharmaciam vt minus. & hepar cum ambobus euacuari potest, quibus etiam prouocatio iungitur vrinæ. sed intestina solũ pharmacia, & clysterijs. Sed si humor fuerit fixus in substantia membri, tunc est necessaria fortior medicina, vt trahatur. Et aliquando erit compositio in eo, quia ī ipso est humor proprius, & est alter transmissus. & sic est necesse duobus modis prouidere. Vnus est in periculosiori. Alius est in euacuatione alterius, sine cuius remotione curatio fieri non posset. sicut verbi gratia, vt in essentia stomachi sit humor vnus acutus, & in concauitate alter humor sit locatus, tunc non est purgandus, vel non poterimus ipsum humorem purgare qui est in essentia, donec non trahetur qui in concauitate existit. sed si humor, qui est in essentia, esset syncopen inducens, tunc prouidẽdum est. sed si res non existat periculosa, tunc in medicatione ordo est seruandus, hoc est vt prouideatur ægritudini, quæ currit per viam causæ, & postmodum occasionem remouere. Et similiter ægritudo, quæ non curatur nisi per euacuationem alterius, quę non est ipsius. v. gra. quando in stomacho vnus humor est fixus in ei⁹ substantia, & alter est in concauitate, qui sparsus est à cerebro: dicimus D q̃ primitus prouidendum est cerebro: & postea de humore, qui effusus est in stomacho: vltimo vero de illo, qui in substantia est imbibitus. Et hic inueniuntur medicinæ propriç in euacuatione proprij mẽbri, & propriæ in fortificatione membri, ad hoc vt superfluitates recipere non possit. v. g. quando in substantia stomachi fix⁹ fuerit humor acutus, tunc hiera aloes vtilior est ad ipsum extrahendum, q̃ aliæ medicinæ eo q̃ aloe non nisi a stomacho trahit. Sed aliæ medicinæ, quæ istum trahunt humorem, quãuis trahant E à stomacho pp suam fortitudinem, ẽt ad stomachum trahunt. Sed qñ humor est in cõcauitate, sufficit in abstractione ipsius absinthium cũ melle, & myrobalani citrini. Sed si iste humor est phlegmaticus, aut subtilis, aliqñ sufficit vomitus cum aqua ordei, & melle, qñ fuerit diuisus cum oxymelle compositio: & postea studere debes in extrahẽdo ipsum cum medicinis proprijs huic, sicut est agaricum, & collocynthis, & cum gummi laxatiuis, si necesse fuerit. Et similiter humor melãcholicus est euacuandus post ipsius incisionem cum medicinis sibi proprijs. Et studiosus esse debes in operationibus tertijs ex proprietatibus medicinarum in vnoquoq; membro: eo q̃ vnicuique membro sibi propriæ medicinæ à tota specie reperiuntur. Sed incisio hęc est necessaria, si humor fuerit gross⁹, & post ipsam fm conueniẽtiam purgatio. Vniuersaliter hic sunt considerandæ tertiæ virtutes medicinarum: eo q̃ sunt propriæ vnicuiq; membro, & iccirco videt̃ mihi q̃ narratio me F

G dicinarũ valentium vnicuiq, membro cum narratione ęgritudinũ est via completiua in hac summa. Et ppea vna ex conditionibus, quę dr in hominibus pfectis in artibus est, vt sit dominus artis ex se, ita vt cognoscat res necessarias perfecte, cũ inspexerit rerum diuersitatem.

De inflatione membrorum, & Apostematibus in generali. Cap. 29.

DEinceps volumus narrare ęgritudines, quæ sunt cum apostemate. Et dicimus q̃ prima intentio apostematis, in eo q̃ est apostema, H diuiditur in duas partes: vna est euacuatio materiei facietis apostema: alia est remotio malæ complexionis. Et aliqñ minor cadit consyderatio in vna istarũ q̃ in alia. & aliqñ cõsyderatio in vtrisq, æqualiter cadit. Euacuatio plus consyderari debet in apostemate sanguineo, sed alterano plus in erysipelate est consyderanda, q̃ euacuatio. Sed compositio istorũ duorum humorum ęqualiter consyderationẽ præbet. & istæ duæ intentiones non consyderant, nisi facto apostemate. Sed qñ est in fieri, tertia adiungitur intentio. & I hoc est ad remotionẽ causæ. & hoc fit resistendo sparsioni materiæ ad membrũ, quæ prouenit aut pp totius corporis repletionẽ, aut propter alicuius membri repulsionẽ, aut plurium: eo q̃ fortius membrũ ad debile expellit superfluitates suas. & ad hoc adiuuat communicatio mẽbrorum, & habilitatio viarum. Et aliqñ causa istius attractiõis est mala complexio calida istius eiusdem mẽbri, & aliqñ existit cã dolor fortissimus mẽbri. nã manifestum est q̃ complexio calida trahit. nam caloris propriũ é attrahere. Sed dolor K hoc facit, aut pp malam complexionem, quæ generat dolorem: aut pp malam cõplexionẽ, quę fit pp superfluitatem motus virtutis expulsiuę, cum superfluitates expellit: aut pp istas res ambas. Sed mala complexio calida, quæ cã existit attractionis, aliqñ accidit pp extrinsecas causas, sicut pp morsuram, percussionẽ, & similia. & aliqñ pp intrinsecas accidit causas, sicut pp humorẽ mordicatiuum, & similia, aut ventositatem extensiuam, aut pp superfluã repletionem, quę grauat membrũ. Et hę tres intentiões curationis apostematũ sunt, quarũ quædam sunt, quæ fic se habent, q̃ vna aliqñ contrariatur alteri: & quędã non. & iã diximus cui magis intendere debemus. Et deinceps narranda sunt illa, quibus cõpetunt hę tres intentiones in medicatione apostematum, & incipiemus à resistentia causę efficientis. Et dicamus, si cã attractionis ad membrũ propter resolutionẽ existit, est facienda tunc euacuatio vris: sicut phlebotomia, si propter multitudinẽ fuerit sanguinis: M aut per pharmaciam, & vomitum, si ꝓpter malitiã fuerit humorum: aut cum vtrisq, si adest vtrunq;. Et est necesse vt ista euacuatio fiat, sicut dictum est, p attractionẽ materiæ ad partẽ oppositã per vias apostematis propinquas, sicut fecit natura. quia epostema hepatis vt plurimum criticat per fluxum sanguinis narium. Et ista eadem via intelligenda est in euacuatione humorum. nam si materia fuerit in superioribus, tunc pharmacare & clysterizare debemus: & si ī inferioribus, educere debemus per vomitum. Et

A si causa, q̃ facit effusionem materię, erit in vno membro, tunc illud euacuandum erit, sicut est cum fricatione. v.g. si materia, quæ ophthalmiã habet inducere, effunditur per oculos, & prouenit à cerebro solum, tũc vętosę ī fontanella colli vtiles sunt: propterea quia hæc euacuatio duas aggregat intentiones conuenientes in hoc casu, quia euacuat membrũ apostematum, & materiã trahit ad oppositam partẽ. Euacuatio vero, quæ fit ex mẽbro apostemato, corpore existẽte pleno, est ex rebus ledentibus multũ. vnde si hoc peccatum effugere voluerimus, oportet B nos totum euacuare corpus, & postea redire habemus ad primũ mẽbrum euacuãdum. Et quia vnũqdque membrum pro maiori parte reperitur habere proprias vias, p quas euacuationem recipere põt, ideo p easdem vnũqdq, cũ indiguerit, debemus euacuare: sicut cerebrum, q̃ põt euacuari per sternutationẽ, & gargarisma. Et si feceris ista, corpore existẽte plethorico, lęsionẽ inde habebit infirmus. Et aliquando huic intentioni euacuandi materiã ante dictam alia adiungitur intenC tio, fm q̃ ante dictum est, vt est fortificare mẽbrũ cum stypticis & frigidis, vt superfluitates non recipiat. & hoc fiat corpore vacuo existẽte. & si hoc nõ feceris, non erit tutum, qn materia nõ tedeat mẽbro ignobili ad nobile. & hæc est vna ex rebus, ex quibus apostemata curãtur in principio. Et si causa infusionis membri fuit ipsius caliditas, intendendũ est tunc vt remoueatur mala complexio ipsius. remota vero cõplexione mala, membrũ debet confortari. & si remota non fuerit causa, quemadmodũ illa, quæ propter D mensuram alicuius animalis venenosi fit, tunc prius euacuandum est illud venenum cũ medicinis attractiuis, aut vętosis. & si humor affuerit, euacuetur. Et aliqñ significatio sumpta ab istis est secundę intẽtioni cõtraria, hoc est apostematis euacuatio: & qñq; non est contraria. Exemplum contrariæ est, videlicet, qñ remotio complexionis calidę fit cũ medicinis frigidis: quia euacuatio non fit nisi cũ medicinis resolutiuis. Exemplum non contrarię est, vt qñ causa fuerit humor grossus ī membro, tunc duæ intentiones fiẽt E vna: eo q̃ fient solum cũ medicinis resolutiuis. Sed medicatio doloris, fm q̃ dictũ est, aut fit pp remotionẽ suę cãę: aut dando mẽbro complexionẽ contrariam doloroſę. & hæc fiunt cum medicinis, q̃ proprię sunt in mitigando dolorem, sicut est pinguedo anatis, & gallinæ, & oleũ vitelli ouorum, & similia. Et aliqñ remoueret dolor p membri ſtupefactionẽ. Hæc est regula istarum trium intentionũ superius narratarũ. Sed fit fm ordinem temporũ apostemaF tũ. qa fm plurimũ medicatio apostematis in primis fit euacuatiõe, & repercussione, supponendo frigidas & stypticas medicinas super apostema. & illud, q̃ magis necesse est vt causa efficiens remoueat, est in apostematibus citi aduent⁹, sicut ī apostematib⁹ acutis, quæ ex cholera & sanguine prouenunt. Sed secunda intẽtio est, q̃ ipsi⁹ apostematis poststatũ euacuatio fieri debet. & principiũ debet esse cum medicinis maturatiuis. Et si euacuatio nõ est sufficiens cum rebus resolutiuis, tunc aperiatur cũ medicinis corrosiuis,

G aut cū ferro. Et manifestum est q̄, si euacuatio fiet cum medicinis dissolutiuis, dum materia est in cursu, plus ad membrum apostematum traheretur, q̄ posset euacuari. propterea necesse est vt post euacuationem apponantur medicinæ repercussiuæ mixtæ cum paucis resoluti uis: eo q̄ stypticæ committent dolorem. Et quando fuerit in statu, tūc medicāri debet cum medicinis resolutiuis solum. & intra ista duo tempora vtendum est medicinis ex his duobus mixtis. & istę medicinę scientur in libro Simplicis medicinæ. Regimen vero in apostemate calido malæ complexiōis in primis est refrigeratio: eo q̄ cum infrigidatione est etiam repercussio: & ēt quia propter mitigationem caloris cursus materiæ destruitur. Apostemata vero frigida curari non debēt cum rebus frigidis, nisi transacto tempore augmenti: quia caliditas non resistit resolutioni. hæc est intentio medicationis apostematum, inquantum sunt apostemata. Deinceps loquemur de apostematib⁹, secundum q̄ sunt alicui membro appropriata. Et ab apostematibus calidis principium faciemus, quæ in membris fiunt intrinsecis, & extrinsecis. & cūm dico calida, intelligo etiam illa, quæ ad saniem deducuntur. Et quando fiunt in principalibus membris, febris cū ipsis oritur, siue apostema fuerit sanguineū, vel cholericum, vel phlegmaticum, vel melancholicum. Sed phlegmatica, quæ ad saniem non perueniūt, sunt sicut tumores, qui dicuntur nascentiæ. Et melancholica, quæ ad saniem non perueniunt, dicunt scirrhotica & cancrosa. & raro fiunt in membris intrinsecis. & quādo fiūt, incurabilia sunt: eo q̄ indigent fortibus medicinis, quas intrinseca mēbra tolerare non possunt: eo quōd horum cura non fit nisi cum ferro: quoniam talia apostemata non resoluuntur, nisi post longitudinem temporis: & tunc virtus infirmi iā defecta esse reperitur. & ꝓpter hoc hæ curationes non fiunt, nisi cum fuerint in membris extrinsecis. Et dicamus q̄ apostemata, inquantū sunt apostemata, requirūt cum suis medelis intentiones tres supradictas. Sed diuersificantur in his tribus suis speciebus fm magis & minus. Nam apostemata cholerica in primis egent refrigeratione multa cū violis, & cum viriditate illa quæ supra aquas reperitur, & cum vua canina, & cum cera insula & malaxata cum frigidis siccis, & humidis, & his similibus. Sed sanguinea cū refrigeratione stypticis egent, nisi adsit dolor. & si dolor adest, sunt miscenda mitigantia. Sed phlegmatica, & melancholica modica indigēt refrigeratione, & repercussiōe, quia debilem motum habent. Intentiones cōiunctæ in apostematibus gratia membrorū, in quibus sunt, sunt hic narrandæ: eo q̄ in his maxime cadit prouisio: & maxime si fuerit in membro principali. Et dicimus quōd euacuatio, quæ per phlebotomiam fit propter apostema alicuius membri intrinseci, debet recipi à colligātia membri, & à loco suo: eo q̄ quando non poterit fieri euacuatio in membro læso, tunc debet fieri per membrum communicans ei, & magis propinquum. & sint meatus de vno ad aliud recti, aut rectitudini propinqui. sicut in membris

K Turdo Medi. & quar. 10. c. 6. & 7. ca. 3. & 1. lib. de Regulis de. & 2. de febr. ad Glauco. ca. 13. & 3. Aegin. Ga. de phlebotomia & diæta. Vide. 4. c. 5. Galeni de li. 11. & 12. gur.

B In aphor. Rubi Magis in principio, & annota ibi. n. 1. cap. 16.

L

M

D

E

F

bris inferioribus phlebotoma basilicæ valet. & in apostematibus capitis, pectoris, & pulmonis cephalicę valet. phlebotomia mediane omnibus valēt membris. Et si indiget phlebotomia propter hepatis apostema, in aperitione basilicæ dextrę cadit consyderātio. quia Gale. dicit in libro de Ingenio sanitatis, quōd dextra in apostemate hepatis phlebotometur, & sinistra in apostemate splenis. & in sermonibus suis vniuersālibus contrarium ponit. Et tu scis, quōd in euacuatione apostematum duæ res intenduntur. Vna est euacuatio materiei mēbrorum cū ipso communicantium. Alia est, vt fiat declinario humorum ad partē oppositam. sicut natura facit, quando criticat apostema hepatis p̄ fluxum sanguinis ex nare dextra: eo q̄ illa euacuatio comprehendit oppositionē, & communicationē. Sed in phlebotomia basilicæ in apostemate hepatis ex dextro latere non est nisi vna intētio, hoc est communicantium euacuatio: propterea quia est secundum dimensionē corporis, quæ secundum latitudinem existit: eo q̄ dimensiones oppositę sunt sex, videlicet duæ latitudinales, & est secundum dextrum & sinistrum: & duæ longitudinales, vt superius & inferius: & duæ profunditatis, vt ante & retro. Et hoc idem faciēdum est in apostematibus splenis, & pectoris. quoniam quando apostema fuerit ī parte dextra, phlebotomamus basilicam ex parte sinistra. & si fuerit in sinistra, phlebotomamus econtrario. Hepar vero cum sit in vna dimensione, vel extremitate dimensionis latitudinalis: ergo necessarium esset vt phlebotomia fieret per aliam partem: & hæc basilicæ lateris sinistri, quia in ea continuetur communicatio, & oppositio. Et quando nos intendimus facere euacuationem, communicationem, & oppositionem continentem, tunc iuuantius est per oppositum trahere materiam, quam quando vnum intendimus solum. ergo cūm fuerit necesse totum euacuare corpus, propter huius necessitatem tunc est necesse habere ambas intentiones. Sed quando nobis sufficiet solum membrū apostematum euacuare, tunc nobis vna sola sufficiet intentio. ideo in maiori parte, quando intentionem habuimus in talibus locis, faciemus attractionem sine euacuatione remouentem: & tunc poterit fieri cum membrum euacuatione indiget, & non totum corpus. Et potest aliquando esse, vt prima intentio sufficiens sit similiter in aliquo loco. & fiet hoc solum tempore statūs apostematis, sicut minuitur ex vena linguæ in synanchia facta. nā si possemus membrum proprium phlebotomare, conueniens esset: eo q̄ non sit timendus materię cursus. Sed tempus augmenti aggregat res ambas. quia si non curaremus nisi communicationem, & non oppositionem, plus trahemus ad apostemata, quām euacuaretur: sicut in eo qui medicinis vtitur dissolutiuis aperitiuis ante euacuationem: quia trahitur de sanguine ad membrū; plusquam dissoluatur. Et similiter duæ consyderantur intentiones in passione vuluæ, quando diminuimus de saphena: quamuis ibi non sit oppositio nisi per longitudinem, leui dimensione.

G Et similiter cum ventosis in ægritudinibus oculorum in fontanella colli, & in fronte in passionibus occipitij capitis. Sed minutio venę, quæ vocatur scylos, in ægritudine splenis à parte sinistra non comprehendit nisi communicationem. & si volumus materiam deriuare ad partem oppositam, fit illud in apostematibus pectoris, & stomachi, & occipitij capitis, ligando extremitates pedum, & manuum. Et propterea prohibetur I apostematibus vuluæ omnino euacuare cum prouocantibus menstrua. Et similiter H in apostematibus hepatis cum prouocantibus vrinam, & cum medicinis laxatiuis: quoniam cum talibus non fit deriuatio ad opposita: & quia impossibile videtur esse, ꝙ quando tales medicinæ transeunt super apostematibus, quin eis relinquant læsionem: & iam diximus quòd hęc est vna ex rebus augmentantibus apostemata. Et similiter prohibitum est euacuare apostema stomachi cum medicinis laxatiuis, & gargatismum in apostematibus gulæ, oris, & palati. Et eodem modo omnino prohibitum est prouocare vrinam in apostematibus renum, & vesicæ. Et hæc omnia non sunt prohibita, nisi donec ipsa apostemata fuerint in augmento. sed quando fuerint in statu, non est malum vti talibus, quoniam habent vigorare euacuationem mẽbri apostemati: quamuis noui practici faciant talia absque alia prouisione, & deliberatione. Propterea consyderandum est in apostematibus aurium partis dextræ, & sinistræ, in quo latere phlebotomia sit facienda: quia manifestum est quòd cephalica in primo illo apostemate K phlebotomari debet. Et videtur ꝙ si est apostema in aure sinistra, non debet minui de manu sinistra: quia cephalica dextra aggregat cõicatione cum attractione ad cõtrariã partem, quia est infra longitudinis extremitatem. nam medium non est extremitas. quia non est credendum, & maxime in corporibus plenis, vt sanguis non ab aure sinistra trahatur ab extremitate dimensionis latitudinis oppositæ. & quando euacuamus cephalicam, ob hoc esset melius vt phlebotomia fieret in L parte dextra. quia hæ duæ res aggregantur. vna est communicatio, alia oppositio secundum duas dimensiones: eo quòd istæ operationes opponuntur secundum longitudinem & latitudinem. & si possibile esset, desyderaremus vt quando attrahere volumus, vt ibi omnes existerent operationes: & maxime, qudão est repletio secundum vasa.

De euacuatione Apostematum membrorum principalium. Cap. 30. M

ET debes scire quòd in euacuatione membrorum principaliũ penitus necessariæ sunt duæ euacuationes: vna est phlebotomia: alia est pharmacia: ob hoc, quia illa apostemata secundum plurimum non sunt vnius humoris, sed in illis aggregatur malitia quantitatis cum malitia qualitatis. Sed tamen in euacuatione tu debes super humorem dominantem prævidere. Et Rasis testificatus est, ꝙ Medici sui temporis faciebant pleurencis solum minuuonem, & moriebantur. Sed

A Sed significatio secundæ intẽtionis ex apostematibus habita secũdum membra, in quibus sunt, facilis nõ est. & maxime quando refrigeratione digerit: propterea quia apostemata hepatis, & oris stomachi non conuenienter medicinas actu frigidas recipiunt: immo necesse est vt actu sint calidæ, quis frigidæ potentia existant, sicut oleum cydoniorũ, & oleum myrtinum. & aliquando eis potẽtia calidis vtemur, sicut oleo masticheș, & absinthij. & hoc facimus, vt virtutem conseruemus istorum mẽbrotum pp necessitatẽ corB poris ex istis mẽbris. Et cerebrum etiam non sustinet medicinã multum actu frigidam. & quando induxit necessitas rei ad vtendum ea, mi scendum est cum ea medicina, vt ipsam ad profundum ducat: sicut facimus miscendo acetum cum oleo rosam. & hoc non fit cã cerebri, cũ sit frigidum: sed vt facilius per craneũ, & suas commissuras ad medullam cerebri puenire possit. & hoc non requiritur pp primam qualitatẽ, sed pp secundam. Sifr & oculi propter sensibilitatem multam, quam habẽt, debẽt præseruari a rebus fortis C simis, & mordicatiuis. & albumẽ oui superponitur, eo ꝙ res multas bonas in se hẽt aggregatas. nam remotum est ab omni mordicatione, & lippitudinem abstergit, & tpatæ frigidum existit, & figitur supra, ppter ipsius viscositatem. & lac nouiter a mãmillis mulsum aliquas ex istis virtutibus habet, & super hoc habet virtutem digestiuam. Et aliquando consyderantur apostemata ex pte membri, in quo sunt, per altum modum, vt nihil repercussiuum, vel refrigeratiuum super mẽbrum ponatur, hoc est quando apostemata D fiunt in locis mẽbrorum principalium purgatiuis: vt quando fit post aures, aut sub ascellis, aut inguinibus. quoniam quando ista apostemata generantur in his locis, & ipsa refrigerabis, timendum est ne ad mẽbrum redeant principale: quem admodũ illud, quod fit post aures, ad cerebrum: & illã, quod sub ascellis, ad cor. & maxime illa apostemata, quæ procreãtur p viam crisis omnino ab infrigidatione ipsius abstinere debemus: eo ꝙ propter has actiones materia redire posset ad mẽbria principalia, quemadmodum tu E gimus repercussionem apostematis pulmonis: eo ꝙ cordi vicinꝰ existit. Istæ autẽ sunt demonstrationes receptę a membris fm prędictas duas intentiones in curatione apostematum, s. remouere causam, & infrigidare malam complexionem prouenientem ab eadem: quamuis intentio secunda colligãtiam habeat cũ prima, eo ꝙ frigida sunt repercussiua. Et quod dictum est semper meminisse oportet, hoc est vt apostematibus mẽbrorum principalium, quę sunt sicut hepar, stomachus, cerebrum, & splen: eo ꝙ ista membra F opationem faciunt communem toti corpori, & habent colligantiã cũ corde: & pp hoc eorum virtutes cõseruare debemus, miscendo semper styptica, & aromatica cum resolutiuis. Et dissolutiua sunt sicut emplastra, quæ fiunt cum medulla panis, oleo oliuæ, & melle. styptica vero cũ aromaticitate sunt, sicut absinthiũ, masticheː & cydonia. Et dictum est, quis a me non sit bene concessum, ꝙ quando apostema in gibbositate hepatis existit, ꝙ euacuari debet p

pro-

G prouocantia vrinam: & quando in concauitate existit, per pharmaciã. & ista medicamenta a cõicatione membrorum accipiuntur. Et scias q̃ medicinæ vrina prouocantes fortes esse debent: & propter loci remotionem inueniendo debilitantur, eo q̃ in hepate alterantur: sed quæ euacuant per concauitatem, posse tantum non oportet q̃ habeant. Et iste modus credendus est in omnib⁹ mẽbris, ad quæ veniunt medicinę cum multa digestione, sicut est pulmo, cui casus iste seruatur. ista significatio est sumpta a loco mẽbri. Et me-
H dicinæ ꝓuocantes vrinam in ęgritudinibus hepatis, oppilationes apę fiunt, sicut est absinthium, & eupatorium. nam illæ duę proprietatem habent in hepate, quemadmodum scolopendria in splene, & cortex capparis. Medicinæ vero, quæ faciliter soluunt ventrem in apostematibus cõcauitatis hepatis, sunt sicut aqua alubleb, & cartami. Sed euacuatio splenis per pharmaciam existit. Et si apostemata ista inueterantur, tũc fortioribus indigemus medicinis so-
I lutiuis: eo q̃ membrorum istorũ natura est, vt in fine indurentur in eis apostemata, & maxime calida. & hoc maxime accidit hepati propter viscosam & spissam substantiam. & etiam in renibus apostemata indurantur propter duritiem suæ substãtiæ, & in splene propter grossitiẽ sui nutrimenti: sed splen ipse rarę substantiæ est. Sed medicinæ, quæ sunt fortis resolutionis in prędictis apostematibus, sunt sicut radix lilij cœlestis, hyssopum, centaurea, & aristolochia rotunda, & his similia. & hoc fieri debet post fractionem eorum siccitatis cum radice liquiritiæ, & his similibus. Et scias q̃ necesse est, K
vt quãtum esse potest, vites ne istorum membrorum apostema ad saniem perducas: & maxime apostema pulmonis: ob hoc, quia si perducis ipsum ad saniem perfectam, curationem non habebis: quia aut indurabitur, aut æger perdetur, & medicatio apostematum, quando cum sanie aperiuntur, ingreditur ordinẽ medicationis vlcerum. Propterea scias vnum, q̃ proprium est mẽbris apostematis subtilem cutem habẽtibus, q̃ ab ipsorum principio penitus sanies resudat ex eis. & propterea L
conueniens est ab ipsorum principio in suis medicationibus adhibere abstersiua, vt mundificentur meatus. & si ī sanie ipsa grossities fuerit, mi scendę sunt res incisiuæ. & talia mẽbra sunt sicut pectus, & pulmo, hepar, stomachus. propterea necesse ẽ vt ista absersiua ab omni mordicatione sint exempta & istę res sunt sicut aqua ordei, & pultes furfurũ cõdita cum amygdalis amaris, & semine melonis. & electuarium atriplicis cum oxyzaccara in apostemate hepatis proprium existit. scariolæ q̃ dem loco atriplicis poni possunt. In M
apostematibus vero pectoris & pulmonis res, in quibus ponitur acetũ, sunt fugiendæ, vt multum nociuæ. & medicinæ, quæ eis conuenientes existunt, sunt capilli veneris, & liquiritia, & syrupus violatus. & etiam semina melonis sunt optima in isto casu. sed medicatio apostematum, quæ ī istis sunt membris, est magis alia, inquantum sunt in talib⁹ membris, q̃ inquãtũ apata existũt: ꝓpter hoc quia ẽt declinatiõis tę eorũ medicinæ ab aliqua stypticitate nõ denudant, & in principio absterfuis. Et qũ

A qñ apata fiunt in inferiorib⁹ intestinis fm nostram intẽtionẽ, clysteria sunt meliora: quemadmodum si in parubus superioribus fuerint, exhibitæ res per os conuenientes esse videntur. & hęc significatio sumitur ab intentione loci. Sed in apostematibus gulę omnino vtimur medicinis resolutiuis, & conglutinatiuis, vt adhæreant locis in suo transitu & etiam ponenda sunt narcotica transglutiendo ea paulatine, vt diu in transitu habeant permanere. In apostematibus vero cerebri in declinatione necessariæ sunt fortes medi-
B cinæ: & maxime, quando sunt de natura declinantes ad frigiditatem, quemadmodum sunt phlegmatica. & tales medicinæ sunt, sicut oleũ de castoreo, & similia. & hoc non requiritur nisi propter regimen membri: quia est per se humidum, & passiuum. Et quidam euacuant materiã huius apostematis cum ventosis positis in parte cerebri posteriori. sed
C talis euacuatio est timẽda: eo q̃ forsitan in corpore existit superfluitas, q̃ per ventosam ad membrum apostematum poterit peruenire. pp hoc talis cura non est facienda nisi cum securitatem habebimus, q̃ humores nullatenus ad locum discurrere possint inde. Sed hęc medicatio in principalibus membris est periculosa. Hucusq; docui breuiter medicationem membrorum apostematũ, inquantum apostemata sunt in talib⁹ membris, adiuncta cum medicatione, inquãtum sunt apostemata: ob hoc quia medicatio apostematum, inquantum in membris officialib⁹ existunt, non nisi istis modis completur: quia medicatio, quę in carne simplici existit, non est necessarium vt agat, nisi inquantum sunt apostemata. Sed in multis istorum apostematum non indigemus consyderatione in causis efficientibus ipsa: sicut sunt apostemata facta in carne molli causa rerum extrinsecarum. Et si corpus mundum extiterit, sufficit in cura ipsorum apostematum oleum calidum solum. D

De cura apostematum frigidorum, & aliorum apostematum specialium. Cap. 31

ET deceps volum⁹ loqui de apatib⁹ frigidis, q̃ sanię nõ facilũt, & de formica deambulatiua, & de carbunculis, quæ fiũt in aere pestilẽtiali. Et dicam⁹ q̃ apata mollia, q̃ fiunt E
ð phlegmate nõ multũ grosso, multoties ex hepatis errore fiũt: sicut illa, q̃ fiũt in extremis in hypocarca. Et horũ medicatio ꝓcedit fm modũ medicationis ei⁹, a quo gñant: & sufficit vt vnganť oleo rosato, cũ aceto, & sale. Et si multa illic spargať materia, ꝓdest euacuare mẽbrum ab illa materia, & vti reb⁹ calefactiuis & deficcatiuis, & euacuatiõe cũ expressiõe mẽbri. horum medicatio F
non facilis est. Et sufficit spõgia ĩfusa ī aceto & aqua salsa. qa spongia hẽt siccare, & stypticitatẽ facere, eo q̃ sapit naturã maris: & acetũ deficcatiuũ, & ĩcisiuũ existit. Quæ vero sunt de grosso phlegmate embrocari debẽt cũ spõgia ī aceto ĩfusa, mixto cũ alumine, cinere, & sale. & dẽt spõgia ligari sup mẽbrũ, quẽadmodũ fiũt ligaturę sup mẽbrũ fractũ! Sed apata dura, q̃ ex hũore fiũt grosso, debẽt emplastrari cũ medicinis mollificantibus: sicut cum medulla cruris arietũ, aut vituli, cũ modico ammoniaco, & usta, & similia vtilia

G lia sunt: quia medicinæ multum resolutiuæ resoluunt subtile, & grossũ petrificant. & quęritur hæc compositio. in qua sunt resolutiua, & præparatiua ad resoluendum: eo ꝙ omnes partes apostematis non recipiũt resolutionem equaliter fm vnũ modum. & aliquando cum istis medicinis miscentur medicinæ fortis resolutionis. & melius omnium est acetum, quãdo cum istis medicinis miscetur. & hoc fit raro, quia indurant apostemata. Et Gal. hic laudat fumigationem lapidis marchasitæ, vl molaris, super sparso aceto: & maxi-
H me in apostematibus, quę fiunt per nervos, & chordas ad mẽbra principalia. Ego vero dico ꝙ Gale. hãc medicinam non laudat, nisi quãdo virtus aceti æqualiter perdat calorem in ipsum mẽbrum: eo ꝙ est in substantia aerea, & mẽbra recipiunt ab ea, quemadmodum recipiunt res, q̃ maturantur in medio aere, quæ æqualem habẽt maturationẽ. Si aũt quæratur a Gal. vapor iste sit a calore impresso in lapidibus istis, & quare pp naturam lapidis eidem cõuertatur: ergo, quare lapides non terun-
tur, & ponuntur cum aceto calido
I super apostema iduratum? Et quia cum fuerit in splene acetum suppositum in omnibus suis medicinis, semp laudabile existit. ppea quia hoc membrum est rarum: & non accidit ei duricies nisi gratia grossi nutrimenti, ex quo nutritur. & acetum assimilatur huic mẽbro in tota sui substantia: eo ꝙ suum nutrimẽtum complexioni aceti assimilatur. & hæc est melancholia. & ideo potiones, quæ in purgatione splenis dantur, non debẽt ab aceto priuari: quia ipsum est ei cibus, & medicina.

Et non sufficit in apostematib⁹ du-K ris, quę fiunt in splene, emplastrare desotis solum, sed indigẽt ẽt ꝓos recipere, quæ habent resoluere duritiẽ eius, & ipsius oppilationem aperire: sicut est radix capparis, & scolopẽdria, cum aliquibus spẽbus aromaticis. Sed apostematib⁹ in hepate durisacetum propinari non dẽt: eo ꝙ paratum est duritiẽ magnam recipe. sed cura eius est cum rheubarbaro, spica nardi, & asaro, costo & schœnantho, & similibus. Et dura apostemata hepatis ad curandũ multum difficilia sunt, & maxime L si fuerint multum inueterata: & vlr in hydropem inducũt. Sed scrophulæ sunt apostemata dura in carne molli gñata. q̃ ex eis fiunt ex phlegmate subtili, curari debẽt cum medicinis dissolutiuis, & mollificatiuis, & quæ fiunt ex phlegmate grosso, cum medicinis purgatiuis, & cum apitiuis, & cum ferro incidi. sed hoc fieri dẽt magna præmeditatione, & timore. Et sisi veruecæ, & nodositates tribus curantur modis: aut dissolutione, aut putrefactione, aut inci-
sione. & quibusdam necessarię sunt M omnes tres, & quibusdã vna, & quibusdam duæ. Sed quæ intus in corpore oriuntur, curantur cum medicinis aromaticis mixtis cum apertiuis & mollificatiuis: & sunt omnino difficilis curationis. Formicę vero duæ sunt species ambulatiuæ. vna cutem corrodit, & incedit interius, & alia veficulas hẽt paruas, quę milio assimilantur: & ppea miliaris appellatur. Sed ambulatiua, quæ fit ex humore choletico subtili, dẽt curari cum medicinis illum humorem euacuantibus, sicut scammonia cũ sero caprino: & superponendæ sunt sili-

A supius medicinæ, quæ desiccẽt sine mordicatione & refrigeratiõe, sicut solatrum, & memithe, & similia. Sed miliaris, eo quòd fit ex admixtione phlegmatis cum cholera, & ppea eius materia deberet euacuari cum medicinis illos humores purgantibus. Carbunculus vero, eo ꝙ pro maiori parte fit in aere pestilẽtiali, ebullit sanguis, & putrefit. & ppea de necessitate inducit febres pestilẽtiales. Medicatio vero illarum fieri dẽt cum ambabus spẽb⁹ euacuationis, vt phlebotomia, & pharmacia. Et in hac febre non sufficit medici-
B na, vnum tantum purgans humorem: sed medicina omnes purgans humores, sicut pilulæ cochiæ Rasis, in quibus intrant stœchas, & masticha, & scammonia prẽparata: & colocynthis etiam sparata eẽ dẽt, eo ꝙ corpora talium recipunt putredinem in omnibus humoribus. & talia in hac ęgritudine multum vtilia existunt. Et supponendæ sunt omnes res, quę sine mordicatione exicent, & vt corrosioni resistant: quẽadmodum est emplastrum factum ex farina ordei, & indico, & lingua arietis, quæ plantago nominatur.
C Et dabis ei ẽt aliquantulum de theriaca magna, quæ Arabice dicitur alferuch. Et omnia emplastra, quæ supponuntur, debent confici cum aqua rosata. Et Gale. commendat trochiscos * andarachoron sup ipsos more emplastri: & sisi omnes trochiscos habentes stypticitatem. Et hic non sunt res repercussiuæ supponendę, ne materia reuertatur ad mẽbra principalia: nec apitiuæ, ne putrefactionem inducant. Sed cancrositates multoties euacuari debẽt ex humore ipso gñante, & sup-

*Andronis

D ponendæ sunt medicinæ desiccatiuę sine mordicatione, quemadmodum mineralia existunt: vt est calx, plumbum, & cachine auri. & horũ similia. propterea quia propter malam qualitatem, quam habent, pp paucam mordicationem cito corruptionem recipiunt, ob hoc quia fiũt ex cholera adusta, quę super terram sparsa ad modum aceti bullit. Et hęc passio sanationem non recipit, nisi a principio: sed si inueterabitur, incurabilis efficietur. ppea quia medicinę locales sufficientes non sunt. & incisio posis non est, quia neruos E continet, & arterias. & si inciduntur ista membra, non est tutum, quin corpus perdatur. & impose sisr existit ista apostemata cum corrosiuis remouere. Et si fuerit tale apostema in membris principalib⁹, eius cura imposis existit. Hæ sunt curationes malę complexiõis materialis, & nõ materialis. Et scias ꝙ apostemata, quę fiunt in membris principalib⁹, & febris aliquando sine medicatiõe sanantur: & sufficit in hoc opus naturę. Et propterea multos inuenies complexiones habentes densas, qui ex fortibus ęgritudinibus ęuadunt F sine medico, & medicina: sicut Barbari, & Arabes, & qui in deserto habitant. & hoc fit, quia aliquãtulum cum brutis assimilationem habent. & pro maiori parte hoc accidit illis, qui complexionem habent effrenẽ. Sed quando medicinę componunt secundum authorum dicta, tunc adiuuant naturam tempore breui, & bonum finem consequuntur: quia bonam habent determinationem, & minime vi olentam. Sed qui solũ per naturam ex fortibus ęgritudinibus curantur, in fine remanent in

ęgri-

G ægritudinibus,quæ temporancę dicuntur:ſicut mihi accidit,quãdo ægrotaui cum ſebre fortiſſima, & cruticaui ex illa per apoſtema in articulis,eo q̃ mihi neceſſaria adminiſtrata non fuerunt: quare remanſi arthriticus,& podagricꝰ,& adhuc ſũ. Et ſunt ęgritudines, quarũ correctio non ſufficit a natura,niſi p̃ medicinas iuuentur,& in hoc medicinæ potentia declaratur. Et ſunt aliquæ ęgritudines,ſicut ſunt febres,& apoſtemata,quibus natura & medicinę ſufficientes non exiſtunt:ſed ſi euadunt,per accidens euadunt,ſicut in
H rebus naturalibus aliquando extremitates fiunt.tamen de raro contingentibus hoc exiſtit: ſicut vlceratio pulmonis,& ſimiles. Sic ergo finis iſtius ſcientiæ in propoſito habẽdꝰ eſt ſecundum plus,hoc eſt ſecũdum ægritudines plurimas,& plura ĩdiuidua,& plura tempora. ſicut hoc idẽ accidit hominibus ĩ Mechanicis artibus:quia aliquando aſſequitur artifex intentionem, & aliquando ab
I ea priuatur. & cauſa illorũ ſunt media,quæ in illa arte cadunt:ſicut eſt maris nauigium,agricultura. Et propterea dixi in definitione, q̃ medicina eſt ars Mechanica. & multi ex hoc mirabantur:& ipſi ignoraueriſt quid dixerim ſuper ſecundo Phyſicorum de Mechanicis artibus. Hic completus eſt ſermo de mala cõplexione materiali,& non materiali.

De *curatione ſolutionis continuitatis.* Cap. 32.

DEceps volumus loqui de ęgritudine ſolutionis continuitatis. Et dicimus q̃ continuitatis ſolutio poteſt accidere vnicuiq; cõſimili membro. quando vero fit in carne,dicitur inciſio: & quando in oſſe,dicitur fractura:in nerdo,punctura:& quę in arterijs,dicitur ſciſſura. Et indicatio iſtius ſpeciei ęgritudinis ſignificationem habet vniuerſalem & particularem, ſm̃ membrorũ conditiones: & nos ab vniuerſali intentione ſermonem incipiemus. Et dicimus q̃ continuitatis ſolutio, in eo q̃ ſolutio cõtinuitatis exiſtit,ſimplex abſq; alicuius alterius ęgritudinis ſocietate,eget ſolum vna intentione. Et in pluribus hęc ſolum ligatura curatur. & aliqñ cum ligatura, & alijs ſuſtentamentis: ſicut in fractura oſſium fit, & in multis membris. Et quędam fractura indiget ſutura:ſicut in laceratione myrach fit quando zirbus eſt egreſſus. nam neceſſe eſt vt zirbus reducatur, niſi ſit corruptus. q̃ ſi ſit corruptus,oportet vt incidatur: ob hoc quia non eſt membrum neceſſarium, ſed iuuatiuum. ſed quia hẽt neruos, & arterias,ob hoc ipſas primo ligare debemus radicitus, & poſtea quod corruptum eſt incidere debes. & aliquando inflat propter frigiditatem aeris, ita q̃ tunc intus reuerti non poteſt: & tunc ſpongia in aqua calida infuſa in manibus expreſſa, & optime temperata eſt ſuperponenda. Et Gale.dicit q̃ qñ feceris hoc, & non profeceris,tunc de cute aliquid ſcidere debes. ſed maior pars huius artis p̃dita eſt in hoc noſtro tpe. Sed aliquibꝰ vulneribus non ſufficit labiorũ vulneris aggregatio, vel ſutura, ſed eſt neceſſe vt ponant medicinæ deſiccatiuę, quę deſiccent vel ſugãt ſaniem,q̃ in partibꝰ vulneris eſt locata. Sed ſi coniunctę fuerint partes, hac non indigemus:ſed tunc medicinę ſtypticę & exiccatiuę ſunt neceſſ-

A ceſſatię.deſiccatiuę n. pp exiccationem labiorum vulneris. Et ſcire debes q̃ multa membra reperiuntur, quorum ſolutiones cõtinuitatis minime conſolidationem recipere poſſunt:ſicut ſunt inteſtina gracilia, & diaphragma,& omnia membra, q̃ ſunt in vltima ſiccitate. Quãdo vero ſubſtantię carnis facta eſt deperditio,duę eadunt intentiones: vna eſt diminutę carnis reſtauratio: & alia eſt cicatricis creatio. Prima intentio cõpletur, qñ materia ad mẽbrum veniens in quantitate & qualitate exiſtit perfecta,hoc eſt ſanguis
B nis: & in ipſo membro complexio ſit ſecundum ſuam conuenientiam temperata. & natura ſuo beneficio ſufficiens eſt ad hoc perficiendum abſq; medicinarum adminiculo.
Sed quia circa horam finis digeſtionis ad quolibet membrum currunt duę ſuperfluitates, quarum vna eſt ſubtilis,& alia groſſa: & fluxus harum ſuperfluitatum ſępe gñationi carnis reſiſtit:ob hoc indiget natura auxilio medicinarum ad illã humiditatem deſiccandam,ad hoc vt noua caro in vulnere nõ liquefiat. & tales medicinę ſunt carnis gñati
C uę & harum numerus eſt multus,ſicut thus,farina orobi, & fabę,& iridis,opopanacum, & tutia. Et iſtis medicinis vtimur ſm̃ magis & minus.nam thus,& farina orobi,& fabę ſunt in gradu primo gñationis carnis:& poſt iſta farina orobi, & iridis:& poſt iſta ariſtolochia,& opopanacum. nam iſta in tertio gradu quaſi exiſtunt. Et harum medicinarum quantitas,& modus a complexione membri,loco, ſenſibilitate,& ipſius nobilitate ſumũtur. quia mẽbro humido medicina carnis gñatiua eſt thus,& complexioni fœminarum & puerorum. qñ vero ſicca complexio eſt,thus ſufficiẽs nõ eſt, ſed neceſſe eſt vt fortior apponat,& orobũ,& alia.quia in mẽbris fortis ſiccitatis caro non gñatur,niſi multum per ſiccas medicinas. nam auriũ vulnera,cũ parua exiſtũt, ſanantur cum memithe & aceto. & ſi magna fuerit,tũc trochiſci* andaracha ron vtiles exiſtũt. & ſi nõ ſufficiũt, tũc neceſſaria eſt ſcoria ferri cum aceto. & ſimile eſt vulneribꝰ gulę. *andronij
Et Gale, propter hoc dicit, q̃ cum membrum naturaliter ſiceũ ad humiditatem peruenit membri, a ſua E
natura multum eſt elongatum. & ppea eget rebus exiccatiuis ĩ eo gradu,ad quem peruenit mẽbrũ iſtud verſus humiditatem. nam medicinę non ſanant, niſi quando ſunt in contrario diſtemperatę,in eodẽ gradu,in quo membrum eſt diſtemperatum: ita q̃ ſi diſtemperatum fuerit in ſecũdo gradu humiditatis,neceſſe eſt vt medicina diſtemperata ſit in ſecundo gradu ſiccitatis. Et nõ ſunt humectanda vulnera,quę ſunt in membris ſiccis, ęquali humectatione eiꝰ, qdꝰ in membris humidis
F exiſtit:ſed neceſſe ſecundum plurimum,vt per comparationẽ exiſtat. ppea quia corruptio, & putrefactio ſiccis membris accidit, antequam humectationem humidis mẽbris ęqualẽ recipiãt. ergo ſm̃ Naturalem philoſophiam dicimus q̃ cauſa huius non eſt niſi difficultas membri ſicci,& groſſa ſuperfluitas quę in eo exiſtit: ſicut q̃ dictum eſt, q̃ ſiccitas eſt difficile paſſibilis. Et huius ratio ſimilis eſt rationi iuuenis & ſenis,ſicut ſuperius determinauimus.
Et via, quia cognoſcit Medicus, q̃ me-

G medicina in mundificatione vlceris debilis existit, est multæ sordiciei in vlcere abundãtia: quemadmodum cognoscit ꝙ medicina nimis est absterſiua ꝓp rubedinem vulneris labiorum, & ipsius profunditatem. Et aliquando medicina corrosiua auget in vulnere sordiciem. Et in hoc errare potest Medicus, quia si ꝓpter medicinam hæc accidit, rubedo, & caliditas in labijs vulneris existit, & in vulnere profunditas. & si hoc a loco prouenit, hoc est manifestum. Nam si vulnera fuerint in membro exposito contactui medicinarum,
H aut in superficie posito, ita ꝙ in trã situ mutationem non recipiant medicinæ, tunc necessariæ sunt debiles sicut in vlcerationib⁹ sufficit stomachi. & si in grossis intestinis vlcera fuerint, debent clysterizari: & si in subtilibus pharmacari. In membris vero profundis medicinæ exigũtur fortiores: sicut in vlceribus pulmonis, & in membris musculosis, quæ profunditate corporis sunt remota. Et ꝓp hanc loci cõsyderationem habẽ silr in gutture vlcerationem, in positione medicinæ ipsum stare ꝓcipimus erectum: & paulatim medi
I cinam oportet solutiuam transglutire. Et habentibus passionem meri medicinam lambitiuam dari ꝓcipimus, & ei admiscemus viscosam medicinam ipsam in meatibus morari faciẽtem. ꝓpea vulnerum diuersa est medicatio. nam quædam ore tenus curantur, & quædam cum localibus medicantur, & quædã cum ambobus. Adhuc ordinata sunt ꝓpter locum & figuram conuenientia instrumenta, vt medicamina in ipsis debite ꝓijciantur: sicut syringa, pessaria, & similia. Quod vero a sen
K sibilitate sumitur membri, manifestum est. nam membrum valde sensibile medicinas fortissimas sustinere non potest. silr & membrũ multi iuuamenti. Sed vulneribus, quæ in superficie corporis fiunt, in concauitatibus quorum carnis generatio existit necessaria, & in quibus cicatrix similis cuti fieri oportet, necessariæ his sunt medicinæ deficcatiuæ finaliter: sicut galla, balaustia, & similia. & est necesse vt earum exiccatio conglutinatiuam operationem excedat. Et in quibus caro superfluam gñatur, necessarię sunt medicinæ
L corrosiuæ; quæ fortiores gñantibus existant: & sunt vt colcotar, & viride æs, & similia. Et ꝓpea non est impossibile, vt in aliquibus corporibus viride ęs iam sit carnis generatiuum. Et scias ꝙ corrosio carnis superfluę operatiõibus naturę appropriata nõ est, sicut est carnis gñatio: sed est res quę appropriata est opationibus artis. Sufficit quod breuiter dictũ est de vulneribus, quæ intus & extra in carne fiunt, cum quibus mala complexio non est associata. Sed si mala complexio est appropriata, est sicut causa vulneri: & curari non po-
M test, nisi remoueatur: sicut accidit, quando euenit apostemati. Et quia medicationem malę complexionis iam nouisti, cum hoc etiam hic reiterare expedit. Et dicamus ꝙ mala complexio, quę in vulneribus fit, est propter sanguinem, qui illuc currit: qui in qualitate, aut quantitate distemperatus existit, aut in ambob⁹. Et hic aut a toto corpore prouenit, aut a mẽbro vulnerato, aut ab ambobus. Et si a toto prouenit corpore aut a membro vulnerato, aut ambobus, perscrutandum est vtrũ per quan

A quantitatem, aut qualitatem prouenit. si ꝓpter quãtitatem solummodo competit phlebotomia. & si solũ ꝓp qualitatem, tunc necessaria est pharmacia. si autem ab vtrisq; ꝓuenit, & vtrunq; faciendum est. Et si fuerit in singulari membro ex mẽbris corporis, tunc ipsum oportet euacuare. Et si fuerit ipsum membrũ vulneratum, sicut renes, & similia, tunc totum corpus euacuãdum est. Et si a toto prouenit corpore, repercussiua necessaria sunt omnib⁹ repercussionis modis, secundum ꝙ diximus: & deinde membrum confortare debes, & trahere materiam toto
B posse ad opposita. Et si mala complexio fuerit in membro vlcerato, tunc prouidendum erit in suis qualitatibus malis. quoniam, si vulnus fuerit siccum, ipsum humectare debes cum aqua calida: & si fuerit humidum, ipsum debes exiccare cum forubus exiccatiuis. Et silr facere debes in distempantia caliditatis & frigiditatis. Et si in vulnere caro addita fuerit & indurata valde, incidẽda est cum ferro: & postea apponere debes ea, quę habent generare, & con-
C solidare. Et si ibi fuerit apostema, non est via sanationis membri, nisi apostemate remoto: quãuis medicinę quę curant apostemata, contrarię vulneribus existant. Et si duę aggregantur res in membro, velut mala complexio propria mẽbri & corruptio sanguinis illuc aduenientis, ī his consyderandum est. Et scias ꝙ quando vlcera nõ sanantur ꝓp adhibitas medicinas, illud fit vna trium. vna est ꝓp medicinas, quę cõplexioni membri conuenientes nõ existunt: aut quia materia transmissa non est conueniens: aut quia in D membro complexio læsa est per natutam, eo ꝙ ibi vna species malę cõplexionis, aut plures sunt. ergo scire debes ꝙ sanatio vulneris fit, aut propter corporis euacuationem, & cum temperantia complexionis, & cum plagę deficcatione. & aliquando vtimur theriaca, & similibus. Sufficit quod dictum est in cura solutionis continuitatis simpliciter, materialis & non materialis.

De curatione solutionis continuitatis Venarum, & arteriarum.

Cap. 33 E

DEinceps volumus loqui de cura solutionis continuitatis in venis, & arterijs. Et dicimus ꝙ solutio continuitatis in venis facilis est consolidationis: sed quę est in arterijs, illa est difficilis, exceptis corporibus puerorum. & propterea ꝙ solutio continuitatis istorum nos adducit in aliam rem multum timendã, hoc est sanguinis fluxũ, necesse est vt in hoc sermonem faciamus. Fluxus vero sanguinis multis fit modis. aliquando fit propter venę incisionem, vel vlcerationem. & hoc fit F
aut propter causam intrinsecã, aut extrinsecam. si propter extrinsecam aut incisione, aut extensione, aut percussione. ꝓp intrinsecam, aut ꝓpter humores acutos corrosiuos, aut extensiuos, ita vt aperiant venas. & aliquando currit sanguis ex orificijs venarum, & aliquando stillat. Et incipiemus a sanguine decurrẽte propter venarum lacerationem, eo ꝙ periculosior existit. Et dicemus ꝙ, quando dilaceratur vena in corpo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris superficie, sanguis duobus modis potest restrīgi. vno modo vt sub trahatur illius membri materia, qñ propter multam fit quantitatem: alio modo vt digito oppleatur, si fuerit parua. nam propter hoc coagulatur ī orificio sanguis, & stabit aut propter ligamētū, aut propter cauterium: eo ꝙ cauterium crustā præparat sup plagam: aut propter medicinas styptícas corrugatinas: sicut medicina facta de viſco cocto, & tritici farina, & similibus. Et Galenus commendat contra fluxum sanguinis arteriæ aleon, & thus, & albumē H oui, & pilos leporis. & hæc medicina retinet sanguinem, & generat carnem. Sed cauteriū sufficiens nō est. quia crusta cadere potest, & sanguis iterum fluet. Præterea cauterium minuit de substantia membri, & nobis non est necesse minuere de substantia membri, sed potius laborare vt crescat. Et non laudatur cauteriū nisi quando fluxus fuerit propter venæ corrosionem: qa tūc cauteriū superpositum est loco rei, quę remouet causam facientem corrosionē. Et aliquando ponimus frigida repercussiua super membrum, quando I fluxus fuerit ex caliditate. Sed aliquando prædicta omnia debilia esse dicuntur, & insufficientia: quare tunc necessarium existit venam vel arteriam finaliter incidere: habita tamen hic cautela, vt prius liges, strīgendo fortiter caput ipsi⁹ venę, quæ est versus cor, & postea incide. Sed subtractio sanguinis ex loco illo fit, vt præparetur membrum. & erigat, vt orificium apertum superius adaptetur. Sed debes tunc materiam rahere ad oppositam partem, vnde sanguis tunc fluebat: aut ad proxi- K miorem locum, sicut de ore ad nasum, & de vesica ad matricem. Et attractio ad partem oppositam fit, sicut quando propter fluxum sanguinis narium vētosas super hepar ponī iubemus: aut super splenē, si fuerit ex parte sinistra. Et vētosę etiam positæ super occipitium stringunt sanguinem narium, trahēdo ad opposita: aut super mammillarum radices propter menstruum. Et aliquā do fit attractio ad partem oppositā propter ligationem membri, aut ꝓpter medicinas menstruorum sanguinem prouocantes. Sed phleboto L mia in sanguinis mēstrui fluxu est medicina per accidens: propterea quia hęc medicatio in suo genere solum existit. vnde timenda est. & aliquando est naturalis, quando fluxus propter multitudinem sanguinis fuerit.

De fluxu sanguinis, qui a membris prouenit intrinsecis.

Cap. 34

SEd sanguinis fluxus, qui in partibus intrinsecis existit, non habet viam, vt retineatur nisi a medicinis styptícis, aut cibis grossis. Et M medicinę styptícæ in hoc sunt sicut balaustia, & succus rubi, & galla, & similia. Et quę sunt nimis styptica sunt sicut bolus armenus, & tegula pistata, & plantago, & solatrum. Et Gale. multum succum plantaginis commendat in passionibus vuluę, propter corrosionē ibi fientē. Et ex fortibus lacerationibus venarū, quę in membris fiunt, sunt illę, quę in pectore fiunt. & fortiores illis sunt, q̄ in venis fiunt pulmonis: & ita ꝙ aliqui dixerunt ꝙ nunquam consolidanē

A dantur: sed quando ad saniem deducunt, perfecte non curauē: sed cū bono regimine, si inueniri pōt, eorū ꝓlongabit vita. Et sunt aliqui, q ex hac infirmitate minime motiunt. & hoc dico, qd ꝓ animā meā proba ri potest ex dictis Galeni: quāuis illud non dicat manifeste. sed multi ex modernis hoc testificati fuerunt. & dicit Auic. ꝙ vidit mulierem, quę vixit viginti annis post lacerationē venarum pulmonis: sed illa semper comedebat zuccharum rosatum cū pane facto cum coriandro. Et ego assentio ei quod dixit, eo ꝙ filij Auē B zoar mihi simile retulerunt, ſ. ꝙ in pluribus hominibus hoc idem vide runt. In principio vero huius dispositionis si fit propter percussionem, aut propter aliam ex rebus extrinsecis, debet phlebotomari ex vena cōmuni, si multa fuerit repletio: & si non fuerit multa repletio, de basilica minuendus erit: & sanguis duabus vicibus extraharur. & tempore phlebotomiæ testiculi, & brachia ligentur: & a tussi abstineat quātum plus potest. Galenus precipit dare acetum cum aqua mixtum, si medicus viderit, ꝙ in pulmone sanguis C fuerit coagulatus. & hęc medicina est contraria iuuamento causæ, & accidēti: propterea quia aceto inest per naturam vt moueat tussim, & tussis prauum est accidens: & hoc timendum. & acetum cum sit pungitiuum, vulneri nocet, & sanguinem subtiliat, & aperit, & fluere facit. & propter hoc acetum dimittendum est. Et medicinæ dandæ sunt habentes repercussionem, & styptícitatem. & eligenda sunt styptica, quib⁹ subtilitas sit admixta propter membri profundationem. & quod mihi vi- D detur hic melius omnibus alijs reb⁹ est zuccharum rosatum cum aqua, in qua coctæ sint glandes, & nuces æqualiter. Et cauda caballina, & mirabilis Abumeron Auenzoar mihi indicat ꝙ hæc aqua debet esse illa, si qua ferrum multum fit extinctum: ita ꝙ propter hoc a sua quantitate decrescat, & postea in ea res bulliāt. & per hanc viam possibile est glutinationem sanguinis fieri, & consolidari plagam. Et quod multum necessarium hic existit, est cibi diminutio. & sufficit aqua ordei cum nucleis assis granorum mali granati ī E prādio, aut pultes granorum ordei: & sero vnc. ij. panis cū testiculis gallorum. Et si cā fracturæ venæ fuerit reuma, quod illuc concurrerit, & cō mouerit tussim, et pp hoc vena sit aperta: aut pp humorē acutū, qui substātiā corrosit pulmonis: tunc pharmacia phlebotomiæ est admiscenda, & superponere capiti res desiccatiuas. sed si causa reumatis frigida fuerit, superponamus capiti pulueres caryophyllorū, pipis, pulegij. & si cā remisse calida fuerit, sufficit pulmacis, & nucis muscatæ, & corticis F pomorū cydoniorum, & omnia quę habēt virtutē calefaciendi modicū, & cū modica siccitate sunt cā solidationis vulneris. Et quia in breui tpe vuln⁹ ad saniem potest peruenire, iō studere debem⁹ in remouendo cām quantum possumus. & hoc fit exiccādo corpus modis oīb⁹, quib⁹ possumus. Et pp hoc theriaca in hoc loco iuuatiua existit, & maxime non ter cōfecta: & ꝓpter qtē hēt retinendi sanguinē, quēadmodum hēt inhibendi fluxum. & postq̄ ita est, hic

Universidad de Deusto
Biblioteca

G cura conueniens existit duabus speciebus sputi sanguinis, siue fuerit ex causa intrinseca, vel extrinseca: & Galen⁹ commendat hic trochiscos andaracharon. Quando vero factum fuerit vulnus sanioſum, Galenus dicit q̃ causa suæ incurabilitatis est, quoniam sine tussi mundificari non potest: & tussis tumorem augmẽtat, & apit vuln⁹, & grossicies tumoris augmentat saniem. Adhuc mihi videtur q̃ causa suę incurabilitatis sit: quia cum hoc membrum apostematur, vulnus ipsius induratur, & sanationem recipere non po-
H test, sed tamen longo tempore viue re potest. Et habenti saniem in pulmone debemus propinare medicinas & cibos, qui habent aliquid absterſionis cum aspersione & confortatione: sicut capill⁹ veneris, & cortex citri, & mastiche, & radix lilij. & panem comedat cum zuccharo rosato, & vuas passas pingues. & bibere lac, hoc laudabile existit: & bibere aquã ordei: & terras habitare sicas. & simile huic faciat, qui toto tẽpore in reumate frigido perseuerat. Et si vlceratio est in canna, meli⁹ cu-
I ratiuis desiccantibus vlcera pulmonis, & pręcipiẽdo infirmo vt in ore teneat medicinas desiccatiuas & absterſiuas mixtas cum lenitiuis: & vt iaceat supinus, vt facilius medicamina transire possint, discurrendo per vulnera, quemadmodum tos discurrendo per parietes, & muros, per terram. Quòd si causa fluxus sanguinis fuerit ex aperitione orificiorum venarum, cura eius erit cum medicinis leuibus stypticis. Sed si causa aptionis venę subtilitas sanguinis fuerit, ipsius sanatio est cum cibis grossis cõglutinatiuis. Sufficit nobis hucusq; dixisse de solutione continuitatis arteriarum, & venarum. K

De cura solutionis continuitatis in Neruis, & Lacertis. Cap. 35

NVnc vero volumus dicere de solutione continuitatis, quę i neruis, & lacertis accidit. Et dicim⁹ q̃ quando solutio continuitatis in his mẽbris accidit, tunc necesse est corpus cum phlebotomia, & pharmacia euacuare: & studioſe pſpicere vt in vulnere aliquid sanici non fiat, ne dolorem spasmoſum inducat. & ideo quia neruus est mẽbrum profundum viscoſum, non sufficit in mundificatiohe saniei medicina consolidatiua: sed necessaria est medicina, quę cum calefactiõe habeat suctionem, vt saniem trahat sine mordicatione. & ideo in principio necesse est hoc vulnus apire. Et medicinę hę vtiles sunt, sicut viscus alboan. & q̃ fortius existit est, quãdo aliquid addimus de euphorbio: & maxime si corpora humida fuerit, confert valde. Sed in corporib⁹ durę M complexiõis & siccis, valet opopana cum, & assa fœtida. & sulphur crudum, oleo oliuę mixtum in his multum valet. & gummi pini in his vtituti visei, & glandium proximũ est. Et quando inciditur, vel scinditur neruus, & cutis desuper fuerit eleuata, tunc has nõ posset medicinas sustinere, sed erit sufficiens abluere ipsum cum oleo oliuæ, & ponere desuper tutiam ablutam. Et si corpus durum extiterit, trochiſci andarachaL

A ron erunt sufficiẽtes. Et si neruus extransuerſo, & ex toto non est inciſo, tunc vulnus piculoſius est, q̃ si incisus in longitudine traheretur. & hic est timor spasmi. & ob hoc regimen istud totaliter est adhibendũ, vt prouidus sis in resistẽdo spasmo. Sed res, quę mitigant dolorem nerui, ipso non existẽte discooperto, est oleum oliuę calidum: propterea qa resistit omnibus passionibus nerui. sed quando discoopertum est, tunc contrarium existit: & non est ponẽdum nisi doloris fortitudo nos impellat. Et necesse est vt medicinæ,
B quæ neruo superponũtur, sint actu calidæ: ideo quia hoc membrum pro maiori parte a frigore læditur.

Et quando apostematur neruus, & ex eo timendus est spasmus, tunc ex toto incidendus est: quia ex hoc securabitur a morte: quamuis membrum adducamus ad priuationem sensus, & motus. Ligamenta vero fortiores medicinas patiũtur quàm nerui, & similiter chordæ: quamuis viciniores sint neruis. Sed ligamenta, quæ cum lacertis sunt coniũcta,
C medicationem similem medicationi neruorum recipiunt. Sed quæ ossibus continuantur, fortiores recipiunt medicinas.

De cura fracturæ Ossium. Cap. 36

DEinceps loqui volumus de solutione facta continuitatis in ossibus, quæ ruptura nuncupatur. Et dicimus q̃, quando ruptura fuerit in osse ex transuerſo, tunc necesse est, vt partes ad sua propria loca reducamus: & ad hoc vnamquanq; partem trahere cum instrumento D ad hoc solito, aut manu, donec suo musculo vniatur, & æquare quòd sit æquandum: & postea ligatur, secundum quòd præcipit Hippocra. Et est vt duæ fasciæ accipiantur, & cum vna incipere a loco fracturę superius ascendendo. Et Hippocrates hoc laudat ligamentum: quia per hoc cursui materiei resistitur ne sanietur. quod non accideret, si superius ligando ibi inciperet, & vsq; ad rupturæ locum perueniret. & prȩcepit Hippocrates, vt sic ligatum steT vsq; ad septem dies propter apostematis metum. propterea præcipit, si E dolor membro superuenerit, vt super membrum ponantur medicinę mitigatiuæ. & si pruritus adfuerit, embrocetur aqua calida, ad hoc vt pustulæ non oriantur: & hoc prima septimana. propterea si securi sum⁹ ab apostemate, tunc non solum nõ sufficiunt fasciæ, immo astellæ erũt adiungendæ. Dicit Rasis: qui medẽtur hoc nostro tempore fracturis in prima septimana, astellas ponunt: & Hippocrates hoc apostematis metu verat. Et etiam, quia prima septimana non timemus, quòd mem- F brum fiat tortum, sed apostemata * tantum timemns. Item Rasis dicit, quòd fractis ossibus, nostri temporis Medici in principio ponunt astellas in extremitatibus medicinarum, quibus membra ligantur cum farina ordei, & albumine oui, & sic dimittunt donec * conualescant. *coalescãt Et mihi videtur quòd ille, qui per hunc modum curatur, ille casualiter euadit. & melius est dissoluere fasciam, & sic fiat omni septimana, & videre porum sarcoidem: (& est il-

G lud, quod dicimus in Latino supra os)qui si nimis fuerit grossus, superponendæ sunt medicinæ multum desiccatiuæ,& fascia bene constringatur. & si nimis fuerit subtilis,embrocetur spongia, & aqua calida, & fascia elargetur.Et si fuerit repletio, medicetur phlebotomia,& pharmacia, & ipsius cibus subtilietur multum. & quando trãsiuit primam septimanam, debet cibari cibis similibus illi substantiæ, quam volumus generare, vt cibis grossis & viscosis.

Et si fractura cum vulnere carnis
H existit,necesse est vt orificium vulneris remaneat apertum. Et si os in longitudinem scissuram patiatur,ligatura sola cum bono regimine sanat. Et si fractura sit in osse cranei, vt penetret vsque ad telam, tunc necesse est vt circa scissuram os remoueatur,vt mundificati possit a sanie tela,ne telam corrumpat.& si sic nõ fieret,sanari non posset, sed hoc in loco nostro non inuenitur, qui hoc facere sciat. Et sufficiat hoc in omnibus speciebus malæ cõplexionis, & solutionis continuitatis,& primo in membris consimilibus.

I *De cura ægritudinum Officialium membrorum : Primum autem de cura ægritudinum in numero.*
Cap. 37

ET dicamus quòd ægritudines membris officialib⁹ appropriatæ,quædam sunt, quæ sunt ægritudines secundum numerum magis & minus:& quędam sunt,quæ sunt ægritudines creationis,sicut figura, oppilatio & apertio,asperitas & leuitas:& quædam sunt ęgritudines positionis . Sed ęgritudines numeri, K
quędam sunt naturales, sicut digitus sextus: & quasi ars Medicinæ hoc non considerat: & quædam sunt non naturales, sicut lapis qui nascitur in vesica, & lumbrici qui in corpore nascuntur, & verrucæ,& aqua in oculum descendens. & vngula. & antecedens causa istorum est materia distemperata in quantitate,& qualitate. Et si istæ ægritudines sint in fieri, causa efficiens removeri debet cum euacuatione vniuersali, & postmodum membra superflua erunt removenda. & si facta fuerit,quod factum est, erit re- L
mouendum.Et medicinas proprias vniuscuiusq; illarum rerum tu scis in multis particularibus libris. Sed quę lapidem expellunt,& arenam, sunt medicinæ appropriatę illi operationi,sicut diximus. Lumbrici vero.& ascarides occiduntur cum medicinis amaris: sicut est absinthium & * centonicum. sed cucurbitini fortioribus indigent medicinis. Verrucas vero eradicamus cum ferro, vel cum penna,ponendo verrucam in concauitate pennæ,& circumgirando violenter extirpare. & quæ huic operationi vules existunt,sunt pennæ aquilarum, & gallorum. De aquis,& saniebus, quę in oculis aggregantur,dicit Gale. de quibusdam Medicis oculorum, qui infirmum ponebant super scamnum,& & caput inferius quassabant,donec videbant saniem ab oculo descendentem : & hoc in aqua oculi fieri non posset, eo ꝙ nebulæ assimilantur:ita quòd quando ipsam descendere facimus, reuertitur superius. propterea non valet aliter,nisi inferius

* santonicum. Oppo. vt 16. tertij. tract. 3.c. 4 in fine, vbi dicit ꝙ assantides indigent fortioribus medicinis. Et nõ scias ꝙ aliter accipiat eas curbitinos: nam vermium sunt species quatuor.

A nus cum instrumento trahatur.
Et collyria fellium senibus valent, & aquis quæ ad oculum descendũt. Et aliqui sunt,qui curant eas aperiẽdo . Vngula autem, quando est magna,curatur cum ferro:& si parua fuerit, curatur cum medicinis.
Sed mollam removemus cum medicinis prouocantibus menstrua,& cum aborsum facientibus. Sed ægritudines diminutiõis nũeri sunt, sicut caluitium propter alopeciam.

Et tu scis, quòd pilorum generatio ex superfluitatibus fit laudabilibus,& inlaudabilibus.ergo casus eo
B tum est propter defectus illarum superfluitatum: aut ex corruptione dictarum superfluitatum,quę egressę sunt a sua natura in qualitatib⁹ malis.& propter hoc necesse est, vt expellam⁹ ipsas superfluitates p pharmaciam Diminutio vero carnis dictum est,qualiter debeat restauran.

De cura ægritudinum in creatione.
Cap. 38

SEd ęgritudines in creatione, ex quibus vna in figura existit, vt plurimum sunt naturales. & ideo
C in curatione medicina ingressum non habet. Et si etiam tempore partus vsque ad finem augmẽti ad bonas conuertantur formas, rectificari possunt. Et etiam lenitas,& asperitas ęgritudines formę existunt. Et asperitatis causa est humor choleri cus acutus,aut phlegmaticus salsus. & sanatio istius est superfluitatis istius euacuatio,& membrorum confortatio cum rebus styptícis, ne huiusmodi materia vlteri⁹ spargatur: & postmodum cum medicinis leni tiuis asperitas remoueatur. Sed leni D
tas ab humore fit leui, & lubricatiuo.& huius sanatio est illum humorem remouere . & secundum quòd dictum est in alio, hoc erit faciendum. Et sub hoc genere oppilationis ęgritudines continentur.Et si in fieri fuerit, humorem facientem euacuamus cum vsu medicinarum aperitiuarum,quæ illas aperiant oppilationes.Et si factę fuerint,& non adsit repletio, aperitiuę medicinę sufficientiam habent. Et apertioni viarum,quę clausę sunt, medicatio erit per contrarium : sicut sunt medicinę styptícę, & confortatiuę. Et E
aliquando curatur hęc passio cum medicinis styptícis,& stupefactiuis. & hoc fit,quando virtus superat expulsiua.

De cura ægritudinum in positione: & operis peroratio.
Cap. 39

ET positionis ægritudo hernia manifestior existit : sicut quę in ventre, & testículis fit.Et quę in vẽtre fit, sanatur vt ęger super cerui-
F cem ponatur, & quod egressum fuerat,reducatur . Et fractura styptícis sanatur, sicut cum nucibus cupressi,& gummi glandium, & similibus . Et si tumor fuerit, qui reductioni resistit, remouere illum debemus cum rebus remouentibus ventositatem. Hernię vero,quę in intestinis descendit,curatio est,vt qđ egressum fuerit reducatur, & exercitium inhibeatur. & hęc ęgritudo difficilis est ad sanandum⁹. Ex ęgritudinibus positionis gibbositas existit . & huius curatio est humorem grossum viscosum euacuare,&exhibere medicias vaporabiles, q̃ vẽtosi

G tatem diminuunt grossam. Et huiusmodi ęgritudinum est dislocatio. & hæc per reductionem membri ad proprium locum curetur, an reqnam apostemetur. Et scias, ꝙ quodlibet membrum, quod dislocatur, eius positio læsionem recipit, excepta brachij, & spatulæ dislocatione: tamen huius scientiæ artifices cognoscunt eam. Sufficit tibi & illis, qui tibi assimilantur, quod breuiter de generibus ęgritudinum dictum est. Quia hunc librum nō composui, nisi propter illos, qui tibi
* dicendū in perfectione assimilantur. quia il
H li comprehendent quod * dictum est, ab eo quod est dictum, propter fundamenta & principia, quę habebunt. Nam tu scis ꝙ omnes scientiæ principium sumunt duobus modis, aut a rebus per se notis, aut ab alia scientia. Et maxime tibi sufficit quòd in hac scientia multas habes doctrinas, & principia. Et scias quòd ille, qui a te elongabitur, hunc librum vitabit. Sed debuissem com K pleuisse sermonem meum in sanatione accidentium vnicuique membro superuenientium: propterea quia etiam accidentia secundum aliquem modum ægritudines dicuntur: & melius in declaratione rerum vniuersalium existit, vt ipsa vniuersalia ad particularia reducantur. sed ad præsens mihi commoditas non respondet: quia in alia re, vel arte hac nobiliore studere intendo. Vnicuique volenti ad huiusmodi præclaritatis scientiam peruenire, bonum est vt libros Abumeron Auenzoar studiosè legat. nam L illic medicinæ thesaurus patet manifeste. Et Deus nos ab errore exuat: & ex ipsius lumine nostros oculos illuminare dignetur.

Librorum Septem Colliget finis.

MAR-

MARCIANTONII ZIMARAE

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS AVERROIS.

Super Secundo Colliget.

2. Colliget cap. 1

NOtanda est cōtradictio in secundo colliget, capi. primo. Dicit Auerro. quod res, quæ generatur ex pluribus vna re, nō complentur, nisi quando miscentur illæ res ad inuicem, & faciūt vnum corpus, sicut est tequinlabin, quod fit ex commistione mellis & aceti &
B aquæ, quorum quodlibet stabat per se in actu. Sed huic propositioni statim aduersatur dictum suum in eodem capitulo, vbi dicit quòd membrorum quædam sunt cōposita ex elementi prima compōstrione, quædam vero secunda compositione mediante prima. & declarando primum mēbrum dicit, quòd membra cōsimilia sunt huius speciei. patet autem quòd membra consimilia, quæ à Græcis homiomera appellantur, non componuntur immediate ex quatuor elementis actu existentibus in matrice, quæ postea miscentur ad eorum generationem. nam generantur immediate ex sanguine menstruo, qui fuit generatus ex cibis & potibus, sicut ipsemet fatetur in eodem loco. Amplius generatio cōpositi ex materia & forma est generatio corporis ex pluribus vna re, quia materia
C est primo diuersa à forma, & tamen materia & forma non sunt duæ res in actu ante generationem compositi corporis. nam, vt dicit Comment. in. 7. primæ Philosophiæ commen. 26. agens non facit in alio aliud, sed ex alio aliud: quia non facit in materia formam, sed facit ex materia formatum. & eandem sententiam tenet Aristote. ibi, & Commen. diffuse in. 12. meta. com. 18. vbi recitat tres opiniones de generatione rerum. Dicimus nos cum Peripateticis, & præsertim cum Alexandro in Paraphrasi de anima cap. primo, & in libello de mistione. & cum Themist. in Paraphrasi super. 2. de anima cap. 3. triplicem esse compositionem. Prima est, quando aliquid ex rebus corporalibus componitur, vt domus ex lapidibus, & lignis: ex carne & ossibus generatur animal. Secundum genus compositionis est permistionem, vt mulsum ex aqua & melle. & hoc secundum genus differt à priore, quia in priore totum & partes diuuncta & disclusa sunt locis: in hoc autem quicquid loco discluditur non venit in mistionem, quia totum & partes in eodem loco esse videntur, re vera autem abolitę sunt partes, & seruatur integritas. Tertius modus est, quo ex ære & figura cō- E
stare statuam dicimus, & vniuersaliter ex materia & forma corpus. Dicimus igitur propositionem Auerro. veritatem habere de generatione rei ex pluribus vna re in actu, sicut est generatio misti, quod de nouo dicitur generari ex pluribus in actu immediate, quòd tunc oportet quòd elementa veniant in locum mistionis, & alterentur, & corrumpantur vsq; ad medietatem, vt ipse tenuit in. 3. cœli com. 67. sed. si mistum debet generari ex alio misto, non est necessarium: quia tunc generationis eius vnum est actu, puta sanguis menstruus est subiectum generationis membrorum consimilium. vnde membra consimilia ideo dicuntur fieri ex elementis prima compositione, non quia immediate ex elementis tanquam ex materia proxima generentur, quia hoc est contra sensum. sed hoc est re- F
spectu membrorum organicorum. vnde sensus Auerro. talis est, vt illa dicantur generari ex elementis prima compositione, quæ non generantur per tot media, per quot generantur organica. nam iste est ordo. ex elementis generantur cibi & potus: ex cibis & potibus generatur sanguis menstruus: ex sanguine menstruo membra consimilia: ex consimilibus organica. patet autem quòd plura mediant inter generationem organicorum ex elementis, quàm in generatione consimilium. si elementa igitur de nouo debent venire ad generationē alicuius misti immediate, oportet vt prius sint separata in actu, & ab agente moueantur ad locum mistionis, in quo simul congregata alterantur, & diuidantur ad partes mi-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

G minimas, vt dicit Auicen. & sic resultat cõplexio. & per consequens forma mixti. Sed non est vera semper in generatione cuiuslibet mixti ex alio misto, in quo elementa erant retracta & vnita, quia tunc non sunt in locis diuersis, vt patet. Intelligitur etiam Auerro. propositio de generatione ex pluribus compositis ex materia & forma. & hoc dicitur, quia fallit de generatione eorum positi ex materia & forma simplici. nam quæ sunt præter materiam simplicem & formam simplicem sunt formæ compositæ & materiæ compositæ. In tali enim generatione agens non congregat inter duo diuersa actu, sed extrahit illud, quod erat in potentia ad actum. Aut dic quòd propositio Auer non habet locum de generatione, quæ definitur in primo de generatio. vbi dicitur, Generatio est transmutatio totius in totum, nullo sensibili remanente, vt subiecto, sed habet locum de generatione mixtorum modo declarato alibi enim dixi varias esse definitiones generationis ab Aristote. traditas. & tu bene intelliges, si videbis quæ scripserim in quæstione de mixtione.

H

2. colliget cap. 8. Secunda contradictio est in. 2. colliget cap. 8. Tenet quòd nerui nascuntur in cerebro, & quòd non sunt infixi in eo, vt dicit Gale. Sed huius oppositum tenet in. 3. de partibus animalium cap 4. vbi Aristot. tenet cor esse principium nervorum. Re-

Solutio. sponsdetur. loquitur hic ex mente Galeni, & adducit eius apparentiam, sed non probat propter hoc opinionem eius.

2. colliget cap. 9. Contradict. est in super capit. 9. Dicit q; membra, quę ordinata sunt ad attrahẽdas superfluitates sanguinis, non faciunt hoc, I nisi quia sunt sibi conuenientes in cibo. ex quo sequitur q; cystis fellis, cum sit ordinata ad attrahendum choleram, & splen melancholicam, & renes & vesica ad attrahendum aquositatem sanguinis, talia membra nutrianutur ex istis superfluitatibus Sed hoc contradicit magistro eius Aristo. & in libris de partibus, & de generatione animalium, volentis in habentibus sanguinẽ, sanguinem esse vltimum nutrimentum, ibi probat primo de generatione animalium choleram non posse nutrire aliquod membrum, quia habet qualitates oppositas nutrimento. quia nutrimentum est dulce, & cholera est amara. Item contradicit iste vir ibi ipsi in. 2. Colliget capit. primo vbi tenet contra Medicos, quòd membra consimilia non possunt generari ex cholera & alijs superfluitatibus, quia in vulua non reperitur in actu nisi sanguis tantum, & non alij humores à Medicis nuncupati. sed eidem est materia generationis & nutritionis. Quòd si dicatur quòd sermo eius hic de membris officialibus & non de simplicibus. Contra, quia officialia augentur, & nutriuntur, quia simplicia augentur. & nutriuntur, vt patet ex primo de generatione & corruptione in tex. com. 14. Nisi esset quòd hoc dictum est ex mente Medicorũ. Sed ista solutio stare non potest, quia sermo eius manifestat se ex propria intentione loqui, quia dicit, & scias hoc, & ita tradas obliuioni. Amplius, tunc sermo eius esset in illo libro, sicut sermo Auicen. qui semper reperitur mẽdax inter Peripateticos, & Loquentes, vt ipse dicit in. 2. physicę auscultationis cõ. 22. & ita incidit in consimilẽ errorẽ, q uia tunc nec est purus Medicus, nec purus Physicus. Ideo aliter dicendũ puto, sicut ipse dicit in simili de stomacho in eodem cap. dum dubitat verum nutriat ex chylo, & dixit q; illa nutritio potius videtur spectare qualitati q̃ quantitati. ac si dicat q; non est vera nutritio. sed qa operatio eius & obiectũ proprium eius est eibꝰ, qui in chylum conuertitur, ideo cessat fames sumpto cibo, sicut cessat sitis sumpto potu. & stomachus voluptuatur in illo chylo. ita ẽs potest dici de hmõi mẽbris a natura destitutis ad attrahendum hmõi superfluitates q; voluptuanẽ in eis, sicut sus I cæno & luto speculẽto, & est per vtã qualitatis, & non q̃titatis par verã nutritionem. Aut hoc est, vt ẽ ipse dicit ibidẽ, qa ibi est cõmista aliq̃ humiditas sanguinea, aut phlegmatica: & sic rõne eius sit nutritio, & non merito cholerę purę, aut melancholię purę. Nã ẽt ex sola Arist. multa sunt alia, quæ non nutriunt sanguinẽ, sed aliqua humiditate ꝓportionali. & ita dictũ Aristo. in habentibus sanguinẽ sanguis est vltimũ nutrimentum, est verum: vel aliquod sanguinẽ ꝓportionale saltẽ i aliqbus mẽbris, vt in stomacho, & in istis iam allegatis.

K

L

Solutio.

M

2. colliget cap. 15. Quinta contradict. est in capit. 15. Dicit Auer. carnem esse organũ tactus, & q; neI ui non curuũt nisi ad tẽperatã cõplexionem carnis, qa sunt in sua compone sues complexioni cerebri. & ideo in animalibus perfectis in carne ipsorũ sunt disseminati multi nerui, & vbi nerui multi isti non perueniunt, illa mẽbra hũt sensum durũ, & obtusum

A tusum. Sed huius oppositũ ipse tenet in. 2. de aia in cõ. 123. Etiam contra hãc opinionem vt esse Aristo. ibidẽ, & Themist. Vide

Solutio. Ciceliatorẽ in ꝓpria dicta de hac materia. Secundũ istam Auer. in isto loco videt eẽ dicendũ carnẽ esse organũ & nervum esse ad tẽperandã cõplexionem carnis. & ideo caro, vbi sunt multi nerui disseminati, est magis sensitiua. Sed tunc, qñ dr ꝓ caro est medium. 2. de aĩa, hoc intelligendũ est de carne pura, cogita, qa Arist. in. 2. de aĩa dicit q; organũ est innatus, & Græci exponunt illud pro corde ibi, & Auerro. pro veritate contradicit sibi in hoc loco, & ibi, vt videtur. Videt mihi q; ad euitandã istam discordiã. q; aliud est loqui de tactu vt cõparat membris simplicibus, aliud vt cõparatur membris organicis. partes.n.nrã corporis sunt duplices ex primo de historia aialium capit. 1. & de partibus, similares, & dissimilares. & iter ũ operationes aiæ, quædam sunt actiones, & quædã passiones, cũ virtutum aiæ quædã actiuæ quædã passiuæ sint ex 2. de aĩa. & Arist. iudicii facit cõparando actiuas passiuis, q; virtutes actiuę simpliciter attribuunt membris organicis, & virtutes passiuæ principalr attribuunt membris consimilibꝰ, vt 1. de hist. aialiũ ca. 4. & ẽ in cap. de carne. & de ijs, q̃ vice carnis habentur. & tũc cũ tactꝰ sit de virtutibꝰ sensitiuis q̃ enumerantr inter passiuas virtutes aiæ. 2 de aĩa. 52. & 3 de aĩa cõ. 18. authorizate Alexan. vt principalr ista virtutẽ attribui membro cõsimili. mẽbra aũt cõsimilia, vt Arist. dicit, sunt caro, sanguis, vena, arteria, nervus, pilus, pinguedo, os, vnguis, & id genus.

Tolerantia ẽ organa ad sensus actus.

B

Quare aũt aliter vel alr per sensum tactus ops ex istis mẽbris illi principalr tactũ attribui, cuius cõplexio est magis tpata, quia operatio tactiua tpamẽtũ requirit. Discurrẽ ti aũt p singula ex mẽbris cõsimilibꝰ, quæ

C supernus enumerata sunt, nullũ ẽ magis aptũ vt sit organũ, nisi caro. sanguis.n.est pp carnem, & ẽ mã eiꝰ, & carnis complexio ẽ calida & humida in suo tpamẽto, in quo cõsistit vita. & sensus nervus vero, venę, arteriæ habent cõplexionẽ frigidã & siccã. & iõ dicunt pp istã rõnẽ carne eẽ organũ. isto mõ Arist. loquit in 2. de historia, vbi tradit doctrinã qa, & ita determinat i lib de gibus aialiũ, vbi tradit pp qd. Sed, si nos debeamus attribuere sensum istũ mẽbris organicis, tũc sine dubio illud ẽ primũ organũ tactus, i quo primo appet inter organa ista opatio, & virtute carnis ista opatio aliis or-

D ganis cõiecta, quia cor ẽ primũ, qd viuit & sentit, & alijs sensus est ꝛ cor cõicatꝰ. & iõ argumẽto illo Arist. posuit cor in 3. de partibꝰ, qñ loquit de organicis, eẽ principium oĩs sensus. Qñ igit in lib. de aĩa loquit de tactu, loquit vt ẽ in habundine aĩæ, q̃ est actus corporis istrumẽtalis seu organici actus. & ita dixit illud, qd ẽ organũ tactus, ẽ intus. s. cor, & caro dicta extrinseca, cui adueniũt sensibilia, cõcurrit in rõne medij. sed, qñ dixit carnẽ eẽ organũ, cõsyderauit cõparãdo ptes similares. Vñ, si ptes similares in cõi, aut saltem partes similares cordis, ex quibꝰ cor cõponit, nũquam & cõparent inter se, cuiq; istorũ tribuit tactꝰ. Cor.n. Fm Aristo. est principiũ oium venarũ & nervorũ, & ẽ i eo sanguis & adeps. sic Fm Arist. dicẽdũ ẽ carnẽ esse organũ. & nullꝰ negi Græcorũ, nec Arabũ, nec Latinorum E vi sit ista cõciliationẽ in Aristot. ante nos. quia aliter loquit in 1. de partibꝰ, & i 1. de historia, qñ dixit carnẽ, alr in 3. de pibꝰ, qñ dicit cor. quia ibi loquit comparãdo ratũ ad partes similares, sed in 3. ad partes dissimilares. & sic ẽt i 2. de aĩa qa aia ẽ actus primꝰ corpis organici. & iõ tactꝰ, vt ẽ de virtutibꝰ aiæ, 1 lib. de aĩa hẽt primo cõsyderari, vt attribuit mẽbro organico pp aĩę definitionẽ Caro igit Fm Ari. alr & alr ẽ organũ. & ẽ medũ. Vid ꝓ cõplemẽto Albertũ 12. de aialibus tractatu 2. cap. 8.

2. Colliget cap. 17. Quæra cõsirandi. ẽ 1. cap. 17. Scribit Auer. q; sensus olfactus I aialibꝰ, q̃ odorant sine attractibꝰ, vt est I apibꝰ & formicis, iste sensus ẽ clarior, q̃ I iijs, q̃ odorãt p attractionẽ. Sed huius oppositũ legim in 3. de gñatiõe aialiũ cap. 4. q; sensus claritas ꝓuenit ex organi syncritate, q̃ attestat cõplexiõi magis tpatæ. Cũ igit multa aialia saltim hõ, q F p attractionẽ odorat, habeat complexionẽ magis tpatã, igit organũ eius est syncerꝰ, & p cõsequẽs sensus olfactus est clarior.

Solutio. Nisi esset q; dictum eius est intantum, quo ad manifestationem actus sentiendi, quia animalia ista, vt apes ad longam distantiã intsequunt nutrimẽtũ ex odore sine attractione. sed aialia, nisi attrahant, debilr immutantur. vnde, qñ volumus bene peipe appropinquamus, & attrahimus odores, & ita faciunt carnes & alia. sed, quò ad distinctẽ cognoscere de ijs odorum nos excellimus alia. & ista est sententia Aristote. ibi, licet multa quò ad distantiam excedãt nos in hoc actu.

SVPER

G SVPER TERTIO LIBRO COLLIGET.

3. Colliget cap. 12. Contradictio est in 3. Colliget ca. 38. Loquês de sensu visus, & accidentib⁹ ei. dicit q, ꝓprietas visus é, q, ē susceptiu⁹ colorū, q nō sunt denudati a materia. Sed hoc cōtradicit philosopho 2. de aia, qui dicit cuiuslibet sensus, ꝓ priū ē susceptiuū spērū sine materia. Solutio, q, intelligit de abstractiōe a materia & cōditionib⁹ eius: hoc. n. intellectus est, ꝓpriū. & iō infert q, si ita esset, tūc ipse esset intellectus. verba. n. sequē tia hunc sensum præseferunt ibidem.

Solutio.

SVPER QVINTO LIBRO COLLIGET.

5. Colliget cap. 12. Averroes i 12. ca. vbi de medicinis stipticis loquit, loquit q, frigiditas, q non est terrestris, ē debilis opationis. Vt igit q, terra sit frigidior aqua, cui⁹ oppositū hr in 2. de gnatione & corrup. te. cō. 21. Soluit intētio eius est ponere driam inter medicinas oppilatiuas, & stipticas. nā licet ambę frigidæ sint, tñ differūt. quia oppilatiuę fundant in materia subtili, sed stipti ęę in materia grossa. & iō ē materia terrestris, quia frigiditas iūcta siccitati inducit grossitiē, sed iūcta hūiditati iducit subtilitatē. & iō dicit, q, istæ stipticæ medicinæ sunt natura frigidæ, & terrestres, & fortis siccitatis, quia terra é principium siccorū. Sed ista solo stare nō pōt. quia ipse i cap. d medicinis oppilatiuis dicit q, sunt naturę frigidæ, & terrestres, & remotæ a mordicatiōe. Nisi eēt q, ē latitudo i mistis, quia terrestreitas magis dnat i stipticis. vñ ibidem dicit q, oppilatiuæ aut sunt tpatæ cōplexiōis, aut declināt ad partā frigiditatē. vñ cōplexio mistorū differt a cōplexione simplicū, & habet latitudinem magnam, & diuersitatem etiam in ipsis mistis.

H

Solutio.

I

5. Colliget cap. 23. Scda cōtradi. ē i ca. 23. Dicit Auer. q, nō é extraneū vni⁹ agētis actiōes diuersificari diuersis dispōnib⁹ subiecti. Hui⁹ oppositū hr in 2. de aia cō. 60. Soluit nō est cōtradictio. nā fmo eius in 2. de a'a é fmo cōparationis, videlicet q, melius est existimare materiā diuersificari per formā q ecōtra. quia vt dicit cō. 2. phy. in hoc Arist resistit Antiquis cō. 37. ipsi. n. opinabant q, formæ sequunt materiā, & diuersificant p illas. & ipse opinat ecōtrario. cū hoc tñ stat dictū eius in hoc loco, quia actus actiuorū sunt in patiēte & dispositio. & iō nō inconuenit ab vno agente ex diuersis dispōnibus subiecti puenire diuersos actus, sicut ibi dat exēplū, q, medicinæ, q Bezahar a Medicis dicunt, i. q sunt appropriatæ cōtra aliqua venena, corpus sanū interficiūt, & corpus affectum dispositione venenosa, cui illa medicina contrariatur, sanat illud.

K

Tertia contradict. ē in cap. 24. Dicit q, corpora animalū sunt calidiora terræ nascentibus. & iō in terræ nascētib⁹ non inuenit calor in actu. Sed huic aduersat dictū Aristo. in lib. de morte & vita, vbi definit gnationē a'atorū, dicens q, gnatio est prima participatio aiæ i calido naturali, & vita est eius permāsio. Amplius in 2. de aia, & i lib. de lōgitudine & breuitate vitæ, a'a ossa imbāte igne opat, & ita in vegetabilibus é calor in actu. Soluit. non ē in actu secūdo, vt sensibile a nobis sentiat, sicut ē in a'alib⁹. nā, vt dixit Gal. si quis poneret manum in cordis vētriculis, sentiret manifestā & notabilē caliditatē, qualē nō sentim⁹ in partibus intimis, aut exti in sec⁹ plantarū. & sic intelligit dictū eius. Et sic sit finis solutionū ad contradictiōes Arist. & Auer. super tota Philosophia Naturali, & super tota Metaphy. & super lib. de Substantia orbis, & super lib. Colliget. Ad laudē oipotētis Dei & gloriosissimæ virginis Mariæ, in quibus si quid dictū ē, qd a veritate fidei nīræ dissonare vr, illud ex Philosophorū mēte, & Auerr. cuius nos interpretes fuimus, dictū sit. Ego aūt in oibus Romanę ecclesiæ me submitto, ꝓ veritate fidei nīræ, ꝓ qua bis patiar mori, ꝓ qua bis mortar libens.

5. Colliget cap. 14.

Solutio.

L

Solutionum Contradictionum in dictis Aristo. & Auerrois finis. M

Ioannes Bruyerinus Campegius, vir doctus, ac in dicēdo perpolitus, tres Collectaneorū Auer. sectiones, tribus Colliget lib. Secundo, f. Sexto, ac Septimo respondētes Latinitate donauit, easq; in lucem protulit. Nos autem studiosorum commodo eas post antiquam librorum Colliget translationem vna cum ipsis imprimendas curauimus.

IOAN.

IOANNIS BRVYERINI CAMPEGII IN SECTIONES TRES COLLECTANEORVM DE RE MEDICA AVERROHI PRÆFATIO,

Ad Illustrissimi potentissimiq; Principis Lotharingorum Medicum Ioannem Galfredum doctissimum: atque Hieronymum Montuum Allobrogum medicorum præstantissimum.

NON *deerunt, scio, viri clarissimi, apud quos nostra hæc Collectaneorum rei medicæ Auerrohi interpretatio calumniam prorsus habitura sit. Quippe plerique omnes iuniores medici iã gratia habitura sit. Quippe plerique omnes iuniores medici iã intolerabile in Arabum Mauritanorumq; dogmata odium conceperunt, vt ne nominandi, citandiue locus relinquatur: principes etenim Hippocratem, atq; Galenum habere nos prædicant, quos in primis sectari, summoq; veneratione, simul ac diligentia obseruare debeamus, qui vniuersa, quæ ad medicinam pertinent, tam doctè, tam copiosè, tamq; accuratè posteritati tradiderunt, vt à cæteris nihil addi possit, quod rem medicam adiuuet. Quæ opinio, vt nobis omnino haudquaquam probatur, ita non vsquequaq; improbabitur. Sanè summus fuit Hippocrates, summus deniq; Galenus, verum numeris omnibus minime absoluti: quod de Hippocrate identidem ingenue fatetur Galenus: atque ēt de Galeno tum Græci, tum Latini, tum Mauritani, inter quos primas sibi vendicat Auerrhoes, qui multis in locis omni studio conatur conciliare Aristot. Galeno: interdum vero ab ipso notatur Galenus: quod quàm rectè, viderint docti. Ego quidem in ea sum hæresi, Arabum pariter ac Maurorum de medicina commentarios, prorsus haud esse negligendos, maiorum nostrorum vestigijs insistens, qui etsi eloquentiæ viribus minus valerent, ingenij tamen subtilitate, scientiarumq; omni genere minime destituebantur: quod me aliquando docuit noster ille Dionysius Coronæus, triplici lingua ornatissimus, Latina, Græca, atque Hebræa, mihiq; olim in literis Græcis præceptor: quippe inter euoluendum Gentilis in Auicennam monumenta, deprehendit illum multa assequutum iudicij acrimonia, quæ oportuit ab eo, qui linguam Arabum, Hebræorumq; calleret, explicari. Vbi etenim locus occurrebat, in quo variæ essent controuersiæ, codicem Auicennæ Hebræum (quem secum Romam aduexerūt, postremo Clementis septimi Pontificis anno) statim consulebat, illicq; perspiciebat Fulginatem, illarum linguarum omnino expertem, codici Hebræo planè assentiri. Quamobrē apud me plus sanè valebit veritatis amor, quàm timor calumniæ, quam vel doctissimi, sapientissimiq;*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tissimiq; defugere vix potuerunt. Sic varia sunt hominum suffragia: multis namq; recondita doctrina, impolita, incultaq; placet: alijs eloquentia sola arridet: nonnulli linguarum peritia, scientiarum tamen cognitione destituti, commendantur: quod prudentissime Erasmus uno libello declarauit. Ab Hippoc. Galeno, atq; alijs medicis Græcis nemo sanæ mentis negabit optimum medendi exemplari petì: nec inficiabimur è Græcia medicinam pro secta, & eam elegantissimam, atque incorruptissimam: non tamen ab his solis pendebo, in ipsorumque verba tam sanctè iurabo, vt non interdum melioribus, cumulatioribusque remedijs inuentis, ab ijs discedam, admittamq; si quid recentiores vel insigniter barbari, incultique, porrexerint melius. Nempe exempli gratia, si variolis morbillisq; adhibenda sit curatio, (Græci ἐκβλαστικὰ) quæ exigua ab antiquis proditа reperitur, num ex Auicenna, Auerrhoe, cæterisque id genus mutuo sumere verebor? Atqui Galenus vir elegantia styli incomparabilis ex Scribonio Largo, & alio quodam Lugdunensi medico quædam decerpsit, minime veritus ne incultior fieret oratio: Plato item eloquentissimus ab Hebræis, Aegyptijsque non pauca, rarissimaque didicit. Quinetiam Aristoteles ille eloquentiæ princeps à Iudæo quodam viro egregia multa hauxit, Clearcho Peripatetico testante: Theophrastus insuper (scribente Eusebio) ex Hebræorum libris non pauca laudauit, desumpsitq;: id tamen non obstitit, quo minus elegantissime placita sua posteritati mandarent. Nam quid opus est commemorare aliorum philosophorum, & virorum literatorum pene infinitorum peregrinationes susceptas? qui tamen vniuersi stylo elegantissimo, excultissimoque commentarios conscripserunt, nullamque barbariem ex barbarorum consuetudine imbiberunt: quin potius sese politiores, remissioresque effecerunt. Faciant igitur, qui hoc nostrum quodcunque negocium aliter nobis vertere volunt. Atq; haud secus, ac Carneades, qui scripturus aduersus Stoicos prius veratro superiora expurgarit, faciam, dum Auerrhoi nouam interpretationem legere aggrediemur. Sic enim contingetres, vt qui in ipsis continenter vitiosissimi fuci, vacuati, depulsique, nulla absurda, nulla tumultuosa, nulla denique distorta visa ipsis pariant. Verum enimvero Criticorum huiusmodi calculos, censuramue nihil moror: Vna mihi satis erit, vti nunquam satis laudati, vestra sententia, vnum vestrum iudicium pro lapide Herculio. Cur vero conuertendi in Latinum Collectanea de re medica Auerrhoi prouincham susceperim, in caussa fuit otium, quo ab Aulæ Gallicæ tumultibus liberi, aliquot iam menses fruimur Lugduni Mecænate nostro clarissimo, prudentissimoq; Cardinali Turnonio, Regis Christianissimi vices gerente. Considerantiq; mihi Galeni principis nostri vniuersa pene opera Latinitate donata, simul ac Græcorũ aliorum posteriorum, diligentia virorum doctorum, venit in mentem, nec quoque posse medicinam adiuuare, si hanc, quam aggredior materiam, aliqs vel intentatam, vel corruptissimè depravatam, quam possem diligentissimè tractarem. Laborauì equidem hac in re vehementer, quoniam codices, quos typis excusos habemus, depravatissimi essent, vnde aut nihil, aut parum adiumenti ab ijs capere potuimus: verùm ab hinc menses aliquot inciderat in manus nostras Codex vetustissimus, qui tres quatuorue sectiones horum Collectaneorum complectebatur, quique referebat eam tempestatem, qua in Gallias immigrarunt Arabum, atque Mauritanorum, tum Philosophia, tum medicina. Porrò mei officij esse puto, eadem opera docere, quo modo barbarum gentium barbararũ doctrina ad nos deuolarit. Postquam itaque Athenarem florentissimam

rentissimum studium corruit, Romanumq; imperium Gothica barbaries inuasit, migrarunt ad Arabas, Mauritanosq;, adde & Hispanos (qui sub Arabum iugo vinctì tenebantur, atque eorum lingua, ac legibus vtebantur) Græci aliquot tum Philosophorum, tum medicorum libri, potissimumque Aristotelis, simul ac Galeni, quinetiã Platonem legisse videtur Auicenna) quo factum est, vt complura vtriusque volumina è Græco in suam linguam conuerterint: constat namq; eam gentem bonarum scientiarum fuisse studiosissimam: quamobrem Auerrhoes, Alpharabius, Auicenna, aliique innumeri eodem seculo, ijs philosophati sunt libris, quos solos veritati indagandæ sufficere arbitrati sunt: in hocq; negocium toti incumbentes, vimq; omnem ingenij effundentes, vtriusque interpretationes, atque expositiones susceperunt. Cùm vero in Hispania imperaret Alphonsus literarum, & maximè mathematicarum sitientissimus, Mauris adhuc Berbicam obtinentibus, facile fuit vt partim ob vicinam, partim ob frequens populorum commercium comportarentur in Hispaniam exteriorem Auerrhoi aliorumq; Maurorum lingua conscripti libri, vbi ab Hispano quopiam Latinitate vicunque donati sunt: aut florentibus tam in Lutecia Parisiorum philosophiæ quàm medicinæ studijs, ex Hispania in Gallias deportati, illic transferri potuerunt: quemadmodum imperium tenente Carlo Magno, Ioannes Scotus monachus Dionysij opera conuerterat in Latinum. Præterea Hebræi horum placitorum exortes minime esse voluerunt, quorum primus (quantum intelligo) Moses Aegyptius acerrimus Aristotelis sectator, & Auerrhoi seculo philosophatus, negocium tale est aggressus: quem postea alij imitati, multa in lucem emiserunt è omni doctrinæ genere monumenta. Sanè quantum autoritatis semper habuerit apud antiquos recentioresq; Græmenta. Sanè quantum autoritatis semper habuerit apud antiquos recentioresq; Græcos Aristoteles, tam clarum, vt explicatione haudquaquam indigeat. Apud Latinos verò paucos reperias, qui tam ardenter illum sint sectati, nisi si postquam ex Italia terra, in Gallias nostras philosophi quidam conuolarunt, magna cum laude patria, & frequenti auditorio commentaria Auerrhoi in Aristotelis volumina interpretantes inde factum esse nemo sanæ mentis dubitabit, vt vel parum fida multaq; tralatio magnum æstimationis mercimentum, tum in Hispania, tum in Gallia, tum in Italia traxerit. Cùm vero nostra memoria philosophia omnis Iacobo Fabro Stapulensi duce cœpisset primum caput attollere, atque politior, Latinior, elegantiorq; legi, meliorq; cœpisset primum caput attollere, atque politior, Latinior, elegantiorq; legi, medicina quoque Leoniceni auspicijs libertatis spem non exiguam cœpit. Ab his elaborata quoque Leoniceni auspicijs libertatis spem non exiguam cœpit. Ab his elaborata sunt in hac re, & id felicissimè, aliquot clarissimi viri, non eloquentia tantum freti, verumetiam scientia omnigena referti. Deinde alij bonæ quidem indolis iuuenes, ac spei: sed doctrina (cuius libros interpretandos susceperant) penè destituti, Horum ego errores perspicerem, diu equidem dubitaui num prælo committerem tres sectiones Collectaneorum Auerrhoi, quæ de sanitate tractarent, videbam, quàm difficile esset calumniam vitare. Sed tandem vicit, impulitq; ardens veritatis indagatio, quam anteponendam rebus omnibus identidem prædicare soleo: vicit item Hieronymi Montui, philosophorum simul ac medicorum suæ ætatis facile principis, adhortatio: quare in hunc maximæ culpæ atque calumniæ pars (si modo sit) reijcienda erit: frequentissimè ereuim ingenueque confessus est, se plus per Auerrhoi nostri lectionem profecisse (alioqui Galeni operum maximus helluo) quàm per vllum alium posteriorum Græcorum. Cuius sententiæ audacter subscribere poteritis, qui in omnium commentarijs diligentissimè sic versatus.

Quippe

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quippe liquido perſpiciet, non eo animo ſcripſiſſe Auerrhoum, vt Galenum (cui tantum ſit addictus, quemq; tam egregiè laudet) taxaret, calumniaretúrque: verum id omni ſtudio, modisque omnibus ſatagere, vt Ariſtotelem (cui etiam ſummopere fauebat) ſi fieri poſſet, ab erroris ſigno nota liberaret, hunc{que} cum illo conciliaret. Nam quod ad controuerſiam, de principe animæ ſede, ac domicilio pertinet, quæ ſanè cum inter philoſophos, tum inter medicos acerrima eſt: alijs: vt Democritus, Hippocrates, Plato, in cerebro collocantibus: alijs, in quorum numero Eraſiſtratus, circa cerebri ventriculum, quod vocat ἐπιπεφυκὸς: alijs in cerebri concauo, quæ & baſis eſt, inter quos Herophilus: quidam verò, vt Strato, in frontis parte interiori poſſint: Parmenides atque Epicurus in toto pectore ſitam putauere: Diogeni placuit eã eſſe in arteria cordis concaua: Stoici in corde, vel ſpiritu, qui circa cor eſt: Ariſtoteles verò philoſophorum maximus, in corde habitare cenſuit: à quo ſi diſſentiat Galenus, medicorum omnium facile primus, non mirum videri debet. Non mirum denique, ſi ab hoc Alexander Aphrodiſeus diſcrepet, qui eadem tempeſtate floruit, quæ Galenus, in libro ſuo enarrationis de anima pro cordis principatu multa diſcutiens, vel ad animantium diſſectionem prouocans, vt oculata fide facilius quiſpiam ſuum à vero non eſſe alienum iudicium, dignoſcat. Quod animaduertens Auerrhoes, poſt Ariſtotelem ſummus Philoſophus, atque poſt Galenum medicus ſummus, tantamq; controuerſiam diremere cupiens, totque ſeculis agitatam, partem huic, partem illi concedens, & ita diſſidium componens, vt ab alterutro non ſtaret, & ſecundum alterum litem non daret: ſunctionum videlicet principia cordi attribuens: ſines verò cerebro dilargitus. Hoc teſtatiſſimum cuiuis poteſt facere, quàm difficile illi fuerit ab altero diſcedere, quæ ſunt in vtrumque ardentiſſima eius voluntas. Afferrem hoc loco mille alias controuerſias, inter philoſophos ſimul, ac medicos coortas, vt eſt de ſomno, ac vigilia: de ſenſu: denique de ſemine, ex quibus fiat, quid nam ſit, à quonam depromatur, itemque num ab vno tantum mare, an etiam à fœmina: quæ ſanè his duobus, & eo amplius, annorum millibus, ſub doctiſſimis, eloquentiſſimis, grauiſſimiſque cenſoribus verſata, hactenus ſine fine perſeuerat. Non deſunt, qui fœminam quoque proijcere ſentiant: è quibus Pythagoras, Democritus, Epicurus. Ariſtotelis verò diuerſa fuerunt placita, quamquam Firmianus velit eundem idem ſenſiſſe. Poſterior autem Galenus Ariſtotelem reliquit, atque veteribus ſubſcripſit: quem poſtea Auerrhoes non omnino ſequi videtur, verùm potius Ariſtotelis adhærere. Quamobrem omnis quoque poſteriorum ſchola ſuper hac re decertauit, & adhuc ſub iudice lis eſt. Cùm igitur medicinæ candidati à lectione horum Collectaneorum, ob tam incultum, tamq; horridum ſermonem abhorrerent, vnde Auerrhoi ingenium eruditionemque intelligere minimè poterant, officium meum eſſe putaui, vt ſi quid verium in nobis eſſet, quibus efficere, ac præſtare hæc meliora valerem, hunc materiæ campum ingrederer, & pro dignitate excultiorem faceremus: in quo gloriari non verebimur, nos primos eſſe, qui huiuſcemodi barbarorum interpretationem ſuſcepe-
rimus: quæ (vt ſperamus) ad eloquendum aptior, & ad medicandum commodior vtiliorque iudicabitur: modò lector mentem ſanam habeat, in corpore ſano. Sed illud repetendum, me multum laboris inſumpſiſſe, multumque vigiliarum collocaſſe in his conuertendis, & inſtaurandis: cum à nullo, præterquam à codicis mei vetuſtate, quæ fidelius ſcripturam reddidit, quàm formis excuſi libri, iuuarer. Legendus mihi

G in profecto ſint tum Gale. totus, tum Ariſto. opera euoluenda, & notanda: quæ quàm K
ſit negocioſum, operoſumq; vel ſemel diligenter legiſſe, nedum ad tranſferendum accommodaſſe, lector eruditus facillimè perpendet. Etenim nemo, niſi is qui & naturalis philoſophiæ, & medicinæ ſit peritiſſimus, tale quid audebit. Nullus denique, qui Latinæ ſimul, ac Græcæ linguæ expers fuerit: quòd ſi Hebræam adiunxiſſet ad vnguem factus interpres, ſummopere commendaretur. Sequi verò ordinem videtur, quẽ Ariſtoteles in libris ſuis de hiſtoria animalium vſurpauit: cauſſas namque materialem primo tradidit: ab hac finalem, ac formam (quas eſſe eaſdem propè opinantur) poſtremò eam quæ efficientis nomen præcipuè obtinet, vt quod ſuperioribus collectum eſſet: inde diſputatione rationibus vallata habilitaq; in vſum veniret. Cogitanti aũt mihi, quos huius mei laboris defenſores pararem: & eos quàm poſſem doctiſſimos potentiſſimosq; ſolis occurriſſe, viri literatiſſimi. d. gni, quorum felicibus auſpicijs prima ingenij noſtri fœtura in lucẽ prodire intrepidè debeat. Ad hæc vobis dicendã qualẽcũq; noſtrã opellã optimũ eſſe duxi, vt officio aliquo, & perſpicuis benevolẽtiæ ſignis, egregia illa veſtra erga me voluntas, veſterq; amor ardentiſſimus roboraretur. Quod (ita me Deus amet) præ-
H ſtare alio pacto haud poterã, quàm re, qua vos munerari, potiſſimum, expetere L
exploratum haberem. Vobis itaque literarum ſitientiſſimis atque ſcientiſſimis, aliquid de meorum ſtudiorum officina depromo: quod ſi aptum ac iucundum eſſe contigerit, propediem alia, è multis quæ habeo, in lucem emittam. Valete igitur, & candidè noſtras vigilias in nominatiſſimum Auerrhoum interpretamini. Lugduni ex ædibus veſtri Symphoriani Campegij libertatis medicæ aſſertoris,

M. D. XXXVII.

Idibus Iuniarij.

AVERROIS CORDVBENSIS

COLLECTANEORVM DE RE MEDICA SECTIONES TRES.

A Ioanne Bruyerino Campegio latinitate donatæ.

DE SANITATE SECTIO PRIMA.

De sanitatis definitione, temperamentis, atque partium vniuersarum corporis structura.

Cap. 1.

H Sectio hæc 2. Coll. li. tractat.



Anitas est cōmoda partiū corporis hūani affectio, constitutioq; cuius ope functiones fm naturā edimus, & patimur idipsum, quod natura pati comparatum est. Hæc autem definitio est ex his, quæ per se notæ sunt. Cum itaq; partium, quātum sensu deprehenditur, duplex sit compositio: similarium videlicet, I ac dissimilarium: primum in vnaquaq; harum quid ipsā sit, considerandum: Deinde in dūas secabim⁹: Postremo actiones, atq; passiōes singulis attributas perdiscere oportet: quod cum effecerimus, quid sit sanitas vere, atq; absolute tenebim⁹. Sūpto igitur ab incompositis similaribusve partibus initio, asserimus, methodum, qua exploramus id, quo cum actiones, passionesq; suas hę perficiūt, certissima nobis, ac firmissima medicinę fundamenta adferre posse. Est nanq; naturalis philosophię interpretibus docte abūdeq; dictum, Similaria, quatenus similaria, ex quatuor elementis constare: terram dico, aquam, aerem, & ignē. Quinetiam libro de generatione & corruptiōe ostensum est, generationem a moderantia mixturæ ac temperamenti proficisci: commistionē vero temperaturamq; modo elixationis confici: & hanc ipsam a calore rātum, libro meteorologicorum quarto explicatum. Ad hęc dūarū varietatem, quę similaribus adest, a quatuor qualitatum, calidæ videlicet, ac frigidæ, humentis, ac siccæ M differentia modo, mensurave haud quaquam contingere: quandoquidem ipsarum alia est temperatura. Præterea, eodem commentario proditum est, similarium formas easdē esse cum temperamēti formis, quas consequūtur accidentia, quę in singulis harum dūis spectantur. Hæc quidem, vtpote maxime necessaria, & ab indicationibus naturalis philosophię doctis, atq; ordine optimo dispositis orta, præcessisse oportuit: qua in re, medicorum nō pauci graviter aberrant, qui de hac scientia scribere quippiam aggressi, sermones absurdos, nullōq; ordine digestos reliquerunt: cuiusmodi est videlicet, q vniuersalia particularib⁹ assignant entibus: quo fit vt longissimē absint ab his, quæ probare, & explanare nituntur, demonstrationibus. In quorum album Gale. quoq; referendus erit, qui in commētarijs de temperamentis indicationū methodum aliam ab ea, quam I libris de elementis vsurpant: quare vel apud illum, qui dialectica a limine tantum salutauerit, huius dicta minimi erunt ponderis. Verum vnde B nostra defluxit oratio reuertamur, atq; eo ordine, quo cœptum est, proueh amur. Si igitur quæ nuper a nobis asserta sunt probē intellexeris: hoc est, id, cuius ope similatia & agere & pati, quod secundum naturā debent, dicuntur, nihil aliud te assequutum putes, q̄ temperaturæ formam, quę a quatuor elementorum moderata mēsura, atq; commistione procedit. Porro mistilia I mixto bifariam temperata consyderam⁹: C Primo, vbi mensuræ pares adsunt, vocaturq; illa mistio æqualis, collatione extremorum, inter quę media est: Secundo ac postremo, quando mensuræ impares. Atq; hmōi inæqualitas sanē varia est, fm quā specierum quoq; temperamenta varia efficiuntur. Exempli gratia: Equi tē peratura, longe alia est ab ea quæ homini contigit: quippe elementorum moles in ipso aliter se habet, q̄ in homine. Forma igitur illa temperaturæ, quæ vnicuiq; speciei ꝓpria est, in ipsa eademq; specie: tum æqualitate, tum intēperantia, media, fm multitudinem, atq; paucitatem reperitur: habetq; salutudinem, quę

A maius minusq; inter extrema ad- D mittat. Hęc vero temperies, atq; æqualitas ipsis non deperit, nisi si forma earum (vt ita dixerim) specifica intereat. Necessario itaq; vnū, idēq; tpamentum spēi par atq; impar ꝓducitur: idq; in vna, duabusve quatuor qualitatū, quarum mutua coniugatio fieri possit, factiuarum, s. ac passiuarum, quæq; sibi inuicem nō repugnent, cuiusmodi calida & humida, frigida ac sicca, calida & sicca frigida & humida. Quamobrem si milarium partium nouem esse tem E peramenta necessario fatebimur, videlicet calidum, humidum, frigidū, & siccū: atq; ex his mutuę coniugationes quatuor, & temperatum. Quæret vero quispiam, Vtrum istæ omnes temperaturę ita extreme in hoīe exuperent, quemadmodum in elementis qualitatū modus ac mensura? Cui sanē respōdebimus, id minime posse contingere, nisi ēt subijciatur corpus similare, in quo par elementorū commixtorum moles spectet. Quod neq; in q̄titate ptiū ipsarum, grauitate, s. ac leuitate fieri potest. Elemēta vero, q̄ in similari- F bus prępollēt, sunt, aqua & terra: vix cōcretionē, soliditatemq; nanciscētur. Quin ēt eędē qualitates coctionē, cōcoctionēq; cōficiunt. Quare corporū q̄ gignunt, quoddā attributū est partis exupantię quæ agit, & calida est, atq; patiētis q̄ hūida: quibus tū cōmixtio, tū coctio pficitur. Cęterū libro Meteorologicorū quarto, q̄ nunc dicunt, copiosē explicata sunt: vbi quoque īdicationū scopus cōsimilib⁹, quinq; tm̄ tpaturas cōstituī debere, ꝓbauim⁹: ęqualē vnā, īpares vero quatuor. Ad hęc, haudquaq̄ spectari posse duo corpora in

G caliditate patia, quorum alterum altero siccius euadat. Qua in re hallucinatur Gal. de calore pueri, ac iuuenis differens: sicuti a nobis alias dili gentissime ostensum est. Sūmatim vero te memoria tenere maxime velim, duarum actiuarum qualitatū mēsuras a duabus passiuis desumi: quippe formæ ꝓpriæ materias subditas ac subiectas continent. Sed de his fortè plus iusto: cauēdū etenim nobis summope, ne a publica medicorum schola abeamus: quāuis error qui inde emergeret in medicina exiguus foret, quēadmodum & is,
H qui de natura tpata nuper dictus. Porrò Gale. de cute volæ manꝰ sententiam veram esse ingenue fatemur: præterea id, cuius auxilio & agunt & patiuntur similares partes, erit necessario vnum nuper scriptorum tpamentorum. Quare te nosse oportet, & exploratam habere eam tpaturam, quæ ſm naturam est horum oīum tpamentorum particulę cuiuslibet: quę quidem actioni passionive partis collata, tpata indicabitur: & est quæ specifica (vt quis dixerit) speciei temperatura vocitatur quamq; ab arte medica tueri ĩstau-
I rariq; conuenit. Cæterum postq̄ in compositarum similiumve partiū tpaturas accuratius tradiderimꝰ, ad compositas ex ipsis dissimilares, instrumentariasq; appellatas veniemus. Quarū quoddam est tpamentum quatenus sunt officiales: quoddam vero quatenus ex similaribus constitutæ. Quinetiam his expositis, de natura tpata, ac structura moderata totius corporis disseremus: quam sanè quidē minime assignaremus, nisi si in ĩstrumentarijs inueniretur: ex quibus & similaribus cō positū cōflat. Porrò ignorare hāud K
quaq̄ debes, partium alias ex elementis primaria structura constare: alias aūt cōpositas statui ex prima illa cō stitutione: cuiusmodi sunt simplices similaresq; particulæ, quæ abipso gignunt sanguine: hic vero ab alimentis, potionibusq;. At qui sēmē genitale membrorū nullā esse partē vel simplicē, aliquidve aliud partis philosophiæ naturalis commentarij satis superq, te docuerūt: & nos vbi de partium vsu tractabimus, copiosè, ac diligenter super hoc scribemus. Præterea neq; flaua bilis, neq; L
atra, neq; etiā pituita elementa statuuntur partium similariū, eo ipso modo quo sanguis: quod ideo contigit, qm̄ ea quæ gignuntur, haudquaq̄ dicunt ꝑfecta, absolutave, nisi si mutua ipsorum sit mixtura: tunc nāq; exoritur corpus vnum: quod videre est ĩ oxymelite, tpato videlicet aqua. melle, acetoq;, quæ singula per se actu spectabant. Ad hęc ĩ vtero neutrā bilē flauam atramve actu commiscere sanguini cernimus. atqui ĩ hominis corpore ad vsus nōnullos nihilominus cōsyderant, qui mox M
nobis ostendentur. Pituita quidem hinc longe abest: qūquidē ex ea ꝑtes minime constituuntur conficiū turve priusq̄ in sanguinē trāseat, ac cōmutet. Vtraq; vero bilis lōgissime hinc remota: quippe nulli materiæ locum obtinet in particulis, quoniā in sanguinem verti, ac mutari nusq̄ possunt: vertū ipsas potestate in eo esse haud dubium est: dū nanq; putrescit in vtrāq; commutat. Hæc autē consequētia quibusdā errotis an sam prębuit, qui elenta in eo quod ex ipsis conflatur, constatq;, potestate inesse perspiciebant. Etenim protinus

A tinus id verum non erit, si quippiā aliqua in re potestate spectetur, eius quoq; fore elentum. Sāguis quidem in aliud per accidēs materia est mutationi obnoxia: verum non eo ipso pacto, quo alimētum ipsis esse dicitur: sed eo, quo vita materia ĩteritus mortisq; nominatur. Quamobrem fecem, atq; spumam vini, elementa huius nemo dixerit: quippe non nisi ab his purgatum plane ac defecatum, perfectum, absolutūq; appellabitur: quod dum coquitur, ac conficitur, excremēta ista producit, atque secernit: eoq; modo bilē
B vtranq; sanguini adesse asserimus. Nāq; eorum quę fiunt, ac gignunt, vnumquodq; excrementa cōtinet, quę dum coquuntur, perficiūturq;, abijci secerniq; oporteat.

De partium similarium temperamentis.

Cap. 2.

HIs itaq; expositis, ad nobis ꝓpositum ordinem recurremꝰ: atq; singularum particularum similarium temperamēta docebimꝰ: quibus earum functiones, affectionesq;, & passiones nobis clare innotescent. Ossium itaq; essentia frigi-
C dam ac siccam ipsorum temperaturam indicat: quod & de pilis, cartilagine, tendonibus, neruis, syndesmis, ligamentis, venis, membranisq; censendū est: vtpote a calore cocta, atq; a frigore concreta: atq; eadem a caliditate emolliuntur, dissipanturq;. Harum vero altera qualitas in vno magis q̄ altero prępollet: pilus quidem omnium siccissimꝰ, ab illo ossa, deinde cartilago, post quā ligamenta, a quibus mēbranæ, exinde venæ, post has ateriæ, postremo nerui, atque musculi. Frigiditatis quoq; victoriam pili primum indicant, frigidissimi nāq; omnium: ab D
illis ossa, deinde cartilago, post hāc syndesmi, exinde membranæ, a quibus musculi, postremo vasa, venæ & arterię. Cæterum frigida siccaq; sic nominantur, non ꝙ penitus caloris sint expertia, verum qm̄ a frigore perficiuntur, in ipsisq; exuperet. Quo itidem modo sicca vocitātur, non ꝙ omnimodo vacent humiditate, (absurdum id. n. foret: quippe concoctio, mistioq; in ipso hūido consistunt) at qm̄ siccitas ipsa ꝓficit, vincitq; ĩ ipsis. Calor vero, qui his adest, per accidentis differentias collocatur. Partes item, quę humi- E
ditate caloreq; sunt prædītæ, caro, sanguis, ac spiritus: quorum calidissimum spiritum asserimus: deinde sanguinem: postremo carnem ipsam, qua ratione humida quoq; nominabuntur. Nempe spiritus est generis aerei, atq; essentię: aerem autē aqua humidiorem in commentariis de philosophia naturali cōscripsimus. Quinetiam frigidarum hūidarumq; partiū adeps primas obtinet: post quā cerebri medulla. Hic locus ociū abundantissimū postularet, vt de ijs copiosissime accuratissi F
meq; traderemꝰ: verū alias nobis assanm proditum est. Prętera id te latere non oportet, qd nuper dicebamus: gradus videlicet functionū actiuarum in vno eodemq; tpamento necessario spectari ſm actionum patientium collationem: quę oīa a philosophis, qui naturę sunt interpretes, perdiscenda sunt.

De instrumentariarum, dissimilariumve partium temperamento.

Cap. 3.

IAm vero ad dissimilariū tpationes tēpestiue veniemꝰ: & in primis

G mis de corde sequetur tractatio. Id viscus ex membranis, ligamẽtis, neruisq; compositũ est, calidũq;, tum ob multũ spiritus copiã in eo contentã, tũ ob sanguinẽ, tum ẽt ob eius carnosas parteis: estq; in aiantis corpore instar foci luculẽti, ac camini. An vero siccũ (vt cẽsent medici) an hũidũ, an tpatum, diligenter examinãdũ vobis relinquo: at mea sententia ad humiditatẽ inclinare, ob spiritũ, qui in ipso habetur, dicere non erit alienum. Iecur, vtpote summè carnosum, ac sanguineum, & ob arterias, quæ non paucæ ad ipsum pertH tingũt, caliditate, humiditateq; prędictum. Cerebrũ oĩno frigore pollet, quia partiũ eius maior moles ac portio ex essentia medullosa ac neruosa constat. Medulla vero eius haudquaquã eiusdem gñis est cum ea, q̃ in ossibus continetur: quippe nihil in eo quod sit pingue, seuosum, oleosumve cernitur: sed id commune esse aquæ terræq; constat ex eo, quod ei accidit. Cum enim coquitur, indurescit, atq; siccescit, vt hũore depopulato, exactoq; a calore, terrena portio relinquatur. At quę de hoc viscere docuimus, eadem nos de spinę dorsi medulla dixisse putaI to: sunt etenim eiusdem & generis, & naturæ. Porrò lienis, ac renum temperatura calore humoreq; constat: ea tamen lege, vt renes splene vno abscessu sint inferiores, propter sanguinis huius visceris crassitudinem: quo etiam ordine lien ab iocinore superatur.

De *natura temperata.* Cap. 4.

PRoximum est, vt de natura tpata aliquid differamus: quã quidẽ ex ijs, quę de similarium, dissimilariumq; temperatione scripta reliK quimus, quis facile possit coniectare. Nempe si par supradictarum ꝓportio temperaturarum in homine spectetur, hunc plane temperatum esse censebimus: atq; deprehendemus in ipso notas, quæ de temperata natura a Gal. literis traditę sunt. Verum hanc ipsam tẽperaturæ moderantiam dici debere patet, collatione partium totius corporis: quandoquidem fieri nequit, similaribus particulis ab ea, quæ fm naturam est mediocritate, ac temperatione, abeuntibus, vna vel pluribus qualitatibus, quin protin9 commutatio, L corruptiove accidat. Atqui recessus hic varias causas obtinebit: Interdũ nãq; a regione, interdum ab agẽte, alias à materia, alias ab ætatũ commutatione: Quippe pueri calore, humiditateq; sunt prædit: iuuenes calidi, siccique: senum vero ætas frigida: ac sicca: cuius rei nobis manifestissimum atq; locupletissimũ testimoniũ præbent horum omnũ functiones: tũ ẽt, ꝙ alij quidẽ recentius editi sunt, alij vero lõgius ab ortu absunt, & iã ætate, ꝓcessĕrũt: ꝓterea exercitia, studiaq;, victus ratio, M & q̃dã alia externa tpamẽtũ ĩmutant. Atq; hęc vniuersa instrumẽtaris partibus vsuuenire posse eadem tõne nemo ibit inficias: quinetiã totius corporis cõpositioni, ac structuræ. Iam vero octo esse apud medicos temperierũ recessus docuimus: nouẽq; drias, quib9 ptes, vel ipm totũ corp9 functiones suas pagũt, atq; id qd fm naturã oportet patiunt: vnã videlicet tpatæ, q̃ & naturalis appellat: octo vero intpatarũ. Res etenim, ĩ qua calidũ ac siccũ ꝓpollẽt, calida ac sicca dicẽt: idẽ quoq; de cætetis

A tis sentiẽdum. Qua rõne intelligendũ tibi erit nouẽ tpaturę sanitatis dĩas, quarũ tpata vniuersis corporũ pub9 tũ similarib9, tũ dissimilaribus cõis é. Hoc tñ interest, ꝙ in illis primo, & (vt sic dixerim) essentialr: his vero secũdario, atq; p accẽs. Cũ itaq; medici intpantias qualitatib9 agẽtib9 atq; patiẽtib9 acceptas referãt, haud absurde toti9 corporis tpamẽtum ijsdem assignabimus. Quare sequetur, vt quatuor in totum emergant intemperantię.

De *compositarum, dissimilariumve partium salubritate.* Ca 5.

B POstq̃ igit sanitatẽ particularũ similariũ, q̃ ab earũ moderata tpatura ipsis adest, quęq; primaria, ꝓpria, ac in substãtia consistit, satis superq; explicauim9 atq; itẽ p accidens instrumentariarum, totiusq; structuræ corporis: ꝓximũ ẽ, vt de ea, q̃ est officialiũ (quaten9 officiales sunt) eẽntialis differam9: eiusq; oẽs dĩas pcurram9. Dissimilares itaq; vt pote cõpositas neq; agere, neq; pati cõfesso est: nisi fi in qualitate, q̃titate, (quatenus q̃titas) positura, partiũ continua serie, terminorum cõC tiguitate, (dũ mutuo iunguntr) vnitate, separatiõeq;, modũ seruauerit. Erit igit qualitas in figura cõcinna ac naturali in meatuũ atq; cõcauitatũ symmetria: ne ꝛ ampliores sint angustioresve q̃ par sit. In superficie mediocriter tum læui, tum aspera. Quantitas vero, vbi adest ipsarum numerus naturalis, mod9, atq; mensura. ꝛ Cõiunctio, qñ pars parti aptè coniungit. ꝛ Separatio, qñ pars a parte fm naturam abscedit. Cętera quidem nota sunt. At vnitio similari q̃ dissimilari cõmodior. Porrò magnitudo ac paruitas mensurę sunt vocabula, quantitati continuę attributa, multum atque paucum discretę. Mensura autem aptius similibus, q̃ dissimilibus partibus assignabitur? quippe hæc modum naturalem minime obtinebunt, nisi si prius similares. è quibus componuntur, ac cõstituuntur, moderatam quoque mẽsuram sortitę sint. Ad hęc positura tantum dicetur partis, viscerisve in corpore locus: quemadmodum ventriculi, iocinoris, cordis, lienis quoq; positum nominamus. Consensum vero instrumentariarum intelligamus oportet eum, qui a natura prima stamen corporis structe communis donatus membris omnibus: cuiusmodi est consensus ille principũ partium, quę profecto functiones suas haudquaquam perficerent, si is abesset: vnde priuatim viscus cũ viscere consentire spectamus, atque id manifestissime in cerebri cum vẽ triculo consensu, potissimum in appetentia. Alium insuper consentiendi genus, cum a particulis vnius eiusdemq, membri officialis fit consensus, cum eo, quod est in ipso mations, præstantionsq; dignitatis. Huiusmodi autem videmus particulaF rum omnium oculi cum crystalloide. Cęterum hęc breuiter perstringo, vtpote quę a dissectorię artis magistris facile discere possis, quorum multi de ea commentarios cõscripserunt, ad quos, si non graueris abeundum erit. Quòd si in libris Galeni, aliorumque eius sectatorũ versatus fueris, atq; ad man9 tuas hi nostri commentarij venerint, eosq; perlegeris, ingenue fateberis, nos super sectione differentiarum sanitatis verius, exactiusq; disseruisse, q̃ fe

G cerit ille, quem nosti, mihi non nominandus. At id iudicium recte ferre haudquaquam poteris, nisi si naturalem philosophiam studiosissime attigeris: te nanq; hic philosophum, q̃ medicum magis postulo.

Quædam adhuc superioribus adjicienda. Cap. 6.

VErum vt cuncta a nobis absolutius explicentur, quędã hic adhuc adscribemus: Temperamenta s. salubria partibus attributa similaribus nos inuenisse: alia quidem fm se in temperationis extremo: alia vero ab ea recedentia: qui tũ recessus lęsionem sensibilem neq; in H actionibus, neq, affectionibus passionibusve operat̃: quod etiam instrumentarijs vsuuenit: vnde qualitatem, quantitatem, posituram, ac consensum tẽperata dicere par est. Quę sane constitutio ea erit, quam Gal. libello de bono habitu nos docuit: a quo tu quoq;, si voles, ipsam perdiscito. Sunt igitur officialiũ partium salubritatis octo differentię: quarum quatuor temperatę, atque item intemperatę quatuor. Atqui nonnulli genus differentiarum quũ tum arbitrantur, commune tum si I milaribus, tum dissimilaribꝰ: aiũtq, esse formam coniunctionis nostrę: quę quidem dupliciter intelligit̃ vno modo nodosa, altero vera: atque illa compositis, atq; officialibus magis propria. Hęc aũt similibus partibus, quę in habitum salubritatis earum referẽda est. Iam vero vtrarũq; partium salubritatis dr̃ię tum cões, tum ꝓprię nobis dictæ sunt, & quo modo in omnibus communicẽt: q̃ huic nostro negocio summe erant necessaria. Similarium temperamẽtum moderatum aliud est ab eo, qd̃ K ineſt officialibus: illud quidem prium & essentiale: hoc secundariũ atq; per accidens. Quam sectionem qui ante nos, nostraq; scripserunt ętate medici, ingenij subtilitate parum valentes, prętermisere. Hactenus de his.

De actionibus, affectionibusq;, siue passionibus. Cap. 7.

NVnc ad singularum partium actiones, affectionesve deueniendum: qui quidem cognitiõis scopus instar finalium causarum collocandus est. Qui vero nuper expositus est instar causarum tum formalium, tũ materialium nobis con L syderabitur. Verum enimuero priusquam longius progrediamur, vnum naturale principium statuemus, videlicet quodlibet corpus ex materia formaq; constari, ac cõstare: at materiam formę quoq; gratia consistere: vnde colligendũ, ipsum ens naturale propter actiones suas proprias tantum esse. Quare Arist. pulchre ac docte sentit, naturã frustra, incassum, ac temere nihil esse molitam: quod in his quæ ab arte prodeunt, conspicitur: quippe signa nauis, formę, ac figurę nauis gratia M adinuenta sunt: & sic è duobus istis constat, ꝓp nauis actionem, quę erit nauigatio. Hinc etiã i hominis corpore esse quippiã oportet, qd̃ sit loco tum formę, tum materię: atq, ẽt postremo actionem affectionẽq;, q̃ ambę absolutionem partium indicant. Quęrendum itaq;, quid sit vice formę: quid demum vice materię: inde ad actiones, affectionesq; transibimus. Simplices quidem ac similares partes in composito maxima ex parte locum materię habere spectantur: ossa nanque, ac syndesmi,

A mi, hoc est ligamenta, tẽdones, nerui, caro ipsa, cutis deniq, formæ manus gratia confecta indicantur: quę sane forma ad agendũ, afficiẽdũq;, siue patiendum erit idonea. Nempe manus fungi suis muneribus cõstrictionis, intẽsionisve non posset, atq; expansionis, siue relaxationis, & alijs huiusmodi, nisi si composita foret. præterea & si compositorum causa ſcompositæ, similaresve partes adsint tantum: habet nihilominus harum quælibet functionem, ac munus peculiare, quod manifestius in ipsa structura, ac compositura euadit, emergitq;: idq; in manibus videre est, quæ ab ossib⁹ robur attollendi onera obtinent, atque a carne, neruis, & similibus sese expãdendi, explicandiq, modum. Post quæ discutiendum inuestigandũq; an sit quippiam cuius gratia compositum sit, cum quo deniq; munera functionesq; suas obeat. Hinc vero exordiemur: Partes natura quidẽ & agunt, & afficiuntur in totum, ab ipsis calore innato: qui alius est ab eo, quẽ a temperamẽto adipiscũtur: id quod indicationum methodo docuimus. Experimento quippe C anatomices, (i. artis dissecandi corpora) compertum, exploratumq;, m corde quoddam corpusculum contineri vaporosum, exquisiteq; calidũ, quod ab ipso per arteriarum canales in vniuersum deriuatur animantis corpus, atque transmittitur. idem quoq, de cerebro censendũ. Quę vniuersa cum ita cadant, s. neque agere, neq; affici partes, ꝓterq; a calore interno: sequitur quoq; functiones suas a formis absolui, perficiq;, & ab eo ipso quod a caliditate innata sortiuntur. Atqui ipsarũ formarum constituitur ex vtriusq; caloris D (natiui s. ac eius, qui a temperatura acquiritur) mixtura, qua agunt, afficiuntur: vnde perspicuo liquet cordis in animantis corpore excellẽtia, atq; principatus, quo cæteræ partes omnes indigent, ipsum verò nullo⁹ adminiculo eget. Porro de cerebri dignitate, atq; præstantia idẽ quoq; sentiẽdũ, in pub⁹ videlicet, ac visceribus, quibus prę esse fertur. Incomposita itaq; pp cõposita: hæc vero ob calorem a corde deriuatum, qui æquidẽ his formæ loco adest: qua ratiocinatiõe patebit, singulorũ mẽbrorũ functiones affectionesq; ſde E ꝓficisci. Verum enim vero an solus hic calor ista efficiat: an sit aliud qp piam, quod sit huic caliditati vice formæ medici consyderationẽ transcendit. Iam vero alias esse facultates, ꝓter eas formas, quę a tpatura ꝓuenisũt, asserimus: quas alias vocitãt de quib⁹ ante actiões, affectionesq;, paucis agemus, harumq; quot sint dr̃iæ explicabimus: mox ad ea quibus vnaquæq; pars attribuit, addicitq;, reuertemur: qd̃ sane fiet cognitis potẽtijs q̃ functiões pagũt. Illud vero te in primis latere nõ velim, F functionũ gña, quatenus ad nos pti net, notiora eẽ carũ facultatib⁹: naturæ aũt potẽtias notiores. Cũ itaq; philosophi, atq; medici functiones speculant, tres tũ potestates hoĩ ad esse affirmãt: naturalẽ, vitalẽ, aĩalẽ. Naturalis quidẽ ẽ, qua alimur, ĩcremẽtũ sumim⁹, atq; gignimur. Vitalis pulsum efficit ac i corde sedẽ hẽt cui⁹quoq; respirãdo apire, ac dilatare ẽ: expirãdo occludere, ac constringere. Cui⁹quoq; comes est vis illa ſpulsoria motrixq;, qua cũ qd expetim⁹, ad id apprehẽdẽdũ ĩpellimur,

mo-

G mouemurq; , aut auertimur vt id declinem⁹, ac fugiamus: hancq; oēs in corde sitam testant. Porrò aīalis in quinq; est distincta modos, ac differentias sensiles: videndi, olfaciēdi, gustādi, audiēdi, atq; tāgēdi: quibus et accedit motio secus locum (delatio: ē latiōemve vocāt). Ad hæc in phantasticā, quā imaginatricem appellamus, cogitatricē, æstimatricē, recordatricem, conseruatricēq; dissecatur. Quam quidem sectionē nemo dici in diuidendis aīæ facultatibus vsurparunt: quæ & si parū apta sit, tibi nihilominus in hac arte parum H erit incommoda. Quamobrem, aptior oīno illa erit, quæ ꝑm motionē naturalē efficit ꝑtitio: qñquidem in confesso est, istas functiones non tm̄ attribui qualitatib⁹ quatuor, verum etiam facultatibus, quas aīas appellitant: Super quibus dum fusi⁹ accuratiusq, disserunt, atq; disputant, alias stirpibus adscribunt, nutricationem ſ. incrementū, ac gnationē retro nobis dictas: quarū augēdi functionē altricis finem recte quis dixerit: gignendi vero quasi actricis potētiæ absolutionē, atque perfectionē. Præterea aīarum nomē habuerunt, tum quia organicæ, tū qa I ex facultatum naturalium minime sint. Esto vero ꝙ quis inter naturales referat largiori (vt dr) loquendi mō: is haudquaq; aberrabit, potissimum si aīa a relatiōe vel functione intelligat. ꝙ si ab essentia tm̄ potestatem, ꝓpriā ipsam censet, is absurde labit: qd nobis testatissimum reliquit Gale. noster, in quodam suorum commentariorum, vbi illā magneti comparat. Cæterum vis, a qua pulsus efficiunt, altrix quoq; est, diuidens ac princeps: vtpote quæ vnā cum corde calorem membris ꝑtiat, atq; præcipuæ, primæq; altrici potentiæ famuletur, pariterq, cū ea seruetur. Quare absurdū foret, hāc ab alijs diuersam, seorsumq; collocare. Ergo ad nutricationem referē da, quēadmodum cæteræ quinque facultates, attractrix, retentrix, alteratrix, expultrix, & q̄ discernēs nosa tur: quāq; ea ipsa maioris in vita sit momēti, ac pōderis ꝓdictis, ob calorē, qui multus ab ipsa emanat: quarōne medici impulsi, nomē vitalis huic dedere: & si sub altricis gñe cōprehendat. Quidam insup plātas, stirpesve ab huius potestatis fūctione vegetales appellitāt. Verū ensuero medicorū partitio, q̄ potēnā aīalē dictā, in quinq; modos dīasq; secat, sentiēdi, mouendi, imaginādi, reminiscendi (recordādi ve) cōseruādi, ac deniq; rōnis ipsi⁹, vsquequaq; vera est, vno excepto, & prætermisso, q̄ nihil interest, an vim mouendi secus locum, (lationem vocant) an vim mouendi a voluntatis imperio atq; impetu noīaueris: vbi in consimilibus cum ea conuenit imaginatio: id quod in commentario de anima exposuimus. Qui autē vim motus voluntarij, illi qnæ a vita nomē retinet, potētiæ assignant, atq, illā, quę motrix secus locū dī, alterius speciei esse censent, perperam facere mihi videntur. Sunt etenim hę tm̄ facultates, altrix, auctrix, sensitrix, genitrix, imaginatrix, appetitrix, rōcinatrix, auctrix: & quæ æstimatrix, cogitatrix, cōseruatrix, atq; recordatrix. Est aūt (quēadmodū retro iā dictum est) super imaginatio nem constituta rationalis vis, vtpote quæ vniuersalia cōplectēdo perspiciat: quod ab Aristo. primo auscul- K L M

A tationis naturalis, & posteriorū primo discere potes: cuius nihilominus contrarium in calce primi cōmētarij auscultationū scribit. quæ dubia siquis diluere ac soluere cōcupiscit, ab eo ipsō Arist. petat. Cū itaq; vīa, quę vi apprehenduntur rationali, particularia habeant, in homine sit oportet facultas, qua cōplectat essentiā horū particulariū sub vīibus cōtentorū: atq; alia vis, quę eorū recordetur. Quare cū potentia ista vīum cōplectrix, ea ipsa tm̄ imaginatis habitudinib⁹ apprehendat, sequentur deniq; tres aliæ B potestates, æstimatrix ſ. quę ēntiā particularium cōprehendit: recordatrix, quę ęstimatorū est īpressio: tertio ac postrema imaginatrix, q̄ æstimatricis impressiones suscipit, atq; amplectitur: atq; hę sunt tanquā virtutis rationalis ancillæ: qppe haud secus, ac serui dominis hęrisue suis morigeri sunt, parātq; ac curant qd facto opus est, ita & cæteræ potentię rationali famulant. Patere item arbitror vim imaginatricem rōnali adducere ea, q̄ minime sint comprehensa. Quinetiā, duas apprehendendi drias, æstimatricē C ſ. ac conseruatricē rationalis cōprehēsioni attribui. Quare cū à rationali abscedūt vīa, atq; recordatrix vniuersalium reminiscitur, æstimatrix vero iudicat, ac dignoscit, tunc imaginatrix essentiā illam particularem à recordatrice simul & æstimatrice cognitā exploratamq;, habebit: qua habitudine ab imaginatione accepta consequuntaq;, vis rationalis, quo prius carebat, id adipiscitur. Inde fit, vt tres à nobis retro scriptę potentię illi, quę à rōne nomen, obtinet, famulentur, ac ministrent. Eatenus aūt medicinæ professori vulta, ac necessaria, q̄ de his disserimus, non ignores: quatenus liberalius ac perfectius doceri velit: etiamtq;, à naturę interpretibus quæ rēda. Verū enimuero qd in hoc negocio ex vsu medicinæ studiosi candidatiq; vsuenit, id præcipuū erit temperamentū, qd singulis facultatibus ineſt, tribuiturq;, compertum habere, atq, si præsens sit, tueri: si deperditū, instaurare, ac restituere. Satis nāq; supq; satis frugis referet ex hac disciplina, si à formę temperationis notitia, & exploratione formam quoq; spiritalē intellectiuāq; E consequatur: quēadmodum si materia cognita, quatuor succorū corporis, partiumq; vniuersarum cognitionem assequatur. D

De vsu partium incomposit. arum quæ similes, ac similares appellantur.
Cap. 8.

SEquitur vt manifestū faciamus, parteis omneis animātis esse obprædictas facultates constitutas, atque potentias ob suas functiones: nullamq, in homine parte, quę nō sit actionis cuiusdam, atq; affectionis gratia: quas vbi exploratas vnà F cum temperamento singulariū habuerimus, salubritatem quoq; cuiusliber partis per causas, quę à fine appellantur, percognitā tenebimus. Iam.n. per causas, quę tum à materia, tum à forma nominātur, nobis innotuit. Atq effectrices huc adferre (vtpote iam separatas) minime oportet, nisi si quippiā, qd effectricis causę locū obtineret, in mō conseruandi maneret. Principio igitur facto ab vsu similariū, dicemus, rem quę pp aliā necessaria est, id bifariam

G fariã esse: Primũ, vt sit essentia prima essentię postremę necessaria: sicuti substantia simplicium ac similariũ ob instrumentaliũ substantiã fuit necessaria: Secundò nõ quidẽ à necessitate: verũ qm̃ duo vno sunt prę stãtiora, idq; nobilitatẽ indicat: vti de oculo dicendũ, qui sanè quidẽ homini datus est ob visionẽ ei necessariã: binos verò natura creauit, prę stititq; illi, qm̃ cõmodiores vtiliores q;. Nos verò nõ paucos vl' prętermittemus, qui parũ huic nostro negocio sunt idonei. Similariũ itaq; partium q̃dã sunt vt ossa, car-
H tilago: vngues: quędam vt nerui, musculi, ligamenta, mẽbranę, tendines, cerebrũ, huiusq; ossa, spinæ medulla, caro, adeps, cutis, pili, succi quatuor, atq; spirit'. Atqui ossiũ vsus præcipuus ad roborandũ, stabiliendumq; : nempe tanquã fundamenta q̃dam ad vniuersam corporis substantiã sustentandã subijciuntur: Ad hæc ad munimentũ, tutelãq; , cuiusmodi capitis atq; thoracis ossa. Hortũ verò multitudo ad motus varios particularesq; : manus quippe per se moueri non pos-
I cta foret. Alius insup occurrit vsus, qui est, vt facilius exhalationũ, vaporumq; copia discuatiat', dissipet', ac transpiret. Hmõi aũt sunt futurę quę in caluaria conspiciũtur. Quin et alij adijci pñt, vt est ille: ne, vbi os vnũ læderetur affiereturue, ita facilis esset ad alterum læsionis, affectusq; transitus: qm̃ alterum ab altero seiunctum. Multa quoq; esse oportuit tum ob figurę ipsorũ euariationẽ, tum ob qualitatem, cuius gratia fabricata, tum demq; ob magnitudinẽ, ac paruitatem: quę variatio in ossibus digitorũ, crutis, ac K
coxæ spectatur. Verũ figuræ, formæq; diuersi modi adsunt, qm̃ quę valida, grandia, grauiaq; esse oportuit: dura quoq;, solida, ac minime concaua constituta sunt: quæ aũt leuia, dura quidẽ, sed caua. Porrò q̃ carni adhærere iungiq; natura voluit, teneriuscula, ac mollia fabricata sunt, cuiusmodi cartilagines, & q̃ eiusdem sunt generis: ista verò vel mediocriter eruditus te docere põt. Genus quidẽ vnguium factũ est duarum vtilitatũ gratia: primę ac cõis, ad summitatis digitorũ mu-
L nimentũ, ac conseruationẽ: quo pacto hastę summitati ferrum quoq; affigitur: postremę vt eius loci carnẽ firmarent, indeq; man' facilius, & melius apprehenderet: nihilq; illi effugeret, excideretq; . Functio vero apprehẽsoria vnguibus manũ magis, q̃ pedum propria. Primus verò vsus cæteris animantibus cõmunis quoq; est. Nerui insup nõ paucas nobis afferunt dubitationes: qp pe Gal. constãtissimè asserit, neruorum vtilitatẽ esse, virtutem sensus ac motus à principio in parteis omneis transmittere: Arist. verò con-
M stitutos insitosq; ad calorẽ internũ temperandũ sensumq; itidẽ prę stãdum: quę suã proxima est illi, quę de cerebro fertur. Gale. ad fulciendam suã opinionẽ, & firmandã, argumẽto vtitur, qp videlicet læso, aut i totũ ablato neruo, afficitur, & adimitur sensus, atq; motus: verũ id haudquaquã à methodo demfationum procedere, satis patet ex his q̃ in dialecticis discussimus. Vsus igit neruorũ eiusdem generis cum cerebri vtilitate, ab eoq; oẽs planè ortũ habent: nec est qd in cerebro fixos

(vt

A vt sentit Gal. (dicas. an vero motũ voluntariũ efficiant, dignum accurata cõsyderatiõe. Syndesmorũ, id est ligamentorum, atq; tendonũ vsum nemo scit: motionis. q̃ ab imperio voluntatis prodit, gratia institutũ. Membranę pro tegmine impositę, atq; vt tueant', suspendãtq; parteis quę suspendi aptę sunt, ac retineat: qd ad syndesmos magis ptinere videtur. At quæ ventrẽ integit, hmõi vtilitatẽ obtinet: nempe arcet, prohibetq; , ne intestina prolabant', loq; dimoueantur: quo lapsu hernioſi efficiuntur hoẽs. Venosum
B genus duplex est: primũ arteriarũ, quæ spiritum ac sanguinem à corde accipiũt, in omneisq; parteis expandunt, aliàs quidẽ sanguinẽ tñ, aliàs spiritũ ac sanguinẽ simul. Alterũ verò venarũ quæ non feriunt, in quibus spiritus vix sensu deprehenditur, nisi si Gale. opinio diuersa nos sentire cogat, qui in iocinore spiritus naturalis sedem collocauit, quem ab altrice facultate confici testati sumus. Venarum aũt riui permulti i omneis parteis corporis expanduntur (sicuti & arteriarum) vt
C sanguinem planè elaboratum concoctumq; , ab hepate in totum corpus fundant. Meminisse hic te velim, Aristotelẽ sentire, partium omnium nutricationem ab vtriusque sanguine, venæ. s. atq; arteriæ, mutuo simulq; commixto, ac temperato perfici. Quinetiã iocinoris. atque venarum sanguinẽ, vice materię illi esse, qui per arterias à corde deferatur: qui quidẽ loco formæ erit, vtpote alterum tum cõcoquens, tũ perficiẽs, alimentumq; actui proximum reddens. Atqui Gal. eum, qui per venas à iocinore discurrit, nutri mẽtũ per se proximum arbitratur. D
Verum Arist. ratiocinatio super his est hmõi: Sanguis (inquit) quatenus sanguis, partiũ haud dubiè est alimentũ: quicquid vero alit, partibus accedere debet, assimilariq; : at qui vterq; sanguis, tum arteriarum, tum venarum, per omnia funditur, adestq; oĩbus, vt sit partium nutrimentũ, ex eoq; consistunt necessario. Cum vero in erudum & coctũ secetur sanguis, ille quidẽ vicẽ materiæ, hic vero formæ præstabit: vnde erit crudi, coctiq; collatio, sicuti formæ atq; materiæ: Hoc vero in
E libris de animalium historia Arist. docte explicuit. Cæterum si quis dicta Galeni probè diligenterq; perpendat, inueniet eũ sensisse, parteis corporis supernas à sanguine, qui in arterijs continet', nutrimentum suscipere: iubet nanq; in hemicranico dolore, comitialiq; morbo diu turno secati arterias. Summopere aũt cupere discere, cur non putarit alias quoq; codẽ alì sanguine. Medullarũ duæ sunt differentiæ: Vna cerebri, quæ sub caluaria includit', haud dubiè materia spiritus, vnde sensus exoriuntur: Altera verò, q̃
F in ossibus habetur alimenti sanguinei, quod in ipsa distribuitur, concoctũ excrementũ, hancq; non cõtinent solida, ac minime concaua. Æquiuocã itaq; appellationẽ eius quę in cerebro, atq; alterius quę in ossibus contenta est, dicere oportet: illa etenim à vulgo tñ medulla nominatur: hæc aũt omnino prope dixerim, vera est: Atq; ossium concoctũ verumq; excrementum: itẽq; essentia temperata: verũ spinę dorsi medulla eiusdẽ generis est cũ cerebro, habetq; eosdem vsus cũ ipso:

At

I libet suo tẽpore trahit, prohibetq; ne à suo contrario eodem momento motus efficiatur. q̃ si vtrunq; simul ageret, pars equidem mõ vno, q̃uabilitq; velletur. Exẽpli gratia: si musculus, qui in externa manus parte situs est, trahat, in illam partẽ declinabit: si verò qui in interna, ad hãc vertetur: qñ autem vtrunq; agit, manus neque introrsum, neq; extrorsum ſclinabit. Iã verò de musculorum numero differam⁹, quos Galenus D X X I X. in corpore hominis prodidit: faciei quidẽ X L V. quorum X X I I I I. oculos atq; palpebras mouent: maxillam inferiorem X V I I. reliquum faciei nouẽ: in hisq; sub frontis cute delitescũt nonnulli, oculorum apertioni magnopere conferentes. Sunt itẽ duo nasi extremum mouentes: duo qui labrum surſum, alij duo qui deorsum trahunt: duo præterea qui maxillam. Capitis atq; ceruicis X X I I I I. quorũ alij illuc, vbi eorũ est positura, trahunt: alij caput ceruicemq; simul: horumq; alij surſum, alij introrsum, quidã retrorsum, alij dextrorsum, quidã sinistrorsum. Linguam mouentes nouem sunt: cer-

K uicis verò atque epiglottidis gratia X X X I I. Humerorum singulorum septem: vtriſq; partis brachij X I I I. quatuor supra cubitum: intus duo, quibus ad internam manus partẽ flectitur: duo foris, qui extrorsum, hoc est, internam partem. Brachiorũ quodlibet X X X V I I. obtinet: quorum alij extra, septem verò intus positi. Manus item X X X V I. habẽt, quælibet X V I I I. qui ad externa, internaque mouent, & ad motum pollicis, minimi digiti, atque volæ. Thoraci sdeniq; C V I I. quorum alij relaxant, alij extendũt. Vertebrarum

M X L V I I I. In ventre sub thoracis osse ad vmbilicum octo perueniunt: quorum alij recti, atque in longitudinem ſese agunt, quidam in latitudinem extenduntur, nõnulli p trãsuersum deferuntur, qui alijs & laxãdi, & tensionis vim cæteris suppeditant. Testiculis insunt quatuor: cordi item quatuor. At in ceruice vesicę musculus est, qui arcet, ne nobis inuitis reddatur vrina. Præterea in recti intestini extremo quatuor appositi, ne videlicet importune excre-

menta

A menta deijciantur. Coxæ, ac crura X L V I. constant: pedes verò X X V I I. ad motionẽ indiguerunt, atq; eorũ articuli quidam: nam cæteri digiti pedum X X I I. habent. Cęterum musculorũ omnium motus, aut à caliditate innata, & cõi: aut à calore, qui vnicuiq; adest musculo, prodit. Cùm itaq; ita sit comparatum, vt pars nulla motionẽ obtineat, præterq̃ à naturali calido, qđ est instar formæ: vel à calore, qui musculo est insitus: hic verò ab animę principio: id iccirco quid sit, vnde, & vbi scrutari debemus: facultas equidẽ,

B quæ motum secus locũ præbet, anima est. Atqui motio huiuscemodi partium singularũ à potentia volũtaria inserta mẽbro communi particulæ, quæ ex ſe moueatur, profici scitur: atq, etiã à vi propria, à voluntatis imperio prodeũte, quæ innata est partibus quibusdã particularibus, quę per ſe motũ obtinent. hæ verò sunt musculi. Nunc verò sensui satis superq̃; vsurpatur nullã in animãte partem (excepto corde) communẽ toti corpori, quę per ſe moueatur. Quare potestas communis, quæ à voluntate est, in corde,

C hoc est, eius musculo, sedem habebit: atq; ea quę voluntaria particularis nominant, in quolibet musculo continebitur. Quinetiam motio communis animantium, vitalis respiratio appellata, cor p fonte obtinet, cui⁹ propè dixerim germana est ea, q̃ per arterias fit, agitatio, quę dum quiescit aĩal, obscurior est. Cerebrũ igit' neruosq;, vt calorem, qui est scaturigo motricis facultatis voluntariæ tum cõis, tũ proprię, temperarent, natura condidit. Ad hæc id te scire velim, motionẽ, quę à voluntatis arbitrio pẽdet, citra musculum D lum posse fieri: idq;, a caliditate innata, aut eo ipso, qđ illi proportionatur in exanguibus musculorũ expti bus, præstari: æquidem in animãtibus perfectis solum musculi spectantur. Quamobrem Gale. uix potuit musculos liguã extrorsum mouentes tradere: quinetiã nec motũ colis, penisue intenti in coitu: id uero in causſa fuit, q̃ motũ oĩno citra musculum nõ posſe consistere sibi ꝑsuaserat: uerũ à ueritate alien⁹ ẽ.

De respirationis vsu, atque eius instrumentis. Cap. 19. E

PRoximum est, ut de respiratione, partibusq;, à quibus efficit', disseramus. Hanc Gale. à uoluntatis impetu prodire existimauit: q̃n cerebri auxilio is motus peragatur: itẽq; neruis inesſe motionẽ uoluntariã: qđ q̃ sit à ueritate remotũ, nuper cũ de motibus ageremus, copiosè ostensum est. Quamobrem affectus, q motioni contingunt, primario ac per ſe musculis assignabim⁹: per consensum uerò ac colligantiã cerebro, ac neruis: atq; curationem primò & remedia musculis adhibebit: deinde ad cerebrũ neruosq; uer F tetur medicationis scopus. Respirationi autẽ partes deseruientes, septũ transuersum, pulmones, aspera arteria, epiglottis, columella: quorum usus prius non explicabimus, q̃ spirationis utilitaté exactè discussierimus. Hanc Galen. alijq; oẽs medicinæ professores, duos usus obtinere literis mandauerunt: Vnũ, ut cordis naturalem caliditatẽ aeris nos ambientis algidi ingressu refrigeraret, atq, excreméta fumida caligino saq; à caloꝛ natiuo dissipata diuapo

rataq;

G ratáq; expelleret: quę animātibus calidioribus, ac sanguine præditis, eximiè necessarium esse cōstat: his uerò qui tum caloris, tū sanguinis sunt expertia, haudquaq̄: quippe nō est dubium arteriarum pulsum in his respirationis uicem implere. Alterum deīceps, ut aere respirato, id qđ de spiritu defluxit, īstauretur, alanturq; uires internę. Verum absurdum, falsumq; id deprehēditur: compositū nanq; nullum à simplici alitur: alioquin animans ex elemento uno conflatum reperiretur: qđ penitus à Galeno reijcitur, q ob H id aquā non nutrire asserit. Cæterū cui potentiarum animę spirationis munus asscribatur, accuratè cōsyderemus. Gale. à motione à uolūtatis impetu prodeunte perfici testatur, ob id, cp integrum sit nobis spirare, ac non spirare: qđq; neruus huius sit proprium, ac primariū instrumētum. Quare dissecto cuipiā neruo, qui septo trāsuerso motū suggerit, is protectò diutius non uiuet, q̄ qui strangulatur. Verum enimuero Galeni opinio duobus argumentis refelli potest: primo, quia dormiētes spiramus: uoluntaria aūt motio co I gitatione ac deliberatione fit: hę autē in somno functiones nō peragūtur: postremò, qm̄ spiratio, quę intempestiua est, ac præpostera, arteriarum pulsui respōdet. quare Hippocrates hanc crebrò pro pulsibus usurpat, quoties uidelicet partes respirationi addictę minimè affectæ sunt: quinetiā cordis temperaturā æquè atq; arterias indicare docuit. Quidā preterea philosophi ex uolūtaria, atq; nō uoluntaria facultate, hoc est, naturali, animaliq;, respirationē constituī cēsuerunt: idq; in nō paucis animantis partibus spectatur, ut in motu palpebrarū oculi, ac deglutitiōis, quas sanè cōpositas esse constat: unde imbecillioribus effectis, cadit quoq;, ac debilitatur deglutitio, haud sec⁹ atq; appetentia: quæ quidem sniā præstantior esse uidetur. Quanq̄ quis obijciat, illum prudētius ac doctius sentire, qui naturalem eā tm̄ asserit facultatem, ob hoc. s. q; dum sani degimus, dumq; morbis laboramus, crebrò citra deliberationem respiramus, cordis temperaturam prodentes: quinetiam suspiria multa fiunt. Ad hæc ubi respirandi E munere necessario indigemus, spirationem sistere, ac compescere, integrum nobis minime erit, quēadmodū nec tussim, aliaq; id genus. Natura iccirco hanc uoluntariam functionē molita est, ut auxilio eēt naturali potentię, qū uidelicet cordi satisfacere nō ualet. Præterea Galeni ꝓbatio, qua illā omnino à uoluntatis arbitrio pendere docet, est hmōi, q. s. dissecto neruo functiones harum facultatū, id est, motū uoluntariorū, aboleri asserit: q̄ mehercle ratiocinatio à ueritate aliena est, tū in principijs, tū in figura. M Nempe qn̄ prædicatū rei quę a subiecto data est, aufertur, non debet semper auferri prędicatum ab illa, à qua est ablatū subiectū: alioqui repugnantiā antecedentis oppositi in tota materia unā cum repugnātia oppositi consequentis tutari ac defendere oportet. Hoc autem testatissimū facit, quantū in dialecticis Gal. claudicauerit: quippe si abrato neruo, sectoue, quępiam quoq; auferaē motio, illud tū necessario non sequetur, neruo illo existente motus

A motus gratia, cp neruo propriā motionis caussam acceptam feramus. Atqui si quispiam venas carotidas, neruosq;, soporiferos, q ad cerebrū pertingunt vulneratos habuerit, statim omni functione voluntaria destituetur, vnde particulæ illæ appellationem nactæ sunt. Quare Rasius memorię dedit, regem Indiæ, vbi in quempiam nobili genere clarū animaduertere vellet, sectionem harū partium imperasse: quod animaduersiōis genus ac supplicij mortem adferebat. Quis autem sanę mentis illic omneis motiones voluntarias B propterea insertas dicet? Porrò nihil actionem huiusmodi in neruo efficit, q̄ id quod talem potentiam complere, atq; perficere potest: quo affecto afficiatur quoq; actio necesse est, & si huius propria nō sit caussa: quandoquidem vitiatur, deperditurq; propria functio, abolita facultate, quę illuc defluebat, ac transmittebatur: quamobrem volūtarij motus deperditio non testatur motum quemlibet in neruorum essentia voluntarium adesse: qui tamen per accidens potest a voluntate prodire.

C Quòd si obstinatè repugnas, voluntarium penitus affirmando, nihil ꝓpterea promoues: quippe musculorum erit, non neruorum. Verum enimuero ad partium spirationi famulantium usus accedamus, quandoquidem de ipsa abunde disputatimus. Pulmo igitur spirationis officio delegatus, aditum spiritui pate facit: cum. n. attollitur, influit spiritus: cum contrahitur, effluit: vnde īstrumentum respirationis propriū esse in confesso est. Verum hic subtilitate ingenij consyderandum erit, nunquid respirationis, expiratiōisq; motio thoracem sequatur, nec pri- D uatum motum aliquem obtineat: an vero sit thoracis motus spirādo, quem pulmones sequantur, tanquā auxilium afferentem. Galenus pulmonem priuatim nullum motum habere scriptū reliquit, sed vnà cū thorace attolli, agitariq;: quinimo spirationem, quæ naturalem motionem sequitur, à septo transuerso fieri: est autem id musculosum quippiam, atq, carnosum, inferna a suprnis dirimens: hoc est, partes nobilio res ab ignobilioribus distinguēs, ac E separans. Dilatato itaq, thorace, aere impletur pulmo. Existimare autem oportet huius constitutionem similem esse follibus qui ī ferrarijs habentur: quod tibi manifestius fiet, si vulnerato thorace, ac confosso, aer introrumpat: quiescet etenim ꝓtinus pulmo, interitq; eius motio: idq; fortè ob refrigeratos pulmōes. Aristoteles (cincturam vocat) septi transuersi nullam aliam vtilitatem scripto reliquit, q̄ vt separarent inter sē partes principes, ac nobiliores ā nutritorijs, & ignobilioribus: vt videlicet animæ principis origo inof- F fensa seruetur, nec facilè occupetur exhalatione cibi, & caloris aduentitij copia. Atqui tantus philosophus calumnia dignus non est, neq; imperitię crimine notandus: quandoquidem quæ arte secandi corpora discuntur, haud absimilia sunt his, quę numero motionum circulorū comprehenduntur. Ars verò anatomices ætate Aristotelis planè haud quaq̄ erat absoluta. Porrò Galen⁹, cuius seculo medicina omnibus numeris, vt dicitur, perfectā erat, scripsit. Erunt, inquit, posterorum, qui ī medicina quędam a nobis non in-

G uenta, neq; cognita in lucem emittent. Quamobrem non tam crebrò (vt multi censent) Galenus Aristoteli refragatur, quin potius illius inuentis aliquid adijcere, atq; implere nititur: cuiusmodi sunt, quæ de sepio, de motu neruorum, de sensu & motu, de cordis ac cerebri principatu: quę nãq; ille de particularib⁹ disserit, haudquaq̃ in vsibus huic reluctãtur. Verum ad id, vnde nostra digressa est oratio, redeamus. Gale. igitur de pulmonibus sententia diligenter perpendenda: quippe nullo
H alio argumento, rationeve probare studet, dilatato thorace pulmonem quoq; attolli, q̃ ꝙ eodem quiescente, pulmones quiescant, intereatq́ue animal. Nos verò non adeò absolutè ac simpliciter pronunciãdũ censemus, thoracem videlicet præcipuã motionum pulmonis causſam esse: fieri etenim potest, vt pars vtraq; priuatim moueatur, habeãtq; mutuũ quendam consensum, ac proprium, vt alterũ absq, altero minime moueatur: ob id vno quiescente, alterũ quoq; cesser, atq; neutrũ alteri causſam motionis suggerat, prębeatq;.
I Quod si assereremus, pulmone non moto, nec thoracẽ moueri, quæ est Galeni opinio: nos mehercle censeremus pulmones thoraci motũ suppeditare. Quare videtur Galen⁹ sensisse thoracem ac pulmonem simul posse moueri, ac si in sphæra, globove forent: immotoq; altero existẽte alterum quoque minime agitari: q̃uis (vti retro diximus) vnum alteri⁹ non sit motor. porrò id quoq; vsuenire potest, ꝙ dissecto thoracis neruo, affect⁹ ad pulmones per consensum pertingat, quo modo Gale. multas ægrotare partes literis prodidit. Nunc igitur thoracem dilata K
tum pulmonis motionem adiutare, eadem indicatione dicendum, potissimũ, vbi vehementiori indiguerimus respiratione. Verum enimuero vt in pauca tẽ conferamus, Cor est, quod abolita respiratione expiratio neq; afficitur, ob id q, animalis interitus contingit. Hinc necessariò ab ipso spirationem emanare ingenue fatebimur. Cæterum pulmonis agitatio (vt sentit Gal.) violenta est, eadem ratione ac vi, qua sunt, quæ ab arte machinata, agitant. Mouet id viscus modo quo naturalia, atq; bifariam: nãq; tum ab electione, tũ L
a natura. Atqui duos in motu principes collocare non erit absurdum: musculũ motionis ab arbitrio volũtatis prodeuntis: cor ad pulmonem huius, quę a natura est. Galenus hic eadẽ methodo nixus est, qua in cæteris suis indicationibus consuevit. Haud enim aliunde motũ pulmoni, quàm a neruo adesse putat, quãquam per artem dissectionis corpore, tum nullus ad id viscus deriuari nequeat, quo sentiat, nedũ motum obtineat. Verũ ingenij nostri hebetudo fortè obstat, quo min⁹ ve ritatem perspiciamus, horum videli M
cet quæ in hoc commentario a nobis considerantur: attamen vt tempus fert, atque suadet, ocium q̃; permittit, in hoc negocium toti incumbimus: aliquando verò ista futura sunt exploratiora. Pulmo in duas fibras diducitur, vt si fortè vna aliquãdo afficeretur, altera vicem eius supppleret: quemadmodum in thoracis vulneribus videre est, in quibus si fibra altera lędatur, spirationi alterã deseruire necesse est: quippe vtraq; affecta animali interitum affert.

Se-

G Sequitur vt de aspera arteria (quæ nonnullis spiritalis fistula dicitur) nonnihil disseramus: quæ spiritus causſa data est: hac enim spiritũ trahimus, reddimusq; respirando, expirandoq;: sed nec solum spirãdi causſa, sed etiam vocis: quare natura emolita est particulam quandam in eius summitate, quæ munus efficiẽdæ vocis contineat, minoris linguæ formam referentem: deinde a musculo quippiam ei aduenit, quod vatiẽ arteriam afficiat, & ob id variæ gignantur voces: sed is quidem vsus minimè necessarius, verum vt me-
H lius ac fęlicius vitæ curriculum trãsigeremus: idq; in alijs quoque partibus prudens natura instituit, quæ non vnius tantum gratia, verum ẽt plurium conditæ fuerũt: quippe nares tum vt odoraremus, tum vt cerebri excrementa expurgarem⁹: illud ad sensoriam facultatem, hoc ad, pulsoriam referendum. Vua (columella alijs nominata) facit ne pluuis, fumusq;, & id genus multa, ad spiritalem fistulam non irrupant.
Quinetiam spiritum primum temperat, ne tam frigidus, ac ĩcõcoctus
I dat, quæ disiecta, distillationib⁹ obnoxium reddit hominem, refrigerãdo parteis omneis spiritales, vociq; gratiam adimit, nam & hęc ad hãc functionẽ necessaria. Epiglottidem vocis particulam esse nõ est dubiũ, q̃n vbi in arteriã aĩantis valide insufflamus, vox reddit, haud absimilis illi, quã dũ viueret, sonabat. Huic ẽt aliud operimẽtũ annexũ: ne ĩ arteriã cib⁹, aliudve deerrãs, aĩal strãgulet: nãq; crebrò videm⁹, dũ aliqd ĩ ipsam dilabit, tusses statĩ excitari. Sj d spiratiõe, ei⁹q; ĩstitis dictũ iã ẽ.

De cerebro, eiusq; partibus, ac functionibus K
Cap. 20

QVanquam imaginatio, cogitatio, recordatio, conseruatioq;, neq; partes, neq; mẽbra sint, habent nihilo minus in cerebro sedes, in quibus earum functiões sint euidentiores. Phantasia igitur, siue imaginatio in cerebri anteriori parte sita est, quę rerum speciẽs, postq̃ à sensu communi relictæ sunt, concipit, ac retinet. Cogitatio vero manifestior est in medio cerebri sinu specuve: hic quas assertiones, & consilia vocamus, fieri traduntur: discer L
nimusq; quid in his nobis sit eligẽdum, vitandumq;: hic intellecta recognoscuntur: quare in animantiũ genere homini soli tributa est: bruta vero istius loco æstimatricẽ vim obtinẽt: in posteriori cerebro cauerna ampliori vis illa reminiscentiæ sedem habet, atq; etiam conseruatrix potẽtia: quæ in nullo alio interse discrepant, quàm quòd recordatio per interualla fit, conseruatio verò assidua est. Verum ab imaginatiõe quoq; differunt, ꝙ hæc formã exhibet sensilis, vel sensibus priuata: illæ verò ad custodiam, & refrica M
nationem rei conceptæ, magisq; ad intellectũ, prudentiamve referendæ. quàm phantasia. Atq; illud meminisse oportet. ꝙ & si in ventriculis cerebri harum potentiarum functiones peraguntur, tamen a corde, tãq̃ oĩum principio prouenire, sedesq; tũ in cerebro tanq̃ instrumẽto obtinere. quare quẽadmodũ visoria facultas ĩ crystalloide sita esse fertur, cũ tñ sit in corde vel cerebro, sic virtutes istæ, harumq;: sediũ vtilitas ad temperandum eas instituta est, eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

G modo, quo cerebrum diximus opẽ ferre alijs cõceptionibus, atq; apprehensionibus. Alia igitur probatiõe non indigemus, quam ea qua superiora discussimus, quę est huiusmodi, facultates nihil agere citra calorem nativum, qui ad ipsas non pervenit, nisi cum quadam moderatione, ac mensura: visq; illa quę transmittit, temperatq;, calidum naturale, in corde posita est tanq̃ fonte ac principio. Ad hęc imaginatricis functio testatur sensilium aliquid I sensu cõi hærere, cuius sedem in corde libro de anima scripsimus: atq; iõ H illa quoq; principium cor habebit, quę vnà cum facultate motrice voluntaria, animanti motionem suggerit, quam in corde habitare nup diximus. Præterea vbi imaginatio, illic quoq; cogitatio collocabitur, qua ab imaginatione concepta cõponimus, resoluimusq;. Hãc etiam necessario consequuntur recordatrix, atq, conseruatrix facultates, vtpote propter ipsam institutæ. Cæterum vbi affici has ipsas potẽtias cerebri ipsius ventriculis affectis conspiciemus, non erit statim ferendũ iudicium, fontem ipsarum solum esse cerebrum: haud aliter q̃ affecto I crystalloide visionem vitiari cernẽs nihilo minus ipsum visoriæ facultatis primariam esse scaturiginẽ. Nã & septo transuerso affecto, nuper dictas potentias lædi spectamus: nontñ sanæ mentis homo harum sedẽ in hac parte putauerit: Cerebri etenim ventriculi harum gratia conditi a natura, quorum tẽperatura functiones ipsarum conficit. Atqui retro scriptæ virtutes in duobus prioribus cerebri specubus euidentiores sunt: a quibus per viam, tramitẽve, qui inter ipsos consistit, deferũtur: K in qua via meatuve quędam corpuscula constituta sunt, quæ dum calorem internum ad cerebri sinus ingredi oportet, aperiri credũtur, claudiq;, vbi subierit. Horum vero mentionem fecimus in commẽtario anatomices. Cerebro humido molliq;, constituto, super impositũ est os, quod calua nominarur, pro tutela ac munimento: duę item mẽbranæ (quarum altera tenuis atq; lucilla: altera crassa ac valida) cerebrũ vallant ac vestiunt. Quinetiã globosa, vt quę sit omnium figurarum perfectissima, rotunda, atque L sphærica: tum capacissima, tum ab incõmodo & lęsione remotissima. Præterea sedem eminentiorem in animantibus perfectis cerebrum obtinuit sensuum gratia, qui custodes totius corporis (teste Galeno) sunt: quod etiam in rebus externis vsuuenit, quippe qui custodię excubijsve præsunt, in arce sublimioriq; loco collocantur.

De somno. Cap. 21.

PRoximum ab his partiũ vsibus quos diximus, est, vt de quibusdã, quę ad sanitatẽ conferant dissẽ- M ramus, initio quidẽ sumpto a somno: de quo primũ quid sit, & cui parti creditus: tũ quę eius sit causa, cõsyderemus oportet. Est quippe animantiũ generi apprime necessari⁹, atq; vtilis, sub quo homo quoq; cõtinetur, qui somno destitutus vitæ non exiguam iacturã facit. Sõnus igitur (mea quidẽ sententia) nexus quidam & quies sensuum, atq; corũ dẽ recursus recessusq; a suis instrumẽtis ad intima: idq; somno sepulti, dormientesq; apertè testant, qui sen-

A sensilia, & si proxima, minimè percipiunt: tũ qui patentibus oculis dormitant, nequaq̃ vident: atqui si facultas visoria instrumentis adesset, continuò hi quoq; viderent. Verũ enim vero id non tantum in soporatis conspicimus, verũetiã in his qui studiosissimè, attentissimeq;, in aliquam rem incumbunt: etenim nõ pauca sensilia prætereuntia nõ animaduertunt. Cum itaq; somnus tãtum sit sensuum ad ĩtima recessus: sensus vero haudquaq̃ moueri possunt illa, quæ per vniuersum corp⁹ fit, motione, absq; auxilio alterius, B quod illis materię loco adsit, erit verò id calidum naturale: quare somnum esse coitum quendã caloris ad intima refugientis asserimus. Quinetiã partes extimæ refrigeratę somno pressi hominis hui⁹ testimoniũ locupletissimum exhibent. Atque item concoctio, quæ in dormitantibus validior cõsistit: nempe calidũ id, quod in vigilantibus functiones concinnat (præbet etenim motũ sensumq; extimis) in somno sopitis ad ima subterfugit: illud vero a corde tantum animantium partib⁹ trans- C mittitur, ad quod ceu ad fontem atque principium in somno refluat, atq; reuertatur, necesse est: quẽadmodum in motu consyderat', quẽ ad id, vnde incœpit, redire oportet: quale in Deo spectamus, a quo oĩa dimanant, & ad quem cuncta reuolant. Postq̃ igitur explicauim⁹ somnum, sensus quietem, ociumq; suatum functionum, atq; intermissionem, quæ a caliditatis subterfugientis recessu consit: proximum est, vt scrutemur, quę sit causa huiusce cõfugij in somno sopitis: quod in primis coctionẽ adiutat. Caloris equidem ad extima sparsio a quantitate, D non a qualitate eiusdem inducta prouenit: at coactio quantitatis imminutio est: idq; contingit, quoniã a frigiditate humiditateq; superat'. Somnus ergo calore interno refrigerato, atq; humectato fiet: tunc nanque copia minuitur calidi, dum ad suum fontem recurrit. Præterea cũ cerebri vsus sit, vt cordis caliditatẽ, siccitatemq; moderaretur, necesse eot ab illo maiorem huius functionis cumulum consequi, atq; alimẽtum cordi transmissum refrigerari humectariq;: proinde rigationib⁹, E quę vim frigidam humidamq; obtinent, perfundimus capita vigilijs affectorum crebertime: etenim cerebri consensu, cor quoq; affici cõspicimus. Quamobrem qui a solo cerebro somnum effici putauerunt, grauissime lapsi sunt. Ad hæc argumẽtum a frigiditate humiditateq; somnum conciliari tale est, q⁹ alimenta pleraq; omnia soporem appellãtia, vi frigida humidaq; prędita sunt, cuiusmodi lactuca, & id genus: at vigilias accersentia calida siccaq;. Sõni autem causa, quæ a materia nomen habet, vapor est humectus ab F infernis, intimisq;, ad cerebrum elatus, vbi a frigore consistit, grauisq; effectus, dum, quę illic sunt, cęteris miscetur humiditatibus, dumq; ad altiora penetrare non valeat, neque discutu dissipative, ad ima denuo defluat necesse est, atque inde meatus facultatũ sensilium obstruat. Quinetiam somnus animãti ab fatigatione laboribusq; confit, calore nativo inter mouendum, opusq; faciendum dispersо, imminutaq;, eius quantitate, refrigerato: proinde coactus ad suam confugit scaturiginẽ,

G fontēq;: haud secus ac milites, qui grauī imminente periculo ad ducem recurrunt. Cor vero in animante princeps: quod postremum animali mortuo refrigeratur. Somnus item naturæ est functio corpus gubernantis, iccirco necessaria animantibus perfectis, quoniam absq; eo immodicis laboribus frangerentur sensus, atque interirent: quibus pereuntibus actum de vita esset. Quamobrem, qui minus probè dormiunt, pallore afficiūtur, atque munia sua potissimū nutritiōis, dteri' abeūt. Quin & exercitio ac fatiga H tione sensuum calor ille internus refrigeratur, vtpote ad extima expansus: rursusq; ad intima subterfugit, vbi eius minuitur quantitas. Illud vero te latere nolim, somnum conuersionem tantum esse temperaturæ caloris intrimi ad frigidum & humidum, estque, quę hūc facit facultas gubernans, quæ in corde posita est, cuius calor hac ratiōe huius est instrumentum. Propterea exoritur hic quæstio, cui potissimum potentię animæ commissus sit sopor: Cui ingenuè responsum volumus, facultati sensitrici illum esse credi- I tum, quę roboratur, & incrementum suscipit huius functionibus: neque nutritorię potestati attribuendum, quatenus est nutritoria, quoniam vegetalia non soporantur, sensus namque sunt expertia: illa verò vis sentiendi ascribitur sensui communi. Somnum tribuimus sensitrici potentię, vtpote quæ ab eo tueatur, conseruetur q;: quamuis senetur tunc tempo- ris.

De temporum anni temperamento. K

Cap. 22.

ALtricis facultatis functiones, partesq;, quę illas perficiunt, animantibus necessariæ: sed maximè tactio, qua pereunte, animal interit. spiratio item necessaria. Porrò liquet ea, quę sanitatem corporis humani tuentur, ac conseruant, esse aquā, aerē, alimenta, quibus secūdū naturā se habentibus corporis sanitas consequatur. Aer verò naturaliter se habet propter solis astrorumq; fūctiones: sol vero id facit, signiferum per errans per anni quatuor tēpora, ver L ętatem, autumnum, atq; hyemem, quorum constitutionem exploratissimā medicū habere oportet, quippe tum dignitate, excellentiaq;, tū vtilitate longe superet alia sanitatis tuendę præsidia. Vere quidem nutritionis functiones validiores atque perfectiores, calido s. interno copiosiore existente, quod temperatura est tum calidum, tum humidū. Proinde ver calore, humoreq; moderatū asserimus, collatione ad hominis tēperationem facta: quoniam adolescentes iunioresq; vere actiones vividiores obtinent. Vocabitur itē nō M absurdè temperatum, hominis temperamento collatum: quandoquidē non a quatuor qualitatibus p se totis mixtis ea tēperatura constituē: cuiuslibet nanq; corporis tēperatio alteri qualitatū agentiū exuperanti (quæ instar formę erit) atque alteri patientū (quæ loco materię) ascribitur: alioqui non vnum specie, verū duo conflarentur: functio itē vna ī suo termino minime collocarent, si duę qualitates oppositę simul ppollentes inessent æquabiles actu potestateq;. Quippe ex duobus contrariis actijs actu haudquaquam vnum actu componitur: neq; etiam ex non cōtrarijs, quēadmodū duę lineę actu vnam actu non conficiunt. Quam opinionem pauci admodum, qui se naturæ interpretes iactitant, medici naq; professores nostrę memoriæ admiserunt: verū iā illis explicabit. Téperata natura, ex quatuor qualitatum pari mole moderata, hoc est, temperatissima, nusquā spectari potest. Quinetiam temperamentum vni qualitatum agentium attribui moderatum non conspicimus, propterea q singulę actiuæ modum na B ctæ sunt functionum suarum ab altera patientium, quę illi adest loco materiæ. Sed vade nostra fluxerat oratio reuertatur. Æstas calida & sicca: hyems rursum frigida, tū humida, collocata ad ver, hominisq; temperamentū. Quidam autumnum (vt qui esset inter ętatē hyememq; medius) eque temperatum atq; ver collocarunt, largissime quidem peccantes: veri nāq; in totum quis dixerit cōtrarium? à quo vires omnes imbecilliores euadunt, cuius exēplū experimētūq;, vegetalia animātiaq; suppeditabunt. Proinde siccitatē atC que frigiditatē illi assignabimus: at validior erit siccitas: verùm vt sum matim dicam, inæquale oīno naturam habere pleriq; omnes peritiores scripserunt. Sol autumno perinde nobis est proximus, atq; abest a nobis: quod de vere dici quoq; merito debet. Sed hoc tantū interest, q autumno vires infirmiores debiliores q; fiunt, siccitasq; exuperat in animantibus, quare nullam in generatione caloris sui temperantia vtilitatem præstat. Vere si quod aliud generationi in primis aptum atque idoneum. humidum nāq; tali functioni familiarissimum. Porrò breuitatis, diuturnitatisq;, certum finē, ac scopum anni tempora non obtinent, sed pro regionum natura, atq; longitudine variantur. Quarum equidem temperatior erit, in qua breuis autumnus, uer uerò longum: cuiusmodi sunt quę sub quīto climate iacent, præcipueq;, maritimæ. Autumnus in nostra Hispania duorū est mensium, quæ est in quinti climatis principio. Sub libra item temperatam horam assetere (vt nō pauci) absurdum est: quinenam quartum quinto præstantius climate exi E stimare. Galenus Græciam terram temperatissimam tradidit literis, potissimumque Hippocratis patriam Coum, atq; huius tempora anni veri similia. Nos quatuor causis, materiali s. formali, effectrici, atque finali salubritatem partis cuiuslibet cōplexi sumus.

D

AVERRHOI COLLECTANEORVM SECTIO II.

DE SANITATE TVENDA. F

De artis medicæ fine. Cap. 1.

Sectionis 6. Coll. 1. respondet.

FInis philosopho tūm speculatiua tum actiua dicitur. Primo quidē, ad quē res necessario tēdit: isq; absolute finis noīatur. Secūdo verò, quēadmodū formam materiei finē appellam': q pfectiōis entis. finis inseparabilis dr. Tertiò, ac postremò, quo adepto ac consequuto, q huī' gratia sunt īstituta, cō sistant necesse est. atq; hic caussarū

Universidad de Deusto
Biblioteca

G finis vocitatur, vt ſerram finem artificiorum, quę per ipſam elaborantur, appellabimus. Verum enimuero artis medicę finis rationabil'r ac vere, primo, poſtremoq; modo pronunciabitur: At ſecundo nō ita ſimpl'r: verum (vt quiſpiam dixerit) in latitudine. Pars autem medicinę, q̄ nobis nunc ſcribitur, cęteris ei⁹ partibus longe anteferēda eſt. Quę rurſus bifariam ſecabitur: in partem videlicet, quę ſanitatem conſeruat, ac tuetur: deinde in eum, quę docet, quemadmodum auferri debeāt ea, quę hominibus morbos accerſunt:
H quę ſanè quidem media erit inter ſanitatis tuitionem, & ęgritudinis abolitionem. Porrò id te memoria tenere velim, noſtra corpora à vitijs tantum poſſe vindicari, quę nobis ex accidenti contingunt: idq; potiſſimum ab excrementorum immoderata copia, quę ab alimentis, puenit. Quippe ſi ratio victus moderata omnibus vſurparetur, a nullo uſquam ſanitas abeſſet. Atq; hoc oraculum in hac arte diuiniſſimum, firmiſſimumq; eſſe tibi perſuadeas: alioqui manca, ac mutila eſſet, claudicāſq;
I medicina. Quamobrem nō poſſumus non mirifice laudare atque probare definitionem medicinę, quam hic mox ſubſcribim⁹. Medicina eſt ars factiua, ratione experimentoq; inuenta, quę tum ſanitatē tuetur, tum morbos depellit. Qua definitione nullus maiorum poſteriorum ve noſtrorum aliam verioré ſcripto reliquit. Nempe etſi illa, quā Galen⁹ tradidit, multis videatur exquiſitè perfecta, nihilo minus parū explicata, declarataq; eſt, & propè dixerim manca: q̄nquidem cuius eſſet gn̄is, nōn explicuit. vniuerſę nā-

que artes operatrices, naturę domi- K
ne, cognoſcentesq;, tribus ſumūtur modis. Aut. n. prędſunt faciendorum operum facultati, & neq; formā, materiam ve faciunt, ſed iubēt: Aut minimè prędcipiunt, ſed faciunt formā in materia apta: Aut medię ſter has quę videlicet partim faciūt, partim prędſunt ac iubent: primo quidē formam elaborantes, altero materiam cognoſcentes, atq; explicantes. Horum primi exemplum gubernator nauis erit: atq; architectus, qui nauē extruit, ſecundi: & tertij, is qui in naui cuncta probè diſponit, ordinat,
L atq; iubet. Nos vero de his exquiſitiſſime ſcripſimus in commētario, quem in ſecundum auſcultationis naturalis librū poſteris reliquimus. Cęterum medicina ex his artib⁹ eſt, quę abſolutè factiuę vocitantur: ꝓſtat etenim formam, qua functiōes ſuas naturales homo perficit, idq; natura materiave apta & idonea ad opus exiſtente: alioqui. n. non poſſet formam prębere. Eſt aūt hic finis, qui artu locum ſui ſubiecti conuenientiſſimum ſuggerit. Atq; haud quaq̄ abſimilis ratiom victus, quā
M Galenus homini quadrato, temperatoq; prędſcribit, vt ſ. vitę naturale curriculum tranſigat, ſenectutemq; attingat, quę me hercle ob inſignitèr refrigeratas, exſiccatasque partes corporis principes contingit. Quare hunc finem, atque ſcopum ars medica nequaq̄ debet tranſcendere: ꝙ ſi id faceret, immortalitatē hominibus adferret: quam nō poſſe ab ipſa prędſtari in confeſſo eſt. Cauſſa vero, cur interdum medicinalis ars finem probum non conſequatur, eadem eſt cum illa, quę cęteris artibus impedimētum injcit,

ne

A ne circa materiam ſuam, atq; ſubiectum finem optatum adipiſcantur: quod in athletarum, nautarum, atque agricolarum victus ratione manifeſtiſſimè conſpicitur. Atqui Raſius noſter huius cauſſam in quodā ſuo commētario tradidit huiuſmodi, videlicet, ꝙ ea quę retro iam a nobis expoſita ſunt, non paucis intercedentibus mediis indigeant, vt hūc ipſum finem obtineant, quem a nobis ſuppeditari, fieri minime poteſt. Cuius equidem opinio proba eſt, verum non vſquequaq; perfecta: qua re adijcere quædā nos oportet, quo
B dilucidior euadat. Eſt igitur verum, hanc artem in indiuiduorum corporibus peccare, ob materiei ipſorū idoneam præparationem. fieri nāq; poteſt, duos eſſe homines eiuſdem æquabilis, temperatæq; naturę: vna eademq; rōne victus vtentes: quorū alter ad ſenectutem finemq; ſuo tē peramento conuenientiorem perueniet: alteri vero (& ſi eodē diætæ genere vtatur) praui ingenerabuntur ſuccі, qui mortem accerſent celeriorem. idq; profecto contingit ob quā dam huius temperaturæ inſitam in natamq; aptitudinem ad vitioſos
C humores gignendos, quæ nos latet, & hanc ignorantiam nobis parit naturarum tam multiplex innata ꝓparatio, aptitudoq;, vt nullis notis nullisq; indicijs comprehendi valeat: quod a nobis in commentarijs philoſophiæ abunde expoſitū eſt: vbi id quoque proditur, materias ſ. ſingulas accidentia obtinere peculiaria, inſitaq;, præterea queq;, quę a forma ſuppeditantur. Quamobrē accidētia, quæ materiei adſunt, multifariam illam naturarum indiuiduorum variationem procreāt, haud ſecus, ac ea, quæ peculiaria for- D
mæ inſunt, mores tam varios in hominibus ſingulis indiuiduisve concinnant. Quippe homo poſtremū compoſitū exiſtens, non paucas indiuiduorum differentias ſpeciesve habebit: quod facit, vt multiplicitas proprietatum. naturarum ſ ac morum indiuiduorum, non ita pateat. Verum enimuero longius fortè, q̄ par ſit, noſtra eſt expatiata oratio: quanq̄ ingenuè affirmare auſim, id quod nuper nobis ſcriptum eſt, maximam afferre vtilitatem his, qui exploratum habere concupiſcunt, in quo philoſophorum doctorūq; E
virorū non pauci olim dubitarunt. Nunc ad inſtitutum negocium reuertimur, dicimusq; illos, qui in ea ſunt ſententia, ꝙ videlicet is qui tali educatione regitur, qualem in libro de ſanitate tuenda Galenus ꝓcepit, finem optimum conſequetur ignorare, quomodo dignoſcatur finis artis medicę a parte ſuorum paſſiuorum: hiq; hallucinantium medicorum & indoctorum opinionibus aſtipulari videntur, quemadmodum & illi, qui dies hominum annosq; certo numero aſtringi ceſſuerunt: quandoquidem vſuuenire po F
teſt, quempiam naturæ temperatæ inculpata educatione vti: veruntamen ęque breuem vitam viuere, atque is qui rationem victus improbā vſurpant. Sed hoc rariſſime contingit: quare ab accidēti tam remoto ac longinquo medica ars neque ſubibit calumniam, neq; ſubuerſionem: abſit etenim, vt tam inſignis artis nobilitas hoc tam exiguo ſcrupulo obſcuretur. Porrò qui tantum rebus externis, atq; ab electione voluntateq; prodeuntibus morbos attri-

G tribuit, is nosse causſatum minorē cumulum videtur: quippe effectricium tantum gradus quidam (quæ dixerunt) sunt: Hæ verò vtpote manifestiores à plerisq; omnibus medicis ægritudinibusq; assignantur. Huic si forsè (vt fit interdum) morbi accidant, quos id genus causſæ non præcesserint, diuinit°, cœlitusq; immissos protinus aiunt: quam opinionem, quontam popularibus vulgoq; arrideat, minime improbabimus. Iam verò satis superq; exposita artis medicę commoditate, atq; vtilitate, proximum erit, vt de causſis H disseramus, quę ex accidenti corporibus nostris vitia aduehunt, quibusq; medicinæ auxilio occurrere valeamus: sunt autem hę causſæ effectrices: quarum aliæ huiusmodi sunt, vt facile caueri vitariq; possint vt combustio, sectio, percussus, & id genº mille, quæ fugere omnino possumº. Alię verò, quæ necessario nos alterant, atq; immutant, vel nobis inuitis nolentibusq;, de quibus agēdum mihi nūc est. Sunt igitur quæ nostra afficiunt corpora ex accidenti causſæ, aeris nos ambientis constitutio, immutatioq;: exercitiū immoderatum (quale est artium quarundam) deinde alimenta, potiones, animæ affectus, atq; vt summatim perstringam, quæcunq; intemperiem & cum succis, & citra succos pariūt. Ab his itaq; quandoquidem vindicare nos possumus, aut ratione victº aut mediocritatem (quę in sanitatis tuitione collocatur) amplectendo, asserimus sanitatem posse cōseruari tūm alimētis, tum boni succi, tum q̄titatis moderatæ, tum opportunè assumptis: item motu ac quiete mediocribus, excrementorumq; expurgatione: deniq; aeris boni inspiratione, & cęterorum accidentiū præcautione, quę intēperiē euocare nata sunt. Sumendi verò cibos modus melior medicinalis est. Excrementa purgabunt fricatione, lauacro, exercitio moderato, atq; medicamentū assumptione: q̄ vniuersa præcautioni ab ęgritudinibus accepta referenda sunt.

De exercitio, eiusq; modis.
Cap. 2.

EXercitatio motus est partiū ab aliqua electione, atq; voluntate procedens: qui primum quidem a membris efficitur, motionem volū I tariam obtinentibus: secundo verò ab ijs quę motu sunt prędita animali, cuiusmodi sunt venæ, partesq; nutritionis officia exequentes. Cum itaq; exercitatio motus sit, quædam propria, quędam autem communis constituetur. Atq; hæc toti corpori attributa, qua vtuntur cuncta animalia: illa priuatim singulis membris peculiaris: quemadmodū vox, thoracis, atq, pulmonis: sedere, astare, dorsi exercitatio. Quinetiam alia est exercitationis sectio, quatenus exercitatio: (prima nanq; a partibus desumpta est) vehementem e- M tenim quandam, remissiorem ac leuiorem, alteram & tertiam temperatam collocamus. Atqui valida & imbecilla fatigatis interdū ac laborantibus cuiusdam partibus fiant, quibus pariter accedent, tum concitata, tum tarda: interdum verò cum in mouendo alterum alteri reluctatur, atq; ab eo opprimitur, vt in grauioris oneris sublatione contingit: verum hinc differentiæ neq; citatæ neq; tardæ iunguntur. Atqui nōnū quam celeritatem pariter, & vehementiā exercitatio habebit, qualis A est illā gladiatorū. Cæterum exercitij modici vtilitas eximia est. Spiritum etenim intetnū citationē facit, atq, auget: caloris quoq, genuini augmentum prębet, custoditq;: excrementa partiū altrici facultati deseruientium expurgat, & expellit, pariter & discutit: membrorū essentiam emollit: quare corpori, cætero tum nullum magis erit cōmodū, q̄ hoc ipsum. Quippe caloris, atq; spiritus augmentum, quod ab eo conficitur, nō absimile est caliditati naturali externæ. Atqui hęc quę ab extrinsecus excitatur, veluti a medicamē- B tis ālijsve rebus, energia & actu calefacientibus, ex accidenti contigit. Quæ commoda nuper dicta homo consequetur, si a concoctione exercitationi sese dedat. q̄ si prius exercitio vtatur, periculum est, ne crudos, Icoctosq, cibos, ac succos partes ad se trapiant: quo simul afficietur facultas retentrix, expellenturq; incocta alimenta: quandoquidem (vt tē paucis absoluam) quiete concoctio exquisitè conficitur: potentia autē propulsoria motu, agitationeque.

Quamobrem tempus eius vtendæ C illud esse statuimus. Sane huiusce tē portis nota, color est vrinę mediocriter rufus ac suppallens. Inhibenda verò exercitatio tum primum est, cū sudorem calenn admixtum spectabis, atq; spirationem alterari immutariq;, colorem rubrum ac floridū apparere, simul ac venas intumescere. Diligenter itaq; curabis, vt cū dictorum iam indiciorū quodlibet apparebit, protinus exercitium sistatur. Quippe valido digeritur, exhauriq; corpus: quod patet in his, qui eo genere delectant exercentq;. Remissiori vero & imbecillo, quod ex- D purgari debet, minimè expurgatur: nec quod ab eo fusum ac liquatum dissipare valet. At mediocre ac temperatum excrementa corporis tum discutit, tum absumit: quinetiam & corpus implet, & carnosiorem obesioremve reddit exercitatum. Quare ad sanitatis tutelam supta quam cuiquam credibile sit, moderatum exercitium confert. Verum enimuero quot incommoda ocium, exercitijq; negligentia pariant, clarum nobis testimonū exhibent, qui in vinculis, atq; custodia vitam agunt: facies etenim horum nō dissimilis ca- E checticorum facici: color fœdº: atq; ipsorum omnes functiones affectę, Ibecillæq;. Sed aīantū quoq, cętetis idē vsuenire, maxīeq; auitio gñi caueis detento & saginato, cernimº.

De fricatione, eiusq; multiplici ratione.
Cap. 3.

EXcremētorū cōcoctiōis tertiæ fricatio quoq, euacuationē exequit: cuius dręæ simplices quidē sex nūero statuimº, qualitati ternas asscribētes, asperū, leuē, mediā: vel (vt quispiā cēsuerit, vehemētē, remissā, ac mediocrē: q̄titativerò multā, pau F cā, mediocrē. Atq vehemētes fricationes tū dēsant, tū durāt īmodicè corpa: Remissę verò & Ibecillę rarefacere, sil' ac mollire valēt: Mediocrū fricationū opº vniuersa iā dicta mediocriter efficit, mediēq; inter prīas postremasq; hūtur. Prętereaualidiores carnē minuūt, gracileq; corpus reddūt: mediocres cōtra carnis īcremētū adjiciūt: paucę verò nullū opº euidēs cōficiūt, nisi q; parū calfaciunt. Hactenº de simplicibº fricationū drījs, quibº coniugatiōes ipsarū, ac complicationes exploratas habe-

bis,

G bis, si diligenter in id incumbas. Tẽpus verò nullum aliud ipsis statuemus, q̃ quod exercitationi nuper attribuimus: Atq; in sequentibus perfrictionum differentias exercitij differentijs commiscebimus.

De *Lauacro*. Cap. 4.

NVne de balneo nobis differendum, vtpote quo & vacuentur corporis superfluitates, atq; excrementa: cuius varias esse facultates, quæ corpora nostra afficiant, asserimus: primo nãq; tum humectat, tũ siccat, refrigerat simul, ac calefacit: H excrementa, quæ sub cute adhærẽt, & meatus obturant, expurgat: interdum verò eosdem obstruit, & cutẽ dẽsat: flatus discutit, ac tumores: corpora vt probè alimentum suscipiãt, idonea aptaq; concinnat: est etiam vbi appetitionem incitet: dolores demulceat, ac lenit, & aliq̃n prorsus tollit: humores fluidos facit, eosq; a particula in particulam aliam transmittit. Harum verò adeo contrariarum, & sibi pugnantium functionũ causſam esse dicimus vnam ex his, quæ ternario numero continentur: Aut enim ab ipsius lauacri natura, I & constitutione: aut a laborantium corporum affectu: aut deniq; a tempore, quo in ipso detinentur. Cum verò naturã balnei, atq; partes scripsimus, intelligas velim aquam tũ calidam, tum frigidam, deinde domum, in qua præparatur, aeremq;. Atq; ista rursus in gradus partiunt: quippe aqua ĩter calidum frigidũq; media refrigerat, humectatq;. quin etiam nonnihil discutientis potestatis obtinet, quo sordes, quæ cuti adhærescunt, absterget. Aer quoq;, qui eandem cum illa temperaturam habet, exiguum sudorẽ elicies, tenues K è corpore succos euocat, simul ac euacuat. Is vero, & si aqua (vt alias docuimus) humidior sit, tũ non æque humectat perinde atq; aqua, ut quę corpori applicatur: quinimo vi deficcante aerem prædictum meminisse te velim: qui quo calidior, eo plus ariditatis infert. Porro aqua, aerq; insigniter calida & calefaciunt, & interdum siccantur, excrementa vacuant, quibus eductis flatus eadem opera discutiuntur: idq; tantum in corporibus puris, & non excrementosis præstant: quippe in illis, quib' L superfluitates exuberant, immodice meatus obturant, euocatis ad cutẽ vitiosis, ac copiosis succis, quibus hiber exitus nõ patet, ob copiam crassitiemq;: vnde corpora huiusce modi habentibus horrores, rigoresque contingunt, vaganturq;, succi p vniuersum corpus, ac deferuntur ex loco vno ad alterum. Quamobrem illud tibi persuasissimum habeto, homini plethorico malisq; referto humorib' lauacri vsum a nobis inhiberi. Quinetiam si pars quæuis tali plenitudine affecta sit, nequaq̃ consulimus. Atqui causſa, quę media collocata est, maioris est momenti M cæteris. Porrò lauacrum dolores tãtum leuat, quos fluxiones concitarunt, cuius generis abscessus, & huius generis morbi. Item interdũ per se, interdum ex accidenti refrigerat. Hoc vero fit meatus reserando, & eductis vnà cum superfluitatibus ex lore ac spiritu: illud autem quoniã aquæ lauacri frigidæ vis suppeditat adhiberturq;, vt calidæ intẽperiẽ moderetur, & partes emollitas corrigat: atq; vt mitiget calorem naturalem, eo modo quo fabri ferrarij ac coci, qui

A qui frigidam vsurpant, vt scopũ sui ꝓpositu attingant. Insuper lauacro, natationeue frigidæ vti haudquaq̃ debemus, nisi prius excrementa expulsa fuerint. Balneũ autẽ (vt summatim perstringam) in his qui corpora pura obtinent (si modo oĩum eius partium fuerit concinna assensio) eximia præber, & singularia cõmoda: etenim superfluitates discutit, & citra virium noxam expurgationes efficit: partes emollit, ita tamẽ, vt neruosum genus minime resoluat: humectat citra caloris sensum: quinetiã refrigerat, nec tamẽ B obstructiones ob visciditatem accersit. Quæ vniuersa nobis iam scripta à calido frigidoq; perficiuntur: neq; puris, sed nõ puris corporibus incommodum afferunt.

De *somno, atq; vigilia*. Cap. 5.

SOmni in hoīe functiones sunt' cõcoctio simul, ac humectatio: Vigiliæ discutiunt, hquant, corpus exhauriunt, caloremq; genninũ & interuũ ad exteriora detrahũt. Horum causſas in commentarijs qui præcesserũt, tradidimus, desumptas C a Philosophia. Atqui vbi somnus immodicus est, natiuum illum calorẽ adobruit, atq; extĩguit, corpusq; in tumorẽ foedum attollit. Vigiliæ, si modum excesserint, arefaciunt, calorem dissipant naturalem, & eũ qui ex accidenti prouenit, accẽdũt. Hactenus de his, quę ꝑdixisse oportuit: iam ad cætera veniendum.

De *ratione victus hominis temperatæ naturæ*. Cap. 6.

PRoximum est, vt de cuiuslibet nouẽ temperamentorum sanitate tuenda agamus, initio sumpto à natura tẽperata. Primũ igitur alimenta, exercitationes, frictiões, balnea, somnos, ac vigilias, animi affectus, aerem nos ambientẽ, atq; externa omnia mediocria eẽ oportet: qui modus docẽdi, tum à doctrina, tum à functiõe proficiscitur. Quãobrem, grauissime hallucinati sunt, qui nullũ locum medicinæ in conseruatiõe sanitatis hominis temperati reliquerunt, putantes illã methodum curandi solum suppeditare, quę sanè quidem temperatę minime necessaria est: qđ si ita fortè vsuueniret, id rarissimũ memento. Prẽterea etsi Galenus in tuenda valetudine optimi temperamenti, medicamentis opus non esse prodiderit, nihilo minus in eius educatione (modo diutius vixerit hmõi indiuiduum) quæ fm naturam, & apprime illi vtilia sunt (cuius generis exercitium, lauacrum, & cætera) difficultatis ac negocij non parum habere videntur: ponsſimumq; apud illum, qui hominis finẽ sanitatem collocarit, externarum rerũ & fluxarum gratia dubitationẽ haud paruam obtinet: verũ multo maiorẽ difficultatem excitari rationabiliter fatebimur alteri, qui sanitatem hominis finẽ, aut ob animæ perfectionem, aut vt ineffabilem quandam & sensu incomprehensibilem felicitatem consequatur, censuit: q̃ sententia pauciſſimis cognita compertaue est, at multis disputationibus, opinionibusq; excussa, tãdẽq; neglecta ac ꝑ nihilo habita, abducente animum ab huiusmodi contemplatione crassitie materiei. Porrò ratio victus temperati hominis difficilior, ab Auicenna abundè exposita est: quare rem in pauca conferemus. Galenus nuperrimè nati

puelli

G puelli sale minutissimo corpus conspergi præcipit, vt externorum iniurias non ita facile admittat, sed duretur. Verum enimuero mea quidē sniia, & Auenzoarij, vtilius oleum, quod ex glandibus pręparatur, illinetur, vtpote efficacius præstans qd à sale expectamus: neq; etenim, sicuti sal, mordet. Præ omni verò cibo lac præbendū iubet vsq; ad dentionē: alimentū quippe, vti alias diximus, alito simile eē oportet: lac autem infantis temperamento familiare, ac consimile, ob idq; à prudente natura institutum: à dentiH tione solidioribus cibis nutriendus, atq; humidioribus. Nutrix à mali succi alimentis abstineat, temperatoque exerceatur exercitio: veneri non indulgeat, quæ menses elicit, vnde lactis vitiantur tum sapor, tū odor: infans quotidie lauet in aqua potabili tepida, aereq; tēperato, ne rigor excitetur inter lauandum: qd quidem in domo balnei Galen. sen ut esse præparandum, verū aere tēperato nos ambiente, ego id nihil moror. Tempus verò lauādi statuimus à lactis concoctione, ne in corpus incoctum alimētum trahatur: I atq; item diuturnū præcessisse somnum oportet. Exercitationis vices occupabit cunarum motio. Quinetiam quæ terrorem mœstitiamq; inuehunt, procul abigenda: his nanque pigrescere, atq; hebescere consueuerunt naturæ. Deinde ne calor ipsius obruatur, atq; extinguatur, sed incremētū suscipiat, viresq; animales roborentur, cantilenis, melodijsq; suauibus infantem oblectabimus: modisq; omnibus tentandū, vt hilarior permaneat: quinetiā formosis ac venustis, tum hominibus, tū picturis assuescant. Incommoda K aūt quæ infantibus accidunt, aut à frigore, aut ab æstu, aut terroribus, & huiusmodi multis alijs externis proficiscuntur: quæ educatio ad annum tertium deducetur, hoc est, eū iā ambulare cœperint. Ab his annis quotidie exercebuntur, deinde frictione vtētur, à qua lauacro sunt committendi: alimenta quantitate qualitateq; sint mediocria: verum priusq; rursus cibum ingerant, eadem pręcipienda sunt. Quinetiam exercitationes moderatæ sint: immodicæ nanq; ipsorū corpora arefaciunt, exhauriuntq;, simul ac incrementū remorantur. Frigidæ lauacro abstineant, quippe eo pacto auctus quoq; inhiberetur. Educabitur autē sic puer, traditamq; victus rationem obseruabit ad expletum tertiū septennium. Sanè vinum, atque ceruisiam ne gustare quidem puero suaserim: nempe hausta caput replent, ac suprā q̄ par sit calfaciunt: ipsiusq; animum ferient, turbidumq; efficient. Adultis verò atque iuuenibus potiones huiusmodi tū abest ut incommodum afferāt, ut etiam insigniter utiles sint, modi cē exhibitę: utranq; etenim bilem M tum flauā, tum atrā iam manifestò colligunt: illam quidē naturaliter, hanc verò secundariò, & ex accidēti. Summatim bilis amaræ acrimoniā demulcent, ac mitigant: atq; purinam ac sudores expellunt. Atræ verò bili omnino aduersantur, ac, ut quispiam dixerit, tota specie. Denique humectant quicquid immodice siccatū est. Porrò cibi adultorū tenuantes esse non debent: carnes qbus uesci assuescendi sunt, optimę perdicum, unà cum panis interiore

præparatę.

A præparatę. Ab oleribus, fructibusq;, ut ita totum scripserim, temperatura humidioribus abstinebunt. Atqui eiusmodi ætas sic producta educatąq; ad sapientiā naturalemq; scientiam inclinare, & idonea esse ad naturam uidetur: quinetiam alteram ex pfectionibus, quas Alexan. putat philosopho summe necessarias, obtinent. Præterea tertio superato septennio, eadem ratiōe uiuendi utentur. uerum & id efficient, ut scilicet à concoctione nudētur, frictionēq; ex oleo dulci adhibeant: mollem inquam ac tardam, quæ corpus nō B condensat, duratue: frictio uerò talis ob hoc pcipitur, ut aptiores sint exercitationibus obeundis, q; si exercitium frictiones præcederet, meatus cutis densarent, obstruerenturq; ab euocatis ad ipsam labore excrementis. Oleum calens esto, durata nanq; emollit, ac superfluitates dissipat, simul & discutit. Lintea qbus perfrictio peragitur, leuia esse oportet, ne asperitate carnē offendāt. Vanę autē erunt frictiones, ut supernè deorsum, atq; infernè sursum: tum in subiectum, tū in obliquum, tum in transuersum, tum subtransuerC uersum adhibitæ: quibus omnibus cutis meat⁹ exactè recludunt. Quinetiam aer, in quo nudus fricatur, aestis uerni temperiem refert, ut moderatæ excrementorū uacuationes fiant. Quippe frigiditas immodica expurgationes cohibet: caliditas uerò immoderatiores facit. quare ut mediocritatem seruet, opera danda est. Præterea ab his frictionibus exercitium capesset, quod inter uehemens ac remissum, citatum ac tardum, medū teneat: cuiusmodi est Paruæ pilæ, cui libellum priuatim dicauit Galen. Nam eius, quę paga D nica appellatur, & pedibus propelli tur, exercitatio minime probatur: tum quia immodice ualida ac uehemens, tum quia non citra periculum perficitur. Huius uerò exercitij modus ac quantitas tibi significabitur, ubi anhelitus alterari cœperit, hoc est, attolli & intendi, atq; sudore corpus perfundi, ac detumescere. Cęterum exercitationis mensuram, testante Galeno, nullus pōt ad unguem primo statim die definire: sequentibus uidelicet, secūdo, ac tertio, & quarto exactius poterit, experimento facto: nam si qui exE ercitio incumbit: sese peccasse agnoscat, & immoderatius laborasse, sequenti die nimirum cū fuit nimiū, corriget, acdetrahet. Ab his spiratio cohibebitur quantū fieri poterit: sūscipit etenim incrementum, atque roboratur hoc pacto natiuus calor: meatus reserantur, ut facilis pateat excrementis exitus: cui non absimile faciunt, qui insufflantes, foramēta atq; spiracula recludunt: cohibēdo uero thoracis musculi septumq; transuersum expanduntur, & intenduntur: uerū qui sunt uentris, parū intendi debebunt, alioquin excreF mentosæ superfluitates tum pectoris, tum pulmonis, ad partes nutricationi deseruientis, exprimerent, atq; deferrentur. At qui septū imbecillius obtinet, ab huius generis cohibitione prorsus abstineat: excrementa etenim cerebrum perirent: cuius rei exēplū nobis pbent fistulatores, ac tymbaulę, quorū uenæ faciei ac ceruicis in tumorē attolluntur, & uultus rubore colorat, ac tingitur. nēpe humoribus spiritibusq; ad caput raptis, ac delatis, sępę hæc

frictio

G frictio, quæ apotherapiæ debetur: quam & multam, & asperam exhibendam duo nobis indicant scopi: Primus, vt quæ sub cute delitescunt superfluitates, & ab exercitatiõe in hunc locum euocatæ expurgẽtur: Alter, vt firmetur corpus, atq; vt ꝓbi vapores vindicentur ab exercitationis immutatione. Quinetiã frictio toti corpori, ac celerrimè adhiberi postulat, iubente Galeno. Quare si linteis vniuersum corpus vno tempore perfricaretur, id esset commodius: qppe vniuersim, ac simul excrementa è corpore detruderent.

H Hanc frictionem ex oleo dulci perficiendam semper memineris, sed & quæ circa corpus efficiuntur aliquo interiecto spatio ac relaxatione debere exhiberi. Cæterum postq̃ quartũ septennium attigerint, qui optimum statum habent, & abunde aucti fuerint, aquæ frigidæ balneum intrepidè vsurpabũt, tum vt densentur quæ ab exercitio rarefactæ partes, simul ac roborentur: tũ vt calor diffusus cogatur, & ad pristinũ statũ redeat, functionesq; consuetas ritè peragat: eadem porrò ratione hic aqua frigida vtimur, qua

I sexitu à lauacro. Esto verò nec plane glacialis, nec tepida: altera nanque ferit afficitq; partes insuetas: altera verò ꝓ experimus, non efficit: quin ipsum immorãdi in lauatione tempus breue sit. Verum enimuero num caput frigida lauari debeat, inquisitione accuratiori indiget. Galenus quippe de hoc scribẽs, non pauca prætermisit. Atqui (vt breuiter quod sentio aperiam) caput omnino lauandum nõ erit, frigida etenim pars est. Post hæc alimenta probi boniq; succi assumet, cuiusmodi gallinacea, hœdina, vitulina, & agnina: at vitulus nondũ sit ablactatus, agnus verò anniculꝰ: panis insuper optime (vt alibi docuimus) præparatus. Porrò cibos assumendi tempus optimè præscribitur, quando videlicet omnes concoctiones peractę fuerint. Quòd si quis (vt nonnulli censent) bis in die cibos ingerat, bis quoq; exercitationem adhibeat necesse est, bisq; lauacrum subeat. Galenus quorundam medicorum sententiæ accedere videtur, asserẽtium ter in die vniuersã hæc debere vsurpari: id quod non possum non magnopere demirari. eũ etenim iuuenis corpus hac ratione victus vtentis, robustæ, optimæq; sit naturæ, probeq; concoquat, tam frequenti alimentorum ingestione minime indigere arbitror. Quin potius ista ciborum partitio senioribus imbecillioribusq; statuẽda: in qua opiniõe ipse quoque Galenus versatur: secamus q̃dem ac partimur exercitij lauacriq; tempora, ob ciborum necessariam partitionem. Sanè recentiores medici duorum dierum ternas cibi assumptiões esse debere censent: eademq; ratione lauationis atque exercitij ternam administrationem. Quorum opinionꝫ admirabilis ille Auenzoarus subscripsisse videtur, cui planè ego quoque assentior, vtpote veriora sentienti.

K L M

De vsu venereorum. Cap. 7.

VEnus si moderate adhibeatur, huic qui optima & temperata natura est, commodum, vtilitatẽq; afferet: cauendum tũ, ne quid ex his quę sunt præter naturam, contingat: venereis etenim tantum indulgendũ

A dulgendum esse censemus ob hoc, ꝙ semen excrementum est, quod vacuari, quemadmodum cæteta, postulet. Atqui sane alienum haud quaquam est, sed naturã bonum & familiare: quare exiguo in his commisso errore, atq; peccato, ingens sequitur noxa. Vnde iuxta non pauco rum sententiam philosophorum, ac prudentium virorum, eorum nullꝰ est vsus salubris. Exercitatio autẽ, quę a coitu præscribitur, si aliquatenus vtilis sit, eatenus sanè erit, quatenus peccatum corrigit. Venꝰ (vt paucis dicam) hæc mala affert, siccitatẽ

B corporũ, effœminationem, ac imbecillitatem, viriumq; exhaustionẽ, si mul ac dissolutionem: quamobrẽ quæ post coitum perfrictio adhibebitur, quæ ille attulit incommoda, hęc resarciat oportet. Erit autem ex oleo, copiosa simul, & aspera, vt cutem denset, partesque confirmet ac roboret.

D E F

De excrementorum vacuatione, atque lassitudinibus, quæ ab immodico exercitio proueniunt. Cap. 8.

C PRædictæ naturę somnꝰ mediocriter, quantũ videlicet optima natura appetit, statuitur: mediũ etenim neq; etiam in vigilia illa transcendet. quæ vniuersa ad vnguẽ obseruabuntur, nisi si aberratum sit in victus ratione, aut externorũ quippiam illam læserit: tunc nanq; errorem corrigemus his, quæ aduersantur, & contraria sunt afficienti. Exẽpli gratia: si adstringẽtibus vtatur, aluusq; illi ob hoc siccatur, ad pinguia erit concurrendum: si vero a cibi parcitate, & ex longiori tempore alui fiat compressio, contrarijs itidẽ erit pugnandum: porrò vt plurimũ excrementa non redduntur ob interaturam externorum, caliditatẽ inquam, atque frigiditatẽ, quas eui tare perdifficile est. Cum verò excrementa cohiberi dixerim, non tantũ alui veficæq; intelligere velim, verum etiã corporis vniuersi, vt meatus illius, qui iecur, & bilis veficulã, pariter ac illius, qui iecur splenẽq; interiacet: ad hæc palati ac narium. Hęc igitur vbi probè officio suo nõ funguntur, remedio indigent, quæ vacuationes huiusmodi promouẽt. Cæterum id te potissimũ latere nolo, exercitationis errorem castigandum: est vero is lassitudo nominata, cuius (quãdo ab externis fit) tres simplices differentias in superioribus prodidimus, vlcerosam, tensiuã, inflammatoriam. Prima itaq; contingit tum a succo calidiori, tenuiori, atq; acriori, tum ab excrementis retentis, quæ exercitio discuti & euaporari non potuerunt, tum ob carnis & adipis particulas immoderata agitatione fusas atq; colliquatas. Curatio verò commodior est affectui contraria: discutienda .n. sunt, simul & per halitum digerenda excrementa. digerentur vero, & vacuabuntur multa, leuiq; frictione ex oleo calido veteri nihil adstrictionis obtinente: hęc nãq; frictio quia leuis, non densat cutis meatus, obturatve: quin potius rarefacit, ac recludit: ad hæc quia multa, vacuat. lauacrum autem primo aereum, deinde ex aqua tepida conuenientius. cibis humidioribus, frigidioribus, tenuioribusq; consuetis vtẽt, at parciorib⁹. Eius vero, quæ tensionis sensum infert, medicatio relaxatione perficit. Conferet itaq; leuis frictio cũ oleo ad solem calefacto, facta vel cum

G anethino vel chamęmalino nõ inutilis. Quinetiam lauacro qui sic laborant, committendi mediocritatẽ non excedenti, plurimamq; in ipso moram trahere debent. Tertia verò lassitudo, quæ phlegmonosa inflãmansve vocitatur, tum intendit partes, tum plus iusto attollit, tum sensibilem læsionem adfert. Atq; ea tria pro remedio postulat: superuacanei expurgationem, extẽtę partis remissionem, ac relaxationem, & postremo inflammationis accensæ refrigerium: ergo & oleum copiosum ac tepidum cũ frictione molli & muita: æstate vero cũ oleo quod ex viola purpurea conficitur, efficacius fricabitur. Atq; longiorem morã in aqua medij temperamenti trahet. Cibos etiam probi succi assumat, parciores q; ac frigidiores, q̃ cæteræ lassitudines expetant. Hactenus de ratione victus, & educatiõe optimæ constitutionis prouectæ ad annum quintum & trigesimum.

H

De ratione victus ętatum sequentium.
Cap. 9.

I CVm explicuerimus quomodo à primo statim ortu, primisq; annis, conseruandus sit is, qui mediocrem nactus sit corporis structuram, vsq; ad annum quintum & trigesimum, proximum est, vt transeamus ad eas, quæ sequuntur ętates. Exercitationes itaq; parciores q̃ antea, victusq; tenuior, cibi humidi, aliquantuloq; caloré prędit. Senes exercitio vtentur temperato, cuiusmodi est ambulatio lenta ac suauis alimenta calida, humectantiaque: quę quotidie ingerantur. sed hęc victus ratio latitudinem non paruam obtinet maioris minorisq; secundũ annorum multitudinem ac paucitatem. Quinetiam supradicta, exercitium, lauatio, atq; perfrictio adhibẽda. Porrò qm̃ senectus vt plurimũ exeremẽtis abundat, exercitatioq; quam vsurpant senes, ad vnguẽ nõ vacuat, apprime necessariũ erit huic ętati conseruandæ, cibos medicaculam vim habentes, vel etiam medicamenta prędescribere. Quamobrem prima mensa apponenda sunt hũectantia, qualis est beta elixa, vel olea saleq; apparata, & id genus alia: clysterem deinde, qui aluũ mollíat, vtilissime inijciemus: ficubus cum semine vrticæ & eroci tãtulo primo cibo vtentur. Mulsa his qui sunt abstemij, aut quibus vinum inhibetur quibusq; aliæ potiones, qualis est ceruisia, non bibuntur, eximiè prodest. Inter autem ceruisias illa pstat quæ ex passa vua acinis experte, conficitur. Causta verò in promptu est, quia nihil quod astrictionem continet, senibus congruat: vtraq; enim sua qualitate adstringentia senibus inimica sunt, obstantq, quo minus finem, in quem incumbunt, consequantur. Atqui ceruisias vetustas nobilitat color, vini colorem repręsentãs. Verum apud nostrates vetustas nisi post semestre intelligitur: nec sanitati tuendę idonea. Iam vero inter potus vniuersos vinum primas tenebit, commodissimeq; bibetur: quod neq; apud nos vetus nominatur, nisi si anniculum sit, aut saltem semestre. Quòd si senum partes imbecilliores natura sint, & sensibiliter affectę, ab exercitatione abstinebunt: oportet etenim illos qui exercentur, inculpatas illęsasq; particulas corporis habere. Ad hęc lauandi ter quaterq; in mense, vt id exercinij deser-

K

L

M

A desertionem resarciat: nempe senũ educatio ex conseruante, atq; pręcauente tatione constituitur: quarum differentia hoc ipso tibi innotescet, q̃ illa consimilibus, hęc vero contrarijs perficitur. Illud deniq; animadvertere oportet, alimẽta omnia succi crassi, potusq;, in primis esse fugiẽda senibus. q̃ si quis forte (vt non rato fit) in huiusmodi ciborum vsum inciderit, confestim extenuantibus, ac dissecantibus vtetur medicamentis, qualia sunt piper, & quod ex tribus piperis generibus conficitur. lac sẽibus, quibus latiores sunt venę, si mel adijciatur, bonum: qui vero tẽperatura sunt frigidiori, ueniq; angustioribus ipsum (cane peius & angue) vitare debent. Hactenus de optimæ naturę victus ratione disserui mus, vsq; ad senectutem. At dicet aliquis, quę à nobis prędicipiũtur, nõ parum abesse ab ea, quam quęrim⁹ temperamenti medij conseruatiõe. Esto, quilibet nihilo minus hinc uetari poterit scopum, atq; finẽ, quo sua secunda valetudo conseruetur: ĩ qua si deliquerit, variis modis id emendabitur, tum vacuãtibus excrementa, tum obstructiones aperientibus, tum putredini, atq; absccssuũ generationi occurrentibus.

B

C

De his, qui intemperiem cõpositã obtinẽt.
Cap. 10

SEquitur vt iam de cæteris temperaturis aliquid attingamus. Intẽperatarum igitur compositionum duæ sunt omnino differentię. Prima, quę partes vniuersas corpotis æqualiter distemperatas habet. Altera inæqualiter, vt sępe spectamus, quibusdam cerebrum esse calidum ventriculum vero frigidum, quare Galenus hanc prima deteriorem iudicauit: idq; potissimum, cum ĩ partibus principibus affigitur. Atq; horum victus ratio pręcauenti, quàm conseruãti generi proxime accedit: mediaq; est inter eam, quæ est nõdum affectorum corporum: & illã, quę paratis, aptisque in ęgritudines delabi, tribuitur: quod vna pluribusve notis significatur, vel sanitate fruentibus.

D

E

F

De intemperiebus omnibus, tum simplicibus, tum compositis.
Cap. 11

ERgo initio sumpto ab his, qui calidius temperamentum sortiti sunt, dicemus talium corporum naturam statim a principio minus apparere affectam: cum tamen longius procedit, siccitas comes illi accedit. Quinetiam bile flaua abundat, facileq; ab eius morbis capitur. Quamobrem exercitationem præter leuem ac facilem minime postulat, quales sunt lentę deambulationes, atque equitationes. Quod verò ab Hippocrate proditur, calidas naturas quiete indigere, neque exercitari debere: non de omnimodo, ac torpidò ocio intelligendum: verum mediocres labores prędescribit: quippe nullatenus ignauia sanitati tuendæ confert. Frictiones adhibeantur leues, ac temperatæ, cum oleo aliquo, eorum quę refrigerandi facultatem habent, quale quod ex viola purpurea paratur: carnis etenim incrementũ adijciunt. Lauacro aquę tepidę committatur, vt quod in ipsa est fumidi, ac fuliginosi excrementi uacuetur, ac per halitum digeratur. Sanè aer ipsius balnei non cõuenit. At si quod ex calida lauatione

incommodum percipiant, aquę frigidæ ablutio emendabit. Porrò bis in die cibos assumant: atque etiam, si plus iusto siccitas prępolleat, ter. cibo rum verò temperatura talis esse debet, qualem in sanitate tuẽda obseruamus: hoc est, similis. Erit igit calida, aut calida ac sicca. Quare si intemperiem calidam corrigere qs volet, contraria adferet, atq; sensim is fiet transitus. Cæterum temperamenta, quę a modo suo mediocritatęq; abscedunt longius, facillimè à morbis eiusdem generis corripiuntur, aliquo extrinsecus incidente, atque etiam q ad excipiendum iam sint idonea. Quare mea quidé sententia non vsquequaq, similib⁹ educandi sunt tali temperatura prædi-
H ti: quandoquidem mirè vario distinguntur modo, ac procedũt: inclinãt etenim in ęgritudines, quę ab intẽperie illa oriuntur. Nos itaq; nõ solum conseruationi cibis curam impendemus, verumetiam pręcautiõe studebimus, ne quid ex illa tã ꝓmpta aptitudine vitij contrahant. vnde cibis admiscebimus, quod cõtrariam temperationem illi naturę obtineat: sic euitabitur, quod ab exter-
I nis impendet, periculum. Quippe quod ab intemperie timeꝫ, non verat, quo minus in totum similibus vtantur: qui vero huius sentẽtiæ autores extiterunt, id quod oratiõi adijcitur in totum non expoſuerunt. Ad hæc victus ratio, quam pręscribimus, sola non sufficit: nisi quoq; is qui intemperaturę fomentũ suggerit humor, vacuetur. Vacuabit verò, quò natura repet: nam si sursum, vomitione educetur: sin deorsum, per aluum expurgabitur: quę mehercle vtilior est, naturęq; magis consueta, atque idonea expurga-
K tio. Oxyphœnicia igitur, viola purpurea, & citrinæ myrobalani intem perei calidę, aut calidę & siccę purgationem perficient. Hęc autem in temperatura, vt plurimum vaporosis, fumidisq;, ac fuliginosis excremẽtis abundat: quare lauandi sunt, ne diaria febre capiantur: quę etiã, si diuuus victu tenuante vsi sunt, facile superuenire solet. Efficaciter itẽ aliquando lauatio ipsis a cibo proderit, qua nonnulli pinguescunt: q vero dextri lateris grauitatem sentiunt, ab hoc abstinere debent: atq;
L his quę obstructiones aperiunt, vt vinum si bibere velint, id aquosum esto. Insuper (vt summatim colligã) educatio temperaturarum calidarũ simplicium, & calidarum ac siccarũ simul, maioris, minorisq; tãtum ratione differt: semper etenim procedente tempore caliditati siccitas comes adiungitur. Quibus, cõstitutione aeris calidiori, vtiliter bibetur oxysacchara frigida, cui vel herbę, vel semina ipsarum adijcienda sunt, q tum obstructiones recludant, tum vrinam citent: id genus verò habes
M adianton, & cichorij semen, atq; ét apij, quod tamen temperabitur cũ seminibus peponum, cucumerũq;, vel cum alijs, quæ caliditatem, siccitatemq; moderandi facultatem obtinent: inter quę non inferiorem vsum habent cichorium, atque viola purpurea. Noster autem minus Auenzoarus iubet nympheæ flores vnà cum oxysacchara semper exhiberi: idq; potissimum tempore calidiori: nempe nympheam tales temperaturas a febre sanus reddere, sese experimento comprobasse scribit. Quinetiam cum oxysacchara aliquid

A quid semper admiscendum, qd' os ventriculi corroboret, cuiusmodi mastiche, cinnamomum, nardus: acetũ nanq; (vt est acetum) huic insigniter incommodat. Ego verò aquam ordei tunc vtilissime bibi censeo, cũ aliqua erunt iniecta, quę noxam oris ventriculi resarciant. Corporum siccorum (vt paucis absoluã) ratio viuendi vniuersa humectandi vires habeat, necesse est, ne derepente senectus obrepat. cibis autem id præcauebimus probi succi, humidioribus, cuius generis pullorum gallinaceorum caro: lauacro item frequen-
B tioni aquę temperatę: labores, vigilias, solicitudinem animi, curas, omneisq; animi affectus, qui caliditatẽ accendunt, qualis ira, arcere quàm longissimè studebimus. Deniq; modis omnibus, qui sic afficiuntur exhilarandi, atq, oblectandi. Quare exteriora quę adhibemus, prorsus cõtraria sint huic naturę, vt sunt folia salicũ, viris, & aquę frigidę, gaudium temperatum: aer quoque tẽperatus, lecti pensiles, atq;, vt in totũ dixerim, mulices suauiores soni, ac cantilenę amœniores. Calida & humida temperies facillime ab ęgritu-
C dinibus, quę a putredine proueniũt corripitur: excrementosis etenim superfluitatibus abundant, pręcipue cum ætate sunt florenti. Quamobrem vehementer sic affectos exercitari oportet: frictionibus vtanꝫ multis, ac validis: balneum cibos præcedat. Verum ad ventriculum horum animum diligẽter applicabim⁹: qp pe si a naturali tẽperatura recedat, vniuersi corporis superuacaneę supfluitates in hunc pręcipitabuntur quare tunc esset victus immutãdus, hoc est, frigidi siccique cibi apponerẽ-
D tur. Hanc naturam, quãuis ita Galenus censuerit, temperatam minime dixerim: maiores quidem, prisciq; medici, quod a natura primum consequimur temperamentum, calidũ humidumq;, testati sunt: quod collatum, quatenus mediocre est, cęteris temperatutis, equabiliter temperatum nominatur: vbi verò prępollentibus elementorum qualitatib⁹, quę sunt in ipso, confertur, calidum siccum & humidum asserimus: calidum nãq;, atq; frigidum eminẽtiora sunt frigiditate, atque siccitate. Inde naturali tantum collatum, id quod mediocre hic vocitamus) hu-
E midum, calidumq; dicitur. Quamobrem cum temperatã esse calidã, humidamq; naturam ex nobis audies, equiuocam appellationem accipito: Quam ipse Galenus naturalem vocat, collatam cęteris temperaturis: pariter & calidam, & humidam collatiõe mediocris ac medię. Hinc exoritur dubitano, num tẽperata occurrat natura. Verum enimuero propositę temperaturę conseruationem ad calcem perducem⁹, re-
F desites ad id, vnde digressi fueram⁹. Non solum igitur huc cõsilium dirigetur, vt exerceat, lauet, cibis succi boni vtatur, verumetiam excrementis, quę in ipsa gignuntur, prospiciet. is, qui sanitati huius corporis pręficitur, tum ijs, quę per aluum, tum ijs, quę per vesicam reddũtur: i quorum numero agaricum, & cuicus, atq; adianton sunt. Quinetiam apophlegmatismis ex staphidagria, & id genus aliquando vtetur: sternutatiões item citabit: gargarismate collunoeve ex mastiche vtetur: atque in primis dabit operam, ne obstructionibus tentetur: pugnabitq;, cou-

G tra putredinem modis oĩbus, tum purgatione, tum medicamentorum aliorum auxilio, quę & qualitatib⁹, & cęcis proprietatibus opponuntur. Est autem putrefactio proprij, naturalisq; caloris ĩ vnoquoq; humido existentis, ab extraria caliditate fœtida corruptio, cui sanè maxime sũt contraria aromatum genera. Quare si concinnaueris medicamentũ, quod præscriptis vniuersis facultatibus constet, remittendo videlicet in ipsis, & cohibendo id, quo minime indigemus, præstantissimum ad sanitatem tuendam huius temperamenti præsidium effeceris. Quicunque autem natura sunt frigidiores, sanitatem suam conseruabunt ijs, q̃ citra humectationem calefaciunt: lauacro, exercitio, & victus ratione tota. Temperamento verò, quod cũ frigiditate humiditatem coniũctã habet, succurritur calefacientibus atefacientibusq;: exercitatione ualida, ac frequentiori purgatione excremẽtorum, quę id fluxionũ morbis obnoxium faciunt. Eę frigidiores item atq; sicciores naturę cęteris uitiosiores: quibus opitulabimur calore, hnmoreq; prędictis remedijs: leui frictione, aquę temperatę balneo exercitio moderato, simul ac somno diuturniori, purgatione insuper excrementi atribiliarij, quo abũdãt, quę myrobalanorum indicarum simul, & filiculę exhibitione utilissime peragitur. Porrò uina odora his accommodatissima erunt. At uenerea supra, q̃ cuiquam credibile sit, inimica huiusmodi temperie affectis: verum, vt summatim dicam, calidiores, humidioresq; ex longiori cibabuntur interuallo: contra uero sicciores breuiori. Atqui calidiores, atque humidiores uenere immoderatiori minus afficiuntur: qui uero humidiores tantum, mediocriter circa hanc se habent. Hactenus de rẽperamẽtis a medio remotis utrisq; qualitatibus: quarum quidem, quę patientes dicuntur solę, minus officiunt, q̃ agentes solę, uel utrarumq; coniugationes.

Quomodo graciliores facti obesiores efficiantur, & contra obesiores graciles.
Cap. 12.

SAnè horum victus ratio extenuanti penitus aduersari debet: qppe si ob calidam, siccamq; intemperiem cõtigerit, frigidiores, humidioribusq; succurremus. Sin autem ab imbecillitate facultatis attractionę, & distributionis alimenti, prodent illinire corpus oleo. uerum talis illitionis meta erit, ut tandiu permaneat, quandiu alimenta partes attraxerint: alioqui si longior esset mora, plus iusto per halitum digerret, uiresq; exhauriret, simul ac corp⁹ immutaret, afficeretq;. Ad hęc si a frigiditate concoctionem uitiãte euenerit gracilitas corporis, statim adferenda erunt, q̃ concoquendi uĩ ad iuuant, in quorum numero unum postremum nonerit. sunt & nõ pauca alia auxilia, quę non te latere debent: gracilitas uero propè dixerim semper siccitatem comitem habet. Atqui siccitas aliàs proficiscitur a multa per halitum uacuatiõe: aliàs a debili infirmaq; cõcoctione: aliàs a ciborum atefacientium assumptione, cuius instauratio perfacilis est. Cęterũ contraria ratione, quę obesiora sunt corpora, gracilia reddunturr, quod te ignorare minimè arbitror.

De

De singulorum partium intemperaturis.
Cap. 13.

EXposita ratione uictus, quę totius corporis intemperaturis debetur: proximum est, ut de singulis partibus intemperie affectis differamus. Hę autem intemperaturę ratione magis præcauente, q̃ ea quę in temperiei communi occurrit, indigent. Caput uerò nostri consilij, ut pars intemperata firmetur, ac corroboretur, id fiet, intemperiem modetando, simul ac excrementa expurgando, quę in parte gignuntur, ac continentur. Quinetiam ablatoni causę, quæ illa peperit, accurate studenduna. Illud quoq; consyderato, num pars quę sic afficitur, per se ac primario, num per consensum intẽperiem habeat. Quippe uentriculus interdum propria laborat affectione, interdum uerò per consensum cerebri uitiatur. Quę autem partiũ, ut plurimum homini noxam adferunt, principes sunt, quando uidelicet contrarijs temperamentis sunt affectę. Exempli gratia: si iecur calidum, uẽtriculus uero frigidus, corpusq; sit gracile, renes calculo tentẽtur, ac copiosum exuberet semẽ: cui taliter afflicto ratiõe uictus composita, atq; mixta opitulabimur: magisq; animaduertemus id, quod magis urget, non tamen altero neglecto. uerum ad methodum medendi ista pertinent, quibus supersedebimus: præcautio quidem, ut alias diximus, sub curationis genere comprehenditur. Iam meminisse te uelim utiosissimam esse cerebri intẽperiem, quę uel a frigiditate uel caliditate immodicè auctis, exoritur. Cerebrum itaq; sic intemperatum, hęc mala adfert insigniter pernicio sa, abscessus qui in ceruice erũpunt, anginas, oris ulcera, pustulasq;, collę inflammationes, raucedines, tabem quam phthisim uocitãt, tussim pariter, ac dysenteriam, & huius generis alia non pauca. Ad hęc frequentissime excremẽta cerebri in uentriculum defluunt: quę si frigida fuerint, uentrem refrigerabunt, totiusq; corporis tpatura uitiabit⁹ qd̃ tibi maxime indicabũt tucì⁹ acidi. Quib⁹ ego iuuenis abũdabã, ob uentriculi intẽperiẽ, quã ex uitiosa uiuẽdi rõne cõtraxerã: uerum cum opem ab indocto & impito medico efflagitassem, morbũ ita profunde radices egisse dixit, ut nusquam tolli posset. Atq; huius ignorantia, mihi intemperies omneis, morbosque quibus afficior, peperit. nõdum etenim medicinę artem pernoueram. Porrò si intemperies cerebri sit calidior, fluxio quoq;, quam progenuit caliditatem, obtinebit: de quibus in methodo curandi copiosius sermo fiet. Cum igitur cerebrum frigidũ extiterit, obseruareq; uelimus, ne a temperie sua discedat, capiti superiponemus deficcantia cum caliditate aromata, qualia macir, ac chario philli in tenuissimũ puluisculũ triti, primũ uero cum uino abluetur. Ad hęc cerebri excrementa assidue ab eo genita, sternutationib⁹ educẽtur. Quinetiam gingiuarũ cũ radice nucis iuglãdis frictio efficax est: cõmanducatio itẽ frequens mastiches: medicamẽta insuper purgãtia succum noxium tempestiue exhibita, uere s. & autumno, utilissimè assumentur. Calidioris cerebri intẽperies excrementa calidiora parit: cui contraria nuper dictę ratiõe succurrendum: primum quidem humoris

CC iiij in-

G infestantis purgatione, deinde olei rosacei rigatione. Generatim autē dixerim, cerebrum frequentius a frigore lēdi, q̄ a caliditate: quamobrē diligentiori cura obseruandum, ne a frigoris iniuria quid patiatur. Cęterū qui sic educari ac regi non possunt, conseruentur tantum suarum temperaturarum qualitates. Quòd si equale fuerit ab ipso ortu temperamentum, ęgritudines quę supuenient, a plenitudine exorientur. quā obrem opitulabimur totius corporis euacuatione, hoc est, sanguinis detractione: notę vero plenitudinis
H tibi indicabunt. Abstineant insuper a cibis, qui multam alimoniam suggerunt: prętera ijs, quib⁹ natura tē perata non est, pleriq; omnes morbi, quibus capiuntur, improborum succorum soboles sunt: eos itaq; cō tinentes esse oportet. Modū vero, ac mensuram euacuationum teneat is qui sanitati conseruandę huius naturę prędicit, vt neq; immodicę sint neq; itē plus iusto exiguę. Alij nāq; semel tantum euacuari postulāt, ve re s. nonnulli bis, vere & autumno. Ego quidem non possum non magis commendare illos, qui septimo
I quoq; anno purgantur, vacuantęve, q̄ alios qui quotannis: q̄nquidē tamē nisi certis circuitib⁹ accidūt morbi, aut non longe ab ipsis. Hoc igit̄ circa singula indiuidua considerādum accuratè: maximam nāq; spē concepi hac nobis scripta ratiōe obseruata, non pauciſſimos ęgritudies euasuros, quibus ex accidentib⁹ capi consueuerunt. Cęterum si quis cō suetudinem mutare vel improbam desyderat, sensim id faciendum est:

omnis etenim subita mutatio periculosa.

De præcautione futurarum ægritudinum K *atque spontaneis lassitudinibus.*

Cap. 14

QVędam naturę, vt in morbos facile labant, paratiſſimę sunt quare eędem summa obseruatione indigēt: quę fiet abigēdo causſam, & vitando, quę afficere potest: precedunt vero notę innumerę, ęgritudines prænunciantes, simul ac manifestiſſimę. Vnum vero genus prę seruationis totum ad curationem pertinet iam ęgrotantis hominis: quale est cum elephātem morbum, ne fiat, cauere volumus. quippe eadem
L afferuntur adhibenturq; remedia, quę iam facto solent: quod simili ratione in cęteris affectibus intelligas. Eorum vero, quę morbos futuros nunciant, clariſſime patent lassitudines spontaneę, vitioſiſſimęque sunt. Corpora nāq;, quibus accidūt, obnoxia esse non paucis malis morbis scito, quorū prędicatio alia est, ab his, quæ cęteris ęgritudinib⁹ propriè peculiariterq; debetur. Hæc etenim sub genere modoq; curatiōis ipsarum tota continetur: de qua in
M prędicentiarum nullus fiet sermo. Atqui non putes me oblitum esse illi⁹ precautionis, quam pestilens corruptio aeris postulat: nempe de ipsa i sequentibus differemus. Nunc verò consilium nostrum est, lassitudines tractare: quarum triplicem differētiam in commentario, quem morbis dicauimus, prodidimus: vnā vlceroſam: alteram, in qua tensio sentitur: tertiam, quę phlegmones sensum affert. Prima quidem ex bilioſo succo, acri, ac stimulante oritur. Altera, tensionis ſa multitudine humorum potiſſimum sanguinis ortum trahit: quidam flatibus acceptam

A ptam retulerunt, nomenque illi flatuoſæ indiderunt. Tertium uero laſſitudinis genus, inflammationis sensum prębens, ex duobus primis constat, hoc est nascitur, tum ex nimia boni succi copia, tum prædicto pūgente, ac erodente, biliosoq; humote. Hęc autem peculiare id obtinet, vt partes omneis in superficiæ positas, atq; musculos i tumorem attollat. Porrò generatim primo, atq; vniuersim curationem harum docebimus, speciatim verò, ac priuatim in sequētibus, initio sumpto a causſa effectrice, quę est intemperies cū
B humoribus coniuncta. Commune itaque remedium, vel alterabit, vel vacuabit: quorum vtrumque natura facit cum cibis medicamentisq; aptis, idoneisq;, ad humorum vitia corrigenda: quinetiam somn⁹, quieſque interdum præſidium afferūt:

Euacuantur autem purgationib⁹ sudorem, vrinamq; appellantibus, flatum diſcutientibus, & diſſipantibus: quod exercitationes præstant.

Atque in his omnibus ars naturā imitatur: quo etenim repit, medici quoq; munus est, cursum humorū dirigere, vacuationesq; promouere.
C Sunt autem hæc remedia omnibus communia laſſitudinibus: proprias vero nūc singularum medicationes docebimus, quandoquidē alia est, tum vacuatio, tum alteratio vlceroſę, alia eius quæ tensionem infert, alia vero inflammantis.

De vlceroſa, tenſiua, ac inflammatoria laſſitudine, tum præcautione, tum curatione. *Cap.* 15.

LAſſitudo quæ vlceris sensum affert, causſam efficientem habet succum acriorem, erodentem, ac pū

D gentem: hic verò vel flauæ bilis, vel atrę, vel pituitæ ſalſæ est soboles. At qui humores iſti mordaces omnino sunt, ac stimulantes. amara quidem bilis ob acredinem, atra ob acriditatem, pituita verò propter ſalſedinem. verum in hoc negocio conſyderandum, num sub cute tantū: num sub intima carne muſculis ve: num verò in muſculis ac sanguine, qui intra venas concluditur, humores iſti contineantur. Nihil etiam prohibet, quin interdum succos lentos accumulari sentiamus, alias sub carne, alias in venis: quorum poſtremum si contigerit, vel cum sanguinis paucitate, vel multitudine fiet:
E venæ vero multo minime abūdant sanguine, nisi cæteri succi parciores fuerint, ipſq; a sanguinis natura non procul abscedētes: quorum alij energia actuve prius spectantur, q̄ i sanguinem commutentur: alij autem cum mutationem in eundem nacti sint, quemadmodum vtraque bilis, tum flaua, tum atra: deinde ex his nonnulli facile alterantur, nonnulli difficulter. quippe cum longius abſunt a sanguinis natura, tardius im
F mutantur, vertūturq; in ipsum: qui verò non ita procul abscesserunt, celerius ocyusq;. Quare priuatim vnicuiq; curatio dicabitur. Cum nāq; sub cute impacti tantum sint, exercitationibus vehementioribus, simul ac frictiōibus, lauacro item, ac victu tenuiori opitulabimur: insup aqua otdei pariter & oxymel exhibebuntur, & id genus cætera. Quando vero meatibus adhærent, abstineant ab exercitio: quieti ac somno indulgeant: inędia præcipiatur, quę vniuersa concoquendi hos succos vim obtinent: vespere insuper lauabunt

G buntur aqua temperata: & post assumptum oxymel extenuãtes cibos ingerant: oxymel quippe per vrinã, atq; sudorem expurgat succũ quẽlibet à natura motum. Quòd si symptoma id, morbusq; cesset: tunc scito causſam exploratissimam te habere. Sin autem cõtra, exiguusq; ac tumultuosus fuerit ipsorũ somnus: non tantum in carne musculisq;, verumetiam in venis deprauatos succos contineri non dubitabis. Adhęc consyderabis, vtrum cum istis misceantur humores lenti, ac tenaces: quandoquidem si non adsint, sed a- H lij in meatibus venisq; concludant, animaduertendũ, num paucus, multusve abundet sanguis: an ab sanguinis substantia remotiores, proximioresve cernantur. Nam vbi pauciorem sanguinẽ spectabimus, altosq; succos ab eodem longius remotos, statim medicamẽto, quod vim purgandi talem sucum habeat, educemus, missioni sanguinis parcẽtes. Quippe flaua bile morbum cõmittente, aut atra, aut ipsa pituita salsa, a naturali suo statu qualitate tantum discedũt. Quamobrem purgante medicina, quæ humorẽ morbum efficiẽtem vacuet, vtemur. At- I qui si quantitate succi illi vitiantur, detractio sanguinis in auxilium adhibebitur, vti in methodo curandi docuimus. Præterea si multo cũ sanguine misceãtur humores, nec sint ab eius essentia longe alieni, primũquidem venam secabimus, deinde purgatorium medicamentum adhibebimus. Semper autem intelligere reputo, succis lenis minime præsentibus id præceptum locum habere: quippe si adsint ī venis cum sanguinis copia, nec absint a sanguinis natura longius, venam quoque in hoc E affectu secabis: purgatio vero vix adhibeatur. Quãdo autem copiosi tenaces succi in venis pauco cum sanguine mixti continentur, quiq; affectum lassitudinis pepererunt, humores a sanguine parum remouentur: sectioni venæ, atq; purgationi in totum parcemus: illa nanq; exitialem pernitiem afferret: hæc vero spẽ ac scopum nostri consilij haudquaq; assequeretur: crassi nãq; succi contumacitas facit, ne prompta, facilisq; sedum vtilis purgatio: quippe tracti & agitati humores vberi⁹ defluerent, venasq; obstruerent. Victus i- L taq; cita insignem calorem attenuans, dissecansq; omnino præcipiendus: ne a caliditate immoderata in partes omneis dissoluti deferantur. Atq; hic vtilissime assumetur oxymeli cum seminibus confectum, cuius siccitatem viola purpurea probè emendat: ptisana item, præcipuè iuuenibus cum fœniculi radicibus, interdum verò & mulsa dabitur. At quoniam frequentissime his omnibus naturis flatus crassiores, ac copiosiores ingenerantur, Galenus iubet dari medicamentum diatrion pipereon, atq; etiam diaeyminum. M verum nostrę regionis homines nõ tolerant, periculum etenim, ne febres ista accersant: quinetiam Galenus tantum frigidiore, tum constitutione aeris, tũ temperamento censuit offerenda. Præsidia aũt attenuãtia, quæ & moderate calfaciunt, & internas roborant partes, nõ in posthemis opitulabuntur, qualia videlicet sunt cinnamomũ, casia lignea, ambar, caryophilli, & quæ eius gñis sunt aromata. q⁹ si Gale. ex his q̃dã non probaret, id astrictioni imputã

dum

A dum est: quare cum cæteris admixta, eximiè commodam conflabunt medicinam: partes nãque princeps (potissimumq; os ventriculi) imbecillimæ spectantur. mastiche igitur non prętermittenda: sed rosa, quia refrigerat arefacitq;, vitãda. stœchas insuper, tum qualitate, tum peculiari proprietate, insigniter commẽdatur. Cæterum missio sanguinis atq; vomitio ijsdem sanè indicationib⁹ vitanda sunt. Vbi verò crassi lentiq; succi in musculis fuerint, & probus in venis sanguis continetur, atque syncerus, auxilia calidiora tunc minime verebimur, quæ vrinam appel- B lant: etenim nullum à sparsione delationeq; in totum corpus succorũ subest periculum. Quamobrẽ hic præsidio ex pulegio Gale. vtitur: q⁹ maximopere mihi arridet, aut aliquod aliud huiusmodi. Porrò notas gnàve horum omnium vitiosorum humorum hic omisimus, quandoquidem in eo commentario, quẽ de signis conscripsimus, ad vnguem ex posuimus. Sed vt obiter aliquid de his tradam, memento vrinam posse te docere, qui sint exuberantes in ve- C narum finibus succi: quorum tum copiam, tum paucitatem, a ratione viuendi anteacta, a temperamento, ab ætate, a tempore, alijsq; supradicto commentario explicatis, cognitam habebis. Præterea lassitudo spontanea, quę tensionis sensum affert, cum nulla præeunte vehementi exercitatione, atq; motione contigerit, succorum exuberantem copiã testatur, quæ cum reliquas corporis partes, tum præcipue musculos infestat: quare grauitas tantum ac tẽsio sentitur: quandoquidem solius sit sanguinis abundantia: quæ rectissimè vtilissimeq; vena cubiti dis- D secta euacuabitur: aut malleolorũ venis scarificatis: inde toto corpore vacuato, ad relaxationem tensionis veniendum, idq; fiet vnctione, frictione molli, quiete, lauacro temperatæ aquæ, cibis abstergendi vim aliquantulum, citra tamen mordacitatem, obtinẽtibus: quo in numero ptisana, & apomeli sunt: nos verò de his breuiter disserimus, vtpote a Galeno tam copiosè explicatis.

Sed & de postrema, quæ phlegmones sensum prębet, nonnihil præcipiendum. Eã igitur vtpote a sanguine potissimum prouenięte, dissec- E tione venæ curabitur: tantumq; detraheturr sanguinis, quantum tũ ætas, tum temporis constitutio, tum temperatura laborantis suadebunt. Atque etiam loci discrimen habebimus hoc in negocio lassitudinis: capite nanque, ceruiceq; grauitatem, doloremq; sentientibus, humeralem venam incides: sin autem quæ sunt mediæ partes, cuiusmodi thorax, ac dorsum dolore afficiantur, internam cubiti venam secabimus: q⁹ si æqualiter vniuersum corp⁹ grauitate doloreq; crucietur, mediã. Si- F gna, causſasq; in superiorib⁹ libris accuratius exposuimus.

De aeris in vniuersum præcautione. Cap. 16

AEr (vti alias declarauimus) essentia interdum sua, interdum qualitate tantum alteratę, atq; mutatur: verum cum sępius alterutrũ contingat, corpora simili afficiuntur intemperie. verum non omnia, atque in tales dispositiones prępara- tà sunt: alioqui qui sub eodẽ versarentur aere, vniuersi morbis corripe-

G riperentur: quemadmodum sub canicula ardentibus febribus caperentur, atque in pestilentia omnes perirent. Quamobrem non oscitanter adhibenda est ambienti nos aeri diligentia: obstructionum videlicet apertione, humidorum desiccatione, & excrementosorum expurgatione: summatim omnibus modis putrefactioni repugnando: & hæ sunt, quas aereæ substantiæ alterationes retro iam diximus. Quando vero qualitatibus permutatur, præsidia ipsis contraria afferenda: quippe aliquando admodum calidus se H exhibet: interdum admodum frigidus: interdum coniunctim calidus, ac siccus. Pro calido igitur contrarius inducendus, subterraneis domibus inuentis: quæ & frigidissimę, & maxime perflatę, & ad septentriones versę: tum aqua prorsus gelida domo assiduè aspersa, herbisq; suauibus, ac refrigerantibus, alijsq; eius generis, quales sunt rosæ, humi fusis: quod in cæteris qualitatibus, tũ simplicibus, tum cõiugatis facere oportet. Quinetiam caliditate ad intemperiem notabilem haudquaquam inclinante, leuissima vtemur medi- I cina, quæ vitiosos succos tunc generatos expurget. Verum enimuero tota aeris essentia corrupta vitiataq;, euacuationibus corporis vniuersi, p spiciemus, atq; etiam his, quę in totum pestilentiæ aduersantur, victu refrigerante simul, & siccante vtemur, qualis qui ex aceto, & lentibus parabitur: putredini si quis alius, cõtrarius: proderit pariter aromatum suffitus costi, styracis, galbani, terebinthinæ resinæ, quę peculiariter potest aerem purgare: præterea thériace illa, quam magnam vocitant, drachmę vnius pondere mirificè opitulabitur aeri pestifero: sumetur verò omnibus ritè peractis concoctionibus: qua assumpta, sex horarum interuallo cibos nequaquam ingerat. Bolus item Armenius: terra quoq; Lemnia eximiè conferunt. Auenzoarus noster hircorum vrinã olfactu prodesse scripsit. Catapotia insuper, quę aloes portiones duas, myrrhæ, ac croci vnam capiunt, ex vino diluto liquefacta, ac bibita, vtilitatem summam præstabunt. Nullum quippe vsquam vidimus, qui L hoc medicamento periculum pestilentiæ non euaserit. Porrò abstinendum a piscibus vniuersis, fructibus humidioribus, habitationibus mõtosis, sublimibusq;: facillime enim qui ex his paritur sanguis, putrescit. Carnes item vitandæ, exceptis quæ a montanarum auium genere expectantur: sub quo perdices, turdi, merulæq; continentur, & passeres mõtani. Cæterum aluum deijcientibus commodissime vtemur: oxypheni- cibus scilicet, casia, melle aereo, viola purpurea, & id genus cæteris, quæ alias nobis copiosè dicta sunt. Sed M iam tempus appetit, vt finem huic sectioni imponamus, atque ad rationem curandi veniamus.

AVER-

AVERRHOIS COLLECTANEORVM SECTIO III.

DE RATIONE CVRANDORVM MORBORVM.

De intẽperaturarũ curatione, quæ cum humoribus, & quæ citra humores consistunt. Cap. 1.

EOrũ quę præter naturã cõtingunt, duplex dria cõstituitur: Vna quidẽ ęgritudinum: Altera (quę eas comitantur) symptomatũ. Atq; itẽ morborum duæ sunt dfię: Alij nanque simplices, similaresq; ptes afficiũt, vt qui ab intemperaturarũ aliqua oriuntur, quæ interdum cum humoribus, interdum verò citra humores euenit: Alij autem dissimilares, instrumentalesq; partes infestant. Verum enimuero operęprecium me facturũ videor, si hoc nostrum negociũ eo digessetimus ordine, vt primò quidẽ similariũ ęgritudinum medicationẽ doceamus, deinde instrumentalium, postremò C symptomatum ipsorum: quę tamẽ morbo sublato abire quoque consueuerunt: quare frustra quis dixerit, à nobis seorsum traditã eorũ curationem, verũ dilucidioris doctrinæ gra, id nos fecisse existimet. Initio igitur sumpto à morbis similarium, vnicũ curationis intemperaturæ citra humores scopum esse testamur: videlicet, vt ad pristinam, naturalemq; constitutionem, ac statum pars ipsa reducat: idq; fiet cõtraria adhibendo, quibus intemperierũ curatio perficitur. Sũt autẽ id generis alimenta, atq; medicamenta, quæ primis suis facultatibus intemperaturæ, quæ morbum creat, aduersantur. Esto etenim vt qs ęgritudine ab intẽperie orta calida siccaq; laboret, profectò ratiõe victus frigida, atq; humente, quinetiã medicaminibus vim refrigerandi, humectandiq; obtinẽtibus probè opitulabimur. Hęc est aũt illa, quã primo, & essentialiter (vt sic dicã) p cõtraria fieri medicationem diximꝰ. Ea verò quæ similibus peragit, hoc est ex accidenti, summopere verenda est: vt cũm aquæ frigidę perfusio affectum ab intemperie frigida E profectũ sanat: mearus etenim cõstipantur, densaturq;, cutis, atq; calor internus fit cumulatior pariter, & validior. Quamobrẽ ea nobis minime vsurpabitur, nisi ad hanc nos traxerit necessitas: ne in eundem labamur errorẽ, in quẽ non paucissimi (vt postea docebimus) medicinę professores demersi sunt, eo curationis genere vtentes. Rursus ægritudinis, quę ab intẽperie succorũ exoritur, medẽdi methodus duas indicationes habebit: primã humoris noxij euacuationem: alterã partus intemperatura affectæ, videlicet, dum F vitiatus succus ĩ ipsam decubuisset, correctio. Porrò euacuatio multis conficitur modis: interdum. n. sanguinis missione: interdum medicamentorum purgatione: interdum vomitibus: est ẽt vbi & clysteribus, sudoribus, atq; vrinã cientibus fiat: quę quidẽ vniuersa, medicamina secundis suis facultatibus, atq; tertijs, adde ẽt proprietatibus concinnãt: quippe similaris corporis alteratio, quã à naturalis tẽperamenti alteratione morbũ ortum habuerit, potestatibus D

G statibus medicamentorum primarijs efficitur. Quinetiã euacuãtur, q̃ sunt in corpore humores, inedia, exercitatione, lauacro, atq; frictionibus. verũ quæ sanguinis detractione fit euacuatio, rõne, experimẽtoq; satis superq; cognita est. Sed potissimum, qd ab experientia proficiscit, auxilium in confesso est: qd aũt ab ipsa rõne est, bifariã cõstituitur. Primò quidẽ (vt identidẽ ostẽsum est) qsi medicus naturæ motũ idoneũ, atq; conuenientẽ semp imitatur, natura verò multas ægritudines à sanguine exortas, profusiõe sanguinis H sanat: atq; eadẽ erit via, methodus inueniendi vsus medicinarũ purgãtiũ. Secũdò, q̃nquidem creberrime euenit, vt alimenta immoderatius ingeramus, quò fiet, vt sanguinis copia immodica accumulet, aliusue humor exuperet: quæ sanè corpus, aut venæ sectione, aut purgatione, aut alia qualibet euacuatione, sum mopere indigere testantur. Nempe ad inediã, exercitiumue solũ medẽtis consiliũ dirigi minime sufficit: dum. s. affectus, qui à plenitudine, q̃ est fm vasa, originem trahunt, curare studemus: illa nanq; lentius, I tardiusq; euacuãt. Præterea tale qd posset vsuenire, qd illi contingit, q̃ per insomnium putabat sanguineo lauacro ĩmergi, atq; lauari, qd nos in sectione, quã de signis conscripsimus, aliàs recensuimus. Hic igitur consilij gratia ad Galenum quoq; adit, illiq; affectum omnẽ recẽsens, tandẽ insomnij historiã adijcit: qui bus persuasit sibi Galen. & probe vereq;, sanguinem in homine auctũ immodicè: ideoq; venæ sectionem fieri præcipit. verum Galeni consilio haudquaquam parẽs, Erasistratios quosdã medicos adijt, qui missione sanguinis (ut solent) neglecta, inediam solã præcipiunt: quã obseruata fusi liquatiq; humores, caloré immodice succenderunt, & tandem extinctus eo. s. pacto, quo ab infuso prẽter moduni oleo lucernę lumen strangulatur. Q̃n vero singulæ nup dictarum euacuationum vsurpãdæ sint, & hanc, an illã multum interfit adhibere, in primis definire aggredior. Sunt itaq;, quæ suadeãt, ac dissuadeãt euacuationem, affectio, vires, laborantis temperamentum, ætas, anni tẽpus, atq; ipsa regio. Vniuersim autem ac summatim asserimus minimè euacuationes moliẽdas, nisi vbi à mõ, habituq; naturali humores discesserint, siue in toto corpore, siue in partibus quibusdã corporis, idq; vel quãtitate, vel qualitate, vel vtraq; vitiatis. At quantitatẽ quidem satis indicat tensionis qdã sensus, haud absimilis huic, qui post labores, exercitiaq; percipitur. Estq; plenitudo illa vocata fm vasa, hoc est, q̃ consistit fusis p vasa humoribus. Altera autẽ, quę est vt ad vires plenitudo, tũ à quãtitate, tum à qualitate prouenit: ab eaq; facultates, q̃ & alẽdi & mouendi munus M obeunt, grauãtur, atq; (vt paucis absoluã) potestates oẽs, quæ functiões corpori suppeditãt, quibus imbecillioribus, infirmioribusq; factis, succorum quoq;, qui in corpore sunt, temperamẽtum naturale, simul ac modus vitiantur. Quamobrẽ vt plurimum, postremò dicta plenitudo laborem vlceris sensum referentem parit, quem sanè improbi, vitiatiq; succi, qui ab hac plenitudine procedit, esse sobolem nemo nescit. Cæterum missionem sanguinis faciendã esse

K esse potissimum censemus, vbi omnes ex equo succi, qui ĩ corpore habẽtur, immodice succreuerint, hoc est, quantitatem, q̃ fm naturã illis debetur, prætergrediunt: qd sit sanguine plus iusto adaucto, qui cæteros humores potestate in se continet, cuius incrementi immoderati nota non exigua est labor tensiõis sensuum adferens. Verũ qd minus suadet venæ sectionẽ, est vbi in quali ac quanto à mõ naturali abeunt humores: qui item si qualitatibus suis sanguinis qualitati haudquaquã aduersentur, & minime crudi p B corpus, atq; lenti fuerint, vtilissime detrahi posse sanguinẽ demõstrãt. Atq; interdũ ex accidẽti sanguinis missio fit, vbi videlicet è naribꝰ, aut hæmorrhoidibus, aut menstruis, & hmõi alijs sanguinẽ prouocamus: id quod tñ quanta cura poterimus. vitandũ nobis erit. Præterea hmõi euacuatio fit nonnunquã, vt à parte ad partem tñ reuellant succi, ne foras è corpore ꝓpelli oportet, q̃nquidem paucus sit in homine sanguis, atque is nihilominus vitiatus. Rursus vtroq; medendi genere aliq̃ vtimur, hoc est, & euacuamus, & C auertimus, q̃n. s. humorẽ, qui morbũ procreat, auferimus, & ne rursus fiat, augeaturq;, præcauemus. Omnino verò memoriã firmiter tenere te velim, à vicinioribus esse vacuandum, tunc cũ medentis cõsilium ad solam euacuationẽ dirigitur: q̃n vetro reuellere oporteat, & ad cõtraria trahere remotioribus locis educendum: plenius aũt & accuratius de his mox disseremus. Cæterũ variæ illæ indicationes faciunt, vt multũ interfit, hanc vel illam venã incidetis: quippe aliàs internam secamus, aliàs humeralem, aliàs mediã, quin D etiam aliq̃n quæ sunt in dextro brachio, interdũ quæ in sinistro dissecantur. Hac verò speculatione de missione sanguinis absoluta, succedit de ea, quæ per medicamenta fit, euacuatiõe oratio. Purgatio igitur tunc maxime adhibebitur, q̃n succi sola qualitate vitiati abundant. cui scopo illum quoq, retro nobis scriptum adiungemus, hoc est, ne adsit crudorũ succorum, ac lentorum copia: q̃nquidem tunc de concoctione, & medicaminũ incidentiũ exhibitione ineundum esset consilium, atq; præmittendũ. Quamobrẽ ad- E uertẽdum diligenter, vbi sit præmittenda vel sectio venæ, vel purgatio. Rasius etenim literis prodidit, sese frequẽtissimo experimento cõperobasse (susceperat nanq; eos, qui in nosocomio ęgrotabant, curandos) pleuritide laborantes interijsse, quibus detractio sanguinis ante purgationẽ adhibita fuisset: quorũ rõnẽ hanc ego quidẽ esse puto, ꝙ in penitiori corpore succorũ vitiatorum copia immersa latebat, quę ubi mota, agitataq; fuit, & in actũ (ut sic dixerim) producta perniciẽ, mortemq̃, ægrotantibus attulit. q̃nq; verò co F gimur sanguinẽ prius detrahere, q̃ purgatione uti: auxiliũ etenim id est ꝑsentissimũ quibusdã morbis: quare ad id, qd magis urget, animũ consiliumq; medicus debet apponere, atq; ab eo exordiri curationem. Verumtamẽ mihi in primis charus Auenzoarus in ea est hæresi, ut purgatio missionẽ sanguinis præcedere debeat: q̃nquidẽ uenę sanguine inanitæ supuacaneas supfluitates, & ad alendum nõ idoneas exugunt, ab hisq; uitiosa intẽperatura afficiuntur:

G afficiuntur: quare sectio venę ēt dū aluū astrictioré reddet, ptibus. ſ. exhauctis, exuctu quodā excrementa arefaciētibus. Porrò īter purgatoriū & emolliens medicamentū hoc interest, ꝙ illud quidē succos attrahit, hoc verò aluum tm̄ mollit, & stercora educit. Abstinebimus item tū à purgatione, tum à venæ sectione, vbi crassorum lentorūq; succorū & crudorū collecta per corpus fuerit copia. atq; is qui mittendū sanguinem vetat, scopus patet: qui verò purgationē prohibet, desimendus. Erūt igitur crassitudo, atq; lentor,
H quæ nō ita facilē faciunt purgationē: attrahet nanq;, atq; euacuabit medicamentū probos simul ac familiares succos: improbos autē pariter & alienos, vtpote contumaces, ac rebelles, relinquet. Porrò Galen. noster nō febricitantibus purgationē per ea moliebat, quæ vim & cale faciendi, & dissecandi obtinent. Iā verò febre correptis, frictionibus, atque medicaminibus attenuāntibus, simul mediocri calore præditis vacuationem promouebat: id qd tū ī sectione de tuenda sanitate, tum ea quæ est de febribus, ad vnguē expo
I situm est. Rursus, quēadmodū nup nobis dictū est de sanguinis detractione, fit quoq; ex accidenti purgatio, vt cum purgātē medicinam exhibemus profluuio alui laborantibus, q̄ succum quidē morbum facientē depellit, atq; euacuat, causſamq; adimit, affectū verò ipsum vehemētioré & auctiorem reddit: qd num à simili, an à cōtrario contingat, postea vberius diligentiusq; docebimus. Nunc ad clysteres accedamus, quibus tm̄ vtimur ad excrementa alui educenda: aut ad contrarium succos auertendos: nonnulli autem K eos infundūt ijs, q ægrē medicamentum purgatorium assumunt, atque item ijs, quibus vel iecoris, vel vēticuli vitium contractum fuit: nempe à medicamento purgante pars vtraq; solet affici. Atq; vt in totū dixerim, vtilissime inijciunt affectionibus, quę ab alui astrictione oriuntur, & intestinorū vlceribus, inflammatiōibus, doloribus, & renum, vesicæ, atq; coxendicis affectibus. Ex his verò alij mites, alij acres, quidā simplicissimi, quidā ex multis præsidijs confecti. Porrò balnea tenues succos discutiūt, atq; euacuant: qua L re vbi à crassis viscidisq; humorib⁹ aggeneratos morbos curabis, ab his abstinēdū censeo, ne in deterius decidat corpus: solet etenim humorum moles inflammari, si ante concoctionem quis lauetur. quinetiam interdū partes principes vitiantur, atq; inflammatione tentantur. Fames item in præsidiorum numero, q̄ facultatē vacuandi obtinent. collocatur: potissimumq;, in ęgritudinibus, quæ proximū vigorē, atque iudicationē habent. Hactenus de ītēperaturæ, siue cū humoribus, siue cita humores factæ, euacuatiōib⁹. M

Quando sint faciendæ euacuationes.

Cap. 2.

PRoximū est, vt definiamus modum eorū, quę retro dicta sunt, ſm maioris minorisq; differentiā. Atq; vbi omnino his supersedēdū, maximè euacuatione, & quę fit per contraria, curatione. Quippe identidem vsuenit, morbum quidem suadere euacuationem, & contrarij adhibitionē, cętera alia subesse q̄ prohibeāt, quominus ipsis vtamur. At intēperaturę, q̄ cita humorē infestat,

a festat, medicatio contraria adferēdo peragitur: veluti si ita contigerit, ꝙ in duobus vel tribus gradib⁹ ad quā dam intemperaturam quis decidat, tūc salubrem causſam in huiusmodi affectu esse oportet, quæ contrarietate duobus tribusq; gradibus pugnet aduersus intemperiem illam, quam vtique compertā habere minime possis, nisi prius dum sanitate fruerētur, hominis temperaturā per cognitam tenueris: ad hęc regionē, ætatem, anni tempus, vict⁹ rationē, consuetudinem, virtutem denique, & causſam. Atqui sępius causſam
a virtutemq; consyderare prætermittimus, nisi si intemperatura humoribus afficiat. Quando autem pars quæpiam ītemperie citra humores corripitur, tunc indicatiōes curationis per contrarium desumunt a partis ipsius temperamento, vsu, ętate, situ, postremò ipsius sensu: verum intemperaturarum cum humorib⁹ curationis meta est, euacuatio. Causſas autem, quę excrementa illa patiunt, consyderabimus, an ſ. a corporis affecti temperamento efficiant, an non. Solēt etenim in plerisq; naturis hominum talia immodice accumulari, ac colligi, in quibusdam vero ętas, anni constitutio, cœli status, alimenta, & omnis victus ratio huiusmodi superfluitatum prouentum adferunt. Quinetiam consuetę purgationes retentæ, cuiusmodi hę morrhoidarum, mensium, & aliorū consuetorum profluuiorum, excrementa efficiunt: exercitationum itē derelicta cōsuetudo, simul & expurgationum. Ad hęc virtus quoq; nō mediocriter adiuuat, quippe maxima ex parte ęgritudo ipsa euacuationi aduersatur. Cum verò virtutē dico, intelligere te velim facultates D munere aliquo fungentes in corpore, veluti expultricem, mottricem, atque altricē. Cæterum indicationes euacuationis, quam vniuersalē vocitant, interdum assumuntur ab affectis partibus, prępuęq; si ex numero principum fuerint, & earum quę munia obeunt præstantiora, cuiusmodi est ventriculus. Nempe si quis detractione sanguinis indigens, os ventriculi affectum imbecillumq; habeat, ab hoc auxilio sanē quidē abstinebimus. Quā- E do verò partem aliquam priuatim seorsumq; expurgare studemus, ea (quæ nuper dicta sunt) situm, vsum sensumq; cōtemplabimur, ab hisq; indicationes trahemus. Quinetiam ab ipsius corporis tota constitutione, quæ interdum euacuationē postulat, interdum verò recusat: quod postremum accidit, dum plenitudo adest non toti corpori, sed priuatim vni particulę. Prętera vteri in mulieribus gestatio alias euacuari debere, alias minime oportere significat. Sed de his sanis, quę suadeat vel dissuadeant purgationem: nunc de F curatione per contraria agendum. A pletisq; igitur omnib⁹ priscis medicis proditum est literarum monumentis, hominis temperamentum tunc patum a naturali constitutiōe declinare, cum aut naturæ, aut ætati, aut ambienti nos aeri, aut anni tēpori, aut deniq, regioni, & alijs huiusmodi cōgruit morbus: veluti cū quis adolescens, temperaturam caliorem obtinens, in regione calida, constitutione anni calida, & qui victus ratione calidiore antea vsus, a febre ardente corripitur, huius quidem temperaturam pauco vitio tē-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tari scire te oportet. quare præsidijs opitulabimur modice refrigerantibus. Quòd si contra acciderit, senẽ s. cuius temperamentum sit frigidi⁹ in regione frigida,& anni constitutione,pari ardente febri affici, a naturali habitu longissimè abesse, & non exiguam temperaturæ alterationem factã meminisse te velim. Curationem itaq; moliuntur cum insigniter refrigerantibus. Horum ego opinionem argumentis manifestissimis, validissimisq; refellere tẽtabo,ille etenim adolescẽs febre ardente laborans,opem sentiet tãtum
H ab extremè,eximieq; frigidis,è quorum numero caphura, & cucumerum aqua:quę sent exhibita pari febre correpto, calorem eius internũ extingunt, atq; ob id pernicieẽ,mortemq; accersunt. Verum quod in errorem tales viros adduxit,vnũ est. Quippe existimarunt eundẽ æqualemq, semper esse in iuuenibus, atque senibus natiui caloris in externum recessus modum,ac mensurã: quod sanè absurdum est, alioqui q̃ vehementius refrigerarent,hoc est, tertij abscessus medicamenta, senibus vtiliter præberentur: sic nanq;
I via ac ratio curandi ītemperaturas nos docuit. Esto igitur iuuenis bilioſus, primo numero ordineve calorẽ obtinens,febre corripitur, & ea quidem, quæ calidum secundo abscessu efficiat:is profectò vno tantũ numero a sua temperatura,insitaq; caliditate aberit: quamobrem cõmode non medebimur ijs, quæ ordine secundo sunt frigida: nempe nimiã accipiunt alterationem in hominis iuuenis corpore ab igneo, acquisitioq; calore. Verum si nuper dictus senex primo ordine frigid⁹ ab ægritudine quapiam afficiatur, quę se- K
cundi abscessus calorem euocet, qs quæso. negauerit hunc magis quã illum adolescentem a temperamento proprio,natiuoq; discessisse? vnus nanq; vnico tantum abest numero alter verò duobus, vel plurib⁹. Quã obrem curationi medicorum(quos retro iam diximus)adhærẽdum nõ est. Quippe remedia,quæ indicãtur à recessu illo naturalis temperamẽti,non omnino secura sunt senibus, mortemq;, vt plurimum adferunt, quandoquidem principum partiũ, atq; nobilium mediocritatem vitiant sua vi refrigeratoria: quo fiet, L
vt auctior, validiorq;, enadat ametria,quã esse ægritudinis interitusq; causſam,in confesſo est. Præterea,si priorem opinionem mouerunt, eiusdem abscessus præsidia frigida; senum atq; iuuenum debere esse cõsent,hoc quidem argumento,q̃ corpora calida primò,caliditatem secũdi ordinis consequuntur: quæ item sunt frigida numero primo, calorẽ secundi adipiscuntur: nec est alterũ altero calidius. Quinetiam si adolescens frigidioribus,q̃ naturæ suæ cõgruat,medicaminibus vtatur,nullũ ab his incommodum percipiet, M
potius vtilitatem consequetur. virium etenim robur adeò validũ obtinet, vt facilè ipsorum vim demuret,alteretq;:quare naturam hominis haudquaq; vitiãt,sed tuent, atq; ad tpationem reuocant. Contrariũ aũt senibus vsuuenire solet ob partium ferè oĩum,ac præcipuè principũ imbecillitatẽ frigiditatẽq;, ppea senì, qui valde deuerenti febre laborauerit,idonea erunt,quę secũdo abscessu refrigerãt,idq; rõnibus prædictis liquido patet. ad hæc q̃n non

æquè

A æque potest medicamenta vincere senum calor,atq; iuuenum,& substantiam igneam demutare. At qs rogabit,cur senibus vsqueadeo calidæ febres eueniant: Cui in promptu rãdere potes,præposteram victꝰ rõnem taliũ febrium causſam esse:nẽpe si proba vterentur,vix accenderẽtur in senum corpore ita acutæ febres. Nos vtiq; in sectione,quam de morbis scripsimus,ęgritudinũ causſas duas tantum esse docuim⁹: vnã quæ ab intemperatura particulę peculiari desumitur: alteram quę ab exterioribus cooritur. Si igitur tẽperatura laborantis,ætas, aer nos ambiens,regio deniq; morbo senũ aduertsantur, protinus consilium medẽtus dirigetur ad solam victꝰ rationem. Atq;(vt in totum dixerim)vbi aer ęgritudini repugnat, vtilitatem eximiam ęgrotanti pariter,ac summam voluptatem medicãti adfert. Quamobrem si talis nõ fuerit, qualem diximus, artificio elaborabim⁹ ac parabimus eo ipsõ, quod ī sectione de sanitate tuenda indicauim⁹. Cæterum qui a consuetudine expetitur scopus in medendo,an s. quid
C fieri debeat,an non:& si fiat,quo pacto,quaq;, mediocritate id efficiatur nunc definietur exemplo potionis aquæ frigidæ in febre ardẽtissima. Nempe si qui laborat,dum sanꝰ degeret,aquæ frigidæ potui assueuit, ĩtrepidè,ac tutò (vel iocinore oreq; ventriculi imbecillis)illam propinabimus:q̃ si contra non assueuerit,sine periculo exhiberi non potest: verum necessitate plerunq; adacti illã bibendam præbemus,sed & parciꝰ, & minus gelidam. Quid autem cõsuetudo, quæ est acquisita natura, valeat,satis superq; nosti: atq; etiã

subitas omnes,ac repentinas mutaD tiones pernicioſas: paulatim nanq; ac sensim progrediendum, cum ab altero ad alterum transitus fit,id qđ potissimum a prudente natura ī cõstitutionum anni mutatione obseruari spectamus,lente quippe ac gradatim a contrario in contrarium pgit:alioqui si derepẽte frigus immodicum calori succederet,intolerabile id animantium generi foret. Sũt verò qui tantam uim consuetudini tribuant, vt asſeruerint fuisse quosdã, qui a teneris,venenis edendis assueſcerent,nullum ab his incommodũ
B sentientes,sed alimoniã ex his,quẽ- E
admodum ex probi succi eudlijs, suscipientes. Quorum ego sentẽtię minime accedendum arbitror: quare ī libello de theriaca & venenis,multis demõstrationum argumẽtis docui,illos grauissimè peccare. Quòd autem auxilia esse mutanda cẽsent nec vnico tantum vtendum, probè quidem dictum est,ne s. natura assiduo vsu corpori assimilaret medicamentum,atq; id, quod præstare debuit,impediat. Porrò nemo nescit virtutem maxime esse spectandam vbi euacuationem cogitamus. Alte
C rationis verò modum indicabũt,qui F
hecticis febrib⁹ correpti aquę egelidæ balneo lauant, vtiſt quidem primò,sed si diutius vterent, partes ipsorũ principes vitiarent, mortẽq; in dubitatò obirent: quod Gal. noster multis in locis doctissime tradidit, exẽplisq;,atq; historijs cõfirmauit: cuiusmodi est illa adolescẽtis intẽperie citra hũorẽ affecti,qui cũ sum mopere aquę frigidæ potionẽ expeteret, hãcq; medici denegarent,statuit moriẽdũ sibi potiꝰ, q̃ sic excruciari. quare auidissimè,atq; immo-

G deratissimè frigida exhausta, statī ab intemperatura liberatur: verum eximia aquæ frigiditas deglutitiõis functionem insigniter lęsit, atq; tandem miserrimus ille medicorum īscitia interijt. Præterea intemperamenti, quod cum humoribus consistit, medicatio duos scopos obtinet: interdum etenim indicatio sumet ab alteratione intemperiei diuersa ab ea, quę ab humoribus intelligit. Exempli gratia, febres quæ ab sucis putrescentibus ortum habēt, potissimumq; a crassis, lentis, atq; crudis, quatenus ītemperatura cōstant
H calida, ac sicca, medicaminibus indigent refrigerantibus simul ac humectantibus. quamobrē concoctionis (qui alter est scopus) maxime obsunt. Oportet igitur natura prudentem & experientem hic esse medicū vt inde vtilitatem, non pernicię consequantur laborantes: quippe quod
I primis esse necessarium, idoneisq; pituitosæ febris curationi existimamus, ab euacuatione proficiscitur uitiosorum succorum: quod nō idem accidit bilio sis febribus, quandoquidem ipsarum symptomatis solū occurrere debemus. Atqui si vtrunq; parem vim consyderationis postulet, tunc equam vtriq; medicationē adhibendam esse putato. Quando verò à symptomate periculum non imminet, causę ablatiōi modis omnibus studendum est, quippe eo pacto exquisita fit morbi curatio. Ad hęc vbi ęgritudo, & symptoma huic superueniens contraria fuerint, veluti febris ac syncope, sic erit opitulandum: febri nāq; refrigerantia apta sunt, animi vero deliquio calefacientia: atq; illa vacuatione īdiget, hęc autem alimento. Quinetiā symptoma illud contrarium ad morbū K
cōtrarium primò sequitur, cuiusmodi defectus animi ab inanitione factus. Aliter verò in diaria contingit in qua videlicet citra humorē causa consistit: atq; item aliter, quādo ab exterioribus intemperies generatur cuius curationē te ignorare non arbitror. Hactenus de totius corporis intemperaturæ indicationibus.

Curatio, quæ singulis partibus debetur.
Cap. 3.

NVnc ad eas, quę priuatim singulis partibus debētur, nostra L
se vertat oratio. Si igitur in vna corporis particula ęgritudo consistat, quemadmodū si cerebrū intemperie frigidiore afficiatur, mitior quidē ac leuior erit morbus, quippe haud ita multum symmetriā naturalis tēperamenti prætergreditur. quare præsidia modice calefacientia idonea erunt cerebro: at partes aliæ refrigerari validius debent. Hic autē easdem assumemus indicationes, quas supra cū de sene ac iuuene fieret sermo, scripsimus. Cerebrum igitur tutò calefacere potes, refrigerare non citra periculum: cęteras verò M
particulas, quę temperamento sunt frigido, quales nerui, si a frigore læsionem traxerunt, viriliter ac secure calefacies: idq; non immodice faciēdum, ne a sua tēperie abscedant. Eadem de siccis atq; humectis dixisse putato, quoniam partibus noxa tantum accidit ab elemento in ea præpollente. Maximam verò solicitudinem habendam tibi esse censeo, cū partis affectæ magnum in corporē vsum cognoueris: id genus sunt partes principes, quę eximiè necessarijs functionibus præditæ sunt. Quippe ipsa-

G ipsarum robur fouere, atq; adaugere penitus conaberis, ne per consensum (vt fieri solet) nobilissimū cor, a quo calor omnis natiuus, ac deniq; vita ipsa dimanat, vitiet. Quamobrem in talium morbis, vehementer contrarijs non erit vtendum, potissimūq; vbi refrigeratione opus est. Iocinori etenim vel immodicè cale facto verebimur auxilia adferre exquisite refrigerantia, quandoquidē opus eius omnibus particulis est ne cessarium. Intelligens igitur partiū omnium tum functiones, tum vsus (quos in alia sectione indicauim⁹)
H haud difficulter inuenies, quatenus cuiusq; robur custodiri debeat pro be insuper dictum est, societatē cōsensumq; non exiguam nobis indicationem suppeditare, veluti cū ori ventriculi calidiori refrigerantia immoderate admouemus, cerebrū ipsum vitiari necesse est, quod natura est frigidius. Neq; item iecur īsigniter refrigerandum, propter eius cū corde societatem. Cęterum istæ vniuersæ indicationes, quæ calori contraria magnopere non esse adhibēda demonstrant, propter vnicū cor, cuius officij dignitas maxima est,
I atq; ęgrotantibus maxime omniū necessaria, quodq; potestate particulas alias continet, quāuis vnū actu, & energia existat, id quod in sectione defunctionibus sanitatis nuper nobis scriptum est. Quinetiam summa cura aduertes, iocinore intēperie calida laborante, cor non esse negligendum, vbi curationem aggrederis: etenim id medicamētis, id genus facultatem habentibus, refrigerabis: quoniam identidem caloris iocinoris causa existit. Verū enīuero non solum nos oportet consilium dirigere ad calefaciendum, re- K
frigerandum, humectandum, atq; siccādum cor, sed etiam ad potestates, & functiones auxiliorum secundas, tertiasq; vocitatas. Postremò à situ indicatio assumetur: quæ etenī per summa corporis intemperie laborant, imbecilliora præsidia postulant: quibus autem in profundo corpore intemperatura consistit, vtiq; multo validiora exhibebimus: alioqui multo infirmiora q̄ pro vsu tuo ad locum peruenient: soluitur nāq; ratione longioris interualli vis medicamēti, quod maxime testant' pulmonis ęgritudines. L

De missione sanguinis.
Cap. 4.

REstat, vt de indicationibus cōtrariorum expositis, duas præcipuas euacuationis differētias, purgationem, atq; sanguinis missionē explicemus, quarum varię sunt indicationes. Igitur in venæ sectione attendenda sunt in primis, virtutis robur, atq; imbecillitas, vehementia morbi, siue adsit, siue futura sit, ętas, anni tempus, regio, præsens aeris cōstitutio, vita antè acta, consuetudo, deniq; omnis viuēdi ratio: quę vniuersa concentu quodam ac concor- M
dia, si detrahēdum esse sanguinem significent, audacter intrepideq; venam incides, vnoquoq; diligenter consyderato, ne pars quępiam corporis affecta id prohibeat, veluti cū quis ventriculi os refrigeratum obtinet, simul ac nauseabundū & imbecillum. Porrò ętas, in qua potissimum uena utilissimè secatur, ea est quę florens vigens dicitur: postquā facile tolerāt & ij, qui septimum septennium ingressi sunt, idq; īterdū ad septuagesimum vsq; annum, ve-

G rum mior, parcioríq; euacuatio fiet, q̃ cæteris. Quibuſdam autem octogenarijs citra periculum & commodè mittetur ſanguis. Pueris verò ante decimum quartum annum Gal. omnino vetat detrahi: quanquam Auenzoarus memoriæ dederit, ſe filiolo trimo venam diſſecuiſſe, atq; hunc a morte tali remedio liberaſſe. Qui verò viribus infirmioribus degunt, in totum ab huiuſmodi euacuatione arcendi: quippe ſanguine miſſo virtus ſemper ijs extremè concidit, nec poſtea reuocari, tecolligíq; poteſt. Quòd ſi vitæ diſcrimen H iacturamq; futuram (vt in ſenibus apoplecticis) & alijs ipſorum morbis peruideas, ſanè id genus auxilij vſurpabimus, prudẽter tamẽ & moderatè vacuantes. De temporib⁹ autem anni, ver accommodatiſſimũ venæ inciſiõi. Æſtas maximè, ſi cõſtitutionem ſuam ſeruauerit, inimiciſſima: exoluuntur etenĩ facillime ſpiritus ac vires, ĩbecilliores q; ſunt: quare ſi neceſſariã miſſionem ſanguinis perſpexeris, modica ſit oportet, atq; parca. Hyems quoq; vetat: cõcreſcit nanq; tunc ſanguis ſimul I ac conglaciatur, craſſeſcitq;. Poſtremò autumnus, ſiccitate caliditateq; æſtati proximus, talem euacuationẽ interdum diſſuadet, tum propter ventorum tumultus, qui in eo excitantur, tum ob inconſtantiam ſuæ conſtitutionis. interdum item autũ no quibuſdam venę ſectio cõuenit, natura ac morbi magnitudine cogẽte: quantitas autem ac menſura minor erit, q̃ ea, quæ vere detrahit. Præterea vbi intendimus partẽ vnã tantũ corporis vacuare, in qua plenitudo quoq; conſiſtat, tunc ſanguinis quantitatẽ educendę mentẽ adhibebim⁹: nec uno impetu id faciemus, ſed iterando, quippe cõſertim facta euacuatio inſigne periculum quandoq; adfert. K

De purgatione. Cap. 5.

NVnc de medicamentorũ purgantium potione diſſerendũ eſt: cuius modum ac mẽſuram exacte perpendemus. Hanc igitur neq; pueri, neq; extrema ſenectute confecti aſſumere debent. Tempora autẽ anni purgationi conuenientiſſima, vt prodiderunt doctiſſimi, antiquiſſimiq; medici, ver, atq; autumnus: quoniam ijs conſtitutionibus ſucci L a mediocritate naturali, qualitate tantum declinãt. Æſtate item, atq; hyeme euacuatio quę fit p̃ medicamenta, noxia eſt: illa nãq; ſiccitatẽ, caliditatemq; immodicam ĩuehit: hæc ſuccos contumaces ac rebelles efficit. Portò qui ſanitatis tuẽdę gratia medicationibus tantum vtunt, conſtitutione temporis pluuia, atq; humidiore purgabũtur: quippe huiuſmodi aeris conditio ac ſtatus per opportuna ſunt. Conſuetudo inſup magnum in hac re (ſicuti & in alijs rebus) habebit momentum. Quinetiam aliquam corporis partẽ purM gaturi eius tum poſituram, ac ſitũ, ac deniq; cum alijs ſocietatem, & cõſpirationem exquiſitè contemplabimur, quod nos ſupra de venæ ſectione propoſuimus, cuius quoque nunc meminiſſe non erit alienum. Cerebrum etenim cum quis euacuare volet miſſione ſanguinis, humeralem venã diſſecabit, quæ cerebro magis cõſentit, quàm interna. Auerſionis item gratia prędictas indicationes ſpectamus: quippe menſibus immodicè profuſis, ad mammas curcurbitulam agglutinamus: atq; p̃fluente è naribus ĩmoderatius ſanguine, ſiquidem è ſiniſtra nare fiat, heni: ſin è dextra, iocinori applicamus cucurbitulas. Quòd ſi ſuperiora laborauerint, inferiorem euacuationem præcipiemus: quoniã id genus auxilium tum vacuat, tum auertit. Quamobrem eximiè confert vomitio affectibus partiũ infernarũ: purgatio verò ſupernas tollit ęgritudines. Præterea a membri figura ac formatione ſcopos ĩdicationum habebimus: ventriculus quidem vomitu deiectioneq; vacuatur: iocinoris gibba per vrinam, ſi modico ſuc N co referta ſint: nã ſi plurimo, pharmaca deiectoria quoq; tolerant: ad hunc modum, caua deiectione tantum purgantur. Quinetiam ipſa inteſtina, ac denique renes & vetica p̃ canales vrinales, ſi paucus ſit ſucc⁹: ſin autẽ multus, viriliter deiectorijs medicamentis expurgabunt. Quãobrem prudenter quoq; ſeſe gerere debet medicus, dum interiorum abſceſſus curat, nempe purgantium pharmacorum tranſitu irritari ſolet, atq; inflammari, niſi ſint ex his, quæ noſtrates ibecilliora, benigna C raq; docuerunt: gargariſſatus item gulæ inflammatiões, atq; abſceſſus adaugent. Quoniam autem nõ parua eſt functionum (ſicuti alias ſcripſimus) dignitas, atq; nobilitas ad ægros conſeruandos, ſed alię magis his, aliæ minus ſalutares ſunt: equidem ad pornonem actionum dignitatis etiam vſus atq; nobilitatis, cuiuslibet particulæ conſulendum eſt robori: oportet etenim minorẽ maiorem ve ſocietatem cum corde habere. Exempli gratia: iocinoris abſceſſus qui ad vigorem peruenit, diſcutiẽtibus ritè, ac meritò curari po D ſtulat, quemadmodum alij omnes abſceſſus: partis verò ſummus ĩ corpore vſus facit, vt adſtringentibus aliquantum odoratis vtamur. Non prætereunda verò intẽtio, & ea quã particularum ſenſus acuitas, hebetudoq; præſtant, quãdo quæ acutioris ſunt ſenſus vehementia medicamenta haudquaquam ferunt. Cęterum medicorum nonnulli putarũt ſtemperiem ex ſe, ſucci, qui eam pepẽrit, euacuatione nequaquam ĩdigere: quos ego quidem cenſeo, purgationem intellexiſſe, quæ intemperaturam plerunq; adauget. Sunt prę E terea alii exiſtimantes in febrium acutarum initijs deiectionem omnino vitandam: ſuccis videlicet contumacibus, ac rebellibus exiſtentibus: de hoc verò infra diſſerem⁹ vberiꝰ. Iam ad Hippocratem veniam⁹, quí ſcriptum reliquit, mulierem vterũ gerentem, cui detractus ſit ſanguis, abortire: & alibi, vterum geſtantes eſſe medicandas, ſi materia turget, quarto menſe, & vſq; ad ſeptimum. Hoc in loco non poſſum non magnopere angi, atq; dubitare, cur purgationẽ venę ſectióí prulerit. Ego ſanè (vt ĩgenuè qd̃ ſentio, fatear) ſanF guinis miſſionẽ, ſi adſit plenitudo, qua fœt⁹ nõ egeat, haudquaq̃ reformidaré: deiectionẽ aũt q̃ medicaminib⁹ purgãtib⁹ efficit, oĩno vitabo: qñq; dẽ (vt ſũmatĩ dixerĩ) à purgatione null⁹ cõmod⁹ finis, puenire põt: fœtũ nãq; vitiat purgãs medicamẽtũ, ob deleteriã, qua cõſtat, eſſentiã: quetiã ad fœtũ improbos ſuccos defluere, ac decũbere cogit, q hũc inſiguiter afficiũt: purgatoria inſup medicamina vrinã ciãt: hæc aũt menſes appellãt: quę itẽ mẽſtrua proquo-

G cant,abortum uterum gerentib⁹ad ferunt. Hactenus de ijs quę generatim uniuersimq; sumuntur indicationibus rationis medendi, quę tan quam capita,ac principia curãti ne cessaria sunt. Restat igitur omnem intemperiem, siue cum humore,siue citra humorem consistat,aut toti accidere corpori, cuiusmodi est febris,aut uni tantum particulę. At q̃ cum humoribus fit,duplici constat differentia,quippe aliquãdo in partis cauitate, aliquando in ipsius essentia infixa, impactaq; est:idq; citra tumorem interdum : alias autẽ H cum tumore,qui abscessus uocitat. Verum initium faciemus ab intemperie toti corpori communi:deinde eam,q̃ unicuiq; pti aduenit, definiemus:postremo d abscessuũ curatiõe

Omnium diariarum febrium curatio generatim. Cap. 6.

DE ephemeris primò sermo nobis habendus est, quarum curatio duas indicationes obtinet: Vnam,quę docet intemperiem calidam,ac siccam refrigerando, humectandoq; auferendam,& ad temperamentum renocandam: Alteram, I quę caussis externis,atq; euidentib⁹ repugnandum suadet: quandoquidem diaria nihil aliud est,quàm intemperatura citra humores a principientibus ut plurimum orta caussis. Quatenus autem sit refrigerandum,atq; humectandum,multa nobis indicabunt: in primis ęgrotãtis temperamentum,ętas,aetis cõditio, anni tempus,regio,atq; cõsuetudo: postremò caussę, quę hanc febrẽ euocant. Aduertas insuper refrigerationem,quę primò febribus adhibetur,à cibis & prędidijs vim frigidam habentibus suppeditari. Quę uerò K secundario atq; per accidens fit, lauacro aquę calidę temperatęq;,idq; potissimum in hac febre,quę spirit⁹ maximè inuadit,eosq; in halitũ uaporosum uertit. Quamobrem nisi discutiatur,immoderatam tou corpori flãmam susçitabit:quo fiet,ut in putridam degeneret ephemera. Balneum itaq; hmõi omnibus utiliter curationis ergo prędipiet. Aquã item oportet tantam nanciscì differentiam, quantam caussę febrim efficientes obtinuerint. Accidit interdum diaria a cutis stipatione, tum ob frigus, tum ob balneum prętermissum, tum ob lauacrum aquarũ uim astrictoriam habentium,quales aluminosę,aut deniq; ,ppter corporis totius squalorem,qui a calore aeris immodico prouenit. Atq; in totum calidiores,siccioresq; natura corripit ephemera.

Curatio speciatim diariarum. Cap. 7.

QVi igitur desatione cutis febricitant,post accessionis declinationem dulcis aquę temperatęq; lauacro committẽtur:frictiones item cum oleo dulci tepido mediocres lenesq; utilissimę sunt. Nec M sunt bis terq; lauandi,quoniam eos tantum sic curabat Galenus, quib⁹ balnea consueta essent. Quineriam perfusio aquę frigidę a lotione iterata(ut ego quidem sentio)incommoda erit, obstruentur etenim atq; stipabuntur cutis meatus. Est uerò quando recluśi immoderatius fuerint,ęgerq; immodicè calefact⁹,nõ inutilis futura. Porrò a balneo alimentum dabimus,siquidem ęgri tẽperatura calidior ac siccior fuerit, anniq; tempus calidius,refrigerans simul

simul ac humectans,cuiusmodi prisana,quæ omnia excrementa genetosẽ promouet, ac depellit: deinde ab huius concoctione pisces saxatiles,pariter & perdicum carnes offerremus,& id genus alia.q; si aliã haberet accessionem,superiora reiterãda sunt,talisq; victus ratio.

Qui a vigilia, tristitia, atque ira, diaria corripiuntur. Cap. 8.

QVi ob vigilias,tristitiam ,iam febricitant, etsi curationẽ eandem ferè expetant,tamen quę ab ira proficiscitur febris, maiori refrigeratione indigebit,quàm quæ a vigilia,aut mœstitia:quarum equidem nulla frictiones desyderat,solo balneo mediocri contentæ. Ad hęc quas vigiliæ, ac tristitia accendunt, magis humectabimus, somnumq; diuturniorem prędicipiem⁹, modisq; oIbus laborantes exhilarabimus.

A solis deustione. Cap. 9.

QVæ à solis immodica deustione excitatur, refrigerationem postulat.quæ fiet,si diutius in aquæ temperatæ lauacro immoC retur æger,simul ac frictione modica cum oleis refrigerantibus, cuiusmodi ẽ quod ex viola purpurea paratur,cuius pfusio summè vtilis erit

Ab algore. Cap. 10.

SI quis ab algore diaria corrept⁹ sit:is pariter lotione calida vtet. Atqui aer balnei, q̃ ipsum lauacrũ, cõmodior est. Caput item rosaceo calefacto perfundendum.nam cæteris frigido rigamus.Cibi erunt temperati,aut aliquaten⁹ calidi, vt sunt turtures:mulsa quoq; maxime idonea. Verum (vt summatim dicam) lauacrum diarijs omnibus, præter D eas quæ à destillatione frigida oriũtur,& quæ ex inguinum tumorib⁹, conueniẽtissimum. At si ab æstu destillationes veniant, lauandos iubet Galenus,ea tantum ratione,q̃ putarit ad cõcoctionem tenuiorum sucorum balneũ sufficere,quippe ctaſsiores per vniuersum corpus diffundit.Quamobrem ante coctionẽ absolutam lauandi non sunt. Erit aũt balneum dulcis,atq; tẽperatę aquę. Vini autem exhibitio communem in cunctis ephemeris intentionẽ habet:vini inquam aquosi,albi,tenuis & odoris : præcipuè si ęgrotãtes per E sanitatem vino bibẽdo insueuerũt, bibendum id erit:nam & cõcoctionem adiuuat, prohibetq; ciborum in ventriculo fluctuationem, flatus discutit,vrinam atq; sudores prouocat, animam exhilarat. At potissimum ijs qui vigilijs,curis & tristitia macerantur, liberalius vtilissimè bibitur.Qui verò ita excãduerunt, affectu mitigato tutò potabunt,alioqui futurum noxium.

A fatigatione. Cap. 11.

QVæ à fatigatione cõtracta est febris,ratione victus refrigerã F te tantum curabitur:alimẽtorum verò tãtum ingerent laborãtes,quantum cõficere possint,ac superare:solet etenim immodicè cibatis nausea superuenire.

Ab inedia. Cap. 12.

PORrò si ab inedia febris contigerit,edulia ,pbi succi, omninoq; concoctioni parata dabuntur, quæ tum refrigerent,tum humectent. Quamobrem si in accessiõis initio cibentur,febrem arcebis.

Quæ

G

Quæ ab obstructione. Cap. 13

CVratio ephemerarum pluriũ dierum, quę ab obstructiõe, p-veniunt, primis tribus diebus sola frictione perficitur, cum seminum peponum farina, hordei, milij, fabę, etui: vtiliter quoq; assumet oxymel ex aqua iuidis, aut adianti. At si talibus nõ cesserit, tertiumq; prętergre diatur diem, iam tibi erit coniectandum, an plenitudo adsit: quę agitata prędicta frictione ægro ĩcommodum adferre valeat: quippe ab huiusmodi remedio maior fit meatuũ
H obstructio, q̃ apertio. Quamobrem rationem curandi mediam ĩter diarias, ac putridas cogitabis, idq; accidet, si plenitudinis notæ missionem sanguinis, aut alui deiectionem indicarint: quæ prudenter a te consyderabuntur experimento. Quando quidem sola disciplina citra experimentum explorare minime posses in singulis indiuiduis, quid, ĩ quali, ac quanto sit faciendum. Neq; solis vĥbus theorematum scopis fidẽdũ: quippe expientia principia quæque particularia ĩdiuiduorũ suppeditat, q̃ literis ad vnguẽ explicari non pos
I sumus. Quare quo min⁹ medicinã exacte calleam⁹, in causa erit id ſ. q̃ experimento magis q̃ rõne stabilit: vnde Hippo. doctissimè ꝓditum, vitã breuẽ, artẽ verò longã esse. Nos itaq; huic arti operã minime tã diligẽtẽ nauasse nõ ignoram⁹, vt sim in ea opiniõe, in qua sunt nõ pauci nostri tpis medici, qui putãt se ad summũ pueniſſe, quorũ ego vanam gloriã nõ possum nõ demirari: quippe sõlos Auẽzoari filios magistros medẽdi existimo, quorũ vitã lõgissimã faciat Deus optimus maximus.

K

Temperamenta calida, ac sicca. Cap. 14.

IN corporibus temperaturæ calidioris, ac siccioris sæpenũero ab astrictione, siccitateq; accenduntur diariæ: quinetiam eruditatibus succedunt, in quibus alimenta in nidoſam & fumidam qualitatem vitiantur. Febricitant etiam alij & ex ijs, quos alui profluuium a eruditatibus male habet, quod à ciborum corruptione & rosione fieri solet. Ex astrictione quoq; alui huiusmodi temperamenta in febres prompte incidunt: astringitur verò aluus caliditate, ac siccitate, atq; facultatis ꝓ L pulsorię imbecillitate. Est aũt eorũ, quibus fluit aluus, sanationis cura sic habenda, ab humoris quidẽ deiectione & vacuatione: siquidem alui profusio cessauerit, in balneum ducendi, egrotantes, atq; victus offerẽdus ventriculum corroborans in sobris remissione: deinde firmando vẽtriculo, & quæ circa eum sunt partibus, vnguenta cerataq; admouere. quòd si alui fluor viget, à lauacro abstinebis, quæ est Galeni sentẽtia: quanquam recentiores medici vehementia alui profluuia balneo curare se prædicant, auersionem ad cõ M traria esse putãtes: quam rationem medendi vitabimus, fit enim ex accidẽti, & propè dixerim per similia. Cibandi autem sunt fluente etiam dum aluo, nec balneo committendi. Consuletur item ventri, si modò vacuatio amplius non duret, penículo oleo absinthino, aut rosaceo imbuto. At si mastichem tritam oleo rosaceo miscueris, remedium prẽstantius efficies. Præterea (vt paucis dicam) partibus quæ ex numero sunt principum, energia frigida nus-

A nusquam applicabis. Si autem ventriculus deuratur, commiscend⁹ erit ptæscriptis oleis summitatum vitis succus, item cydoniorum malorum succus, quinetiam ex balaustijs, hypocisthide, & palmularũ carne medicamenta confecta adijciemus, quibus si ceram addideris, ceratum efficies. At sunt medici non paucissimi rogantes, cur à Galeno ventri intemperie calidiore affecto mastiche cum oleo rosaceo misceatur: Quibus hoc responsum volumus, aliam esse indicationem ab intemperatura sola, aliam verò ab intem
B perie partis: quæ postrema id docet tantum firmandæ particulę gratia, idonea esse, quæ vnà cum astrictione, amara & odora sint: in quo primi, qui experimenta sectabantur, lapsi sunt, qui intemperaturæ nullã habebant solicitudinem: quod Galenus eos fecisse testatur in quodã, qui calida, siccaq; intemperie vẽtriculum affectum habebat. Magno itaq; studio consyderabimus, an intemperatura adsit tam vehemens, vt ab ea periculum immineat: quã doq; etenim firmantibus ventrem tantum vtemur, quandoq; verò re-
C frigerantia commiscebimus adstrictionis non expertia, quo in numero multa sunt. Cibandi insuper fluente aluo his sunt, quæ adstringũt, & id pro vacuationis mẽsura. Quippe si exigua deiiciat, panem tantum biscoctum vocitatum cum saccharo præparatum, aut cydoniorũ malorum succo offeres. Sin autem aluus copiosè fluat, validiora dabis, cuiusmodi est biscoct⁹ panis ex hordeo cum succo cotoneorum apparatus. Quinetium commodissimè malorum punicorum succum, pyrorũ, vel malorum Galenus exhiberi ꝓ- D didit. Quòd si appetentia careant, medicamento quod ex cotoneorũ succo, vel eorum fit carne, vtitor, cui & mastiche admixta sit. Tradita verò in libris de sanitate tuenda a Galeno medicamenti id genus compositio. At nos quod piper, aliaq; medicamenta calidiora continet, minime tunc probauerim⁹, maximeq; ĩ nostra regiõe, tpe calidiori, ẋtempamẽto. Si aũt alu⁹ penit⁹ cohibeat, nihilq; reddat, consyderandũ in qua parte cibus consistat, & num in ventriculo, aut intestinis. Quippe si in ventriculo, & supernis partibus, Ga E lenus iubet, quod diatrion pipereõ appellat, dari, sed non medicamẽto sum illd, verũ qd⁹ est simplicissimũ, & ab eodẽ in libris de sanitate tuenda traditũ. Est ꝓterea ijs vtilissimũ, quib⁹ cibi in ventriculo acescũt: nẽpe ab eo abstinere oportet illos, qui vẽtriculũ calidiorẽ obtinẽt, & cibos pp caliditatẽ auersant. Dictũ verò a Gale. & à nobis in sectiõe egritudinũ repetitũ, partẽ quãlibet æque in tẽperatã reddi, atq; imbecillam à calore, q̃ ab algore: verum quę à frigore fiunt, essentialiter erũt, quæ à calore, ex accidenti: quẽadmodũ solis F caliditas vehemẽs ignem extĩguit, & fornacis, aut camini flamma validior lucernę lumen: quod eadem ratione coniectare possumus de vẽtriculi intẽperie, ac nausea, quæ à caliditate efficiunt. At Gal. consiliũ curationis ad frigiditatem tantũ direxit, quę ex accidenti ventriculo contingit, quam indicationem a sua regione sumpſisse, nõ est dubiũ. Iam verò q̃ medicamẽto ex cotoneis missent, vtiliter sunt agalochus, mastiche, & chariophili: quod ita temperabit,

G rabitur, vt cotoneorũ frigiditas semper ꝓpolleat: ꝙ si citra cotonea medicamẽ parare velis, habes materiã eorum, quæ refrigerant, & astrĩgũt, vberiorem. Omnino autem prouidebit medicus huic, quod magis vrget. Quinetiam pluris, minorisq; ratione præsidia, tum frigida, tum calida augebimus, ac minuemus, si morbus expostulet. Galenus horũ ventriculum aqua calida perfundi iubet, ut relaxatio fiat: quam vt timidè, ac prudẽter facias, suadeo, ne venter afficiatur, cui penitus talis pfusio aduersatur. Nec te moueat indicatio, quę a morbo est, demõstrãs
H id gen' remedij commodum fore: maius nanque periculum a natura particulæ non animaduersa instat: quamobrem quæ supradicta sunt, semper commixta accipiemus, aut in totum idonea adferemus. Porrò si ex ventriculo nutrimentũ descenderit, tunc perfusio illa peroptima est: atq; hic quoq; spectandum, ne ad partes irrigatas aliméta incocta trahantur: proderit item lenis infusio per ĩferiora, vtiq; si rosio, aut flatus non adsint, ex oleo, melle, & exiguo sale: sin verò simul vrgeat rosio, adipem anserinam, an gallinaceam liquabimus: sin autem flatus discrucient, oleo incoquemus rutã, semine item quę & discutiant, & cõprimant, qualia sunt apij, cumini, marathriq;, aliaq; id genus: quãdo verò flatus ac nausea simul afficiũt, interni caloris imbecillitatem arguunt: quare nec refrigeratiõe, nec calore seorsum vtendum, sed simul tẽperabimus, commiscebimusq;. Hęc item febris quandoq; ad tertium puenit diem: verum nihil verendum, modò ea qua diximus, ratione curẽ
K tur, & post euacuatiõnem lauacro committantur. Iam verò in quibus ructus acidi fiunt, & nausea laborãt ephemera talis minimè excitatur: quippe fumidus vapor ab illis non ascendit, sed potius halitus frigidi. Præterea frigidi humidiq; natura, pariter frigidi ac sicci raro ab huiusmodi febre capiuntur: calidi verò, atq; sicci prõptissimè, atq; maximè ob inediam, & exercitationes immodicas, ac balneum prætermissum.

Febres ex inguinum tumoribus.
Cap. 15

QVæ vero ex bubonibus fiunt, sanantur tumore curato: qui L
si a fluxione oriatur, purgatione opus est: si a sanguinis copia exuberante, sectio venę conuenit. hoc etenim auxilio præcauebimus, ne in deteriores ęgritudines transit' fiat. Gale. quidem lanandos docuit, quod esse faciendum in declinatiõe censeo: vinum quoq; vitabunt, ac ratione victus tenui vtentur, quousque liberẽtur. Hactenus de ephemeris, quas vt prolixius a medicis tractatas, compendiosè tradidi: habes .n. a Galeno multis in locis, & a nostratibus definitas copiosissimè.

De synochis febribus.
Cap. 16

SEquitur, vt de febribus acutis (quas synochos Græci appellãt, nos continẽtes) differamus, quas ex copioso, ac calenti sanguine fieri docuimus in sectione ęgritudinũ: aliquando quidem nondum putrescẽte, interdum verò iam putrido. Tres autem sunt omnino differẽtiæ. aut enim eadem febris vehementia permanet ab initio ad finem, quod accidit, quoniam par est ei, quod accenditur, transpiratio: aut addendo exi-

A exiguũ quiddam ĩualescit semper, ꝛ̃pe minor est vacuatio eo, qđ adijcitur: aut deniq; auferẽ semp, atq; imminutur: idq;, qñ quidẽ qđ vacuat, ac trãspirat, altero copiosius est. Curationis itaq; meta febris huius, ꝙ a plenitudine vasorum cõtingit, erit sanguinem detrahere, maximè vbi quadũ sit putridus. Quã sane euacuationẽ iubet Gale. vsq; ad animi defectũ ducere, mõ viriũ adsit: primũ nanq; celerrimè ex animi deliquio refrigerantur: postmodũ necessariò alui deiectio supuenit: qn etiã interdũ biliosa vomitio. Huic
B verò opinioni ne omnino accedamus, facit naturę imitatio, medico semp vsurpanda. At prudens natura' nusquã profluuio sanguinis ad animi defectũ morbos probè iudicauit: quin potius, si ita contigerit, mali, atq; exitialis iudicij nota est. facultate, ſ. propulsoria immodicè valida, & qđ bonũ quoq; erat vacuãte. Ad hęc nõ ob aliud q̃rit' sanguinis missio, ꝙ vt qui redũdat in corpore sanguis, minuatur, simul ac naturę modus conueniens, ac mensura custodiatur: qđ equidẽ citra sanguinis iacturã, cui spiritus vitalis admiscetur, nequaquã fiet. Prętera id
C præsidium solã refrigerationẽ corporis præstare testatur Galen. quæ vtiq; ex accidẽti facta insigniter periculosa est. Quamobrẽ externi caloris exiguũ quiddã relinquere tutius censemus, ꝙ natiuũ, vitalemq; minorẽ facere: fieri itẽ non põt, qn in tali corpore, quale proposuimus, continenti febre correpto, nõ adsit putredinis alicuius alterius succi significatio, ac præparatio, ꝙ maior euadet, viribus, ꝙ cõcoquere, ac vincere debẽt imbecillioribus effectis, calore interno videlicet imminuto, D
atq; ꝓpea gubernare non valente, erratúq;, qđ accideꝛit, resarcire non potẽte. At notę, ꝙ febrẽ continentẽ citra putredinem exortã indicant, incõstantes sunt, nec solidę. Igit' cũ & ex vrina, & pulsibus putredinem subesse spectabis, caue, ne ad animi deliquium detrahatur sanguis: qñquidẽ vel a sectione venæ ad septimũ die permanebit putredo, quam euincere haudquaquã poterit virt', tanta vacuatiõe facta imbecillima. Gale. non eẽ concoctionẽ expectandã censet, qñ in putrido accenditur
E sanguine, sed statim a principio venã dissecare, postmodũ ad aquę frigidę potionẽ mẽtẽ adhibet, docetq; diligenter eẽ discendũ indicatiões, ꝙ vel arceant, vel iubeant propinare. In primis itaq; consyderandum, nũ in humoribus concoctionis notas videris: an tumor aliquis ĩ principe particula ex abscessuũ genere cor.sistat: an itẽ ventriculũ habeat is, qui ægrotat, aut frigidũ, aut imbecillum. Quinetiã si frigidę assuetus æger sit, quippe cuncta hæc vel audacter exhibendã, vel trepidè indicabunt. Cæterũ intemperies, quæ F
quo ab huius potione vsuuenit, aduersat' oĩno ei, qđ causam febris adimere debet: quippe humorũ cruditatem facit, omnẽq; concoctionẽ ipsorũ tardat: febris aũt nullo pacto abibit, nisi ꝙ eã fouet, cã prius adimatur. Nõnullis insup ex intẽpestiua, immoderataq; gelidæ potiõe vẽtriculus, aliæq;, particulæ principes adeò refrigeratę sunt, vt nusquã robur pristinũ recolligere potuerint. Atq, ex ijs alij spirandi difficultate, alij tremore, & cõuulsione correpti, simul ac toto neruoso genere affecti sunt.

C Cti sunt. Galen. varias sup hac re historias scripto tradidit: veluti illã, qua multis gulã adeo eẽ refrigerată docuit, vt postea deglutire vix possent: & aliã eorũ, quorũ venter cõcoquẽdi munus inde infirmum habuit. Quòd si concoctos succos ex notis quibusdã deprehendas, intrepidè dabis. Habes etenim vnicũ scopum, ad quẽ consiliũ dirigas, solius s. intẽperaturę calidę curationẽ, quę nullo præsidio commodius fiet, q̃ egelidæ aquæ potione. Quippe natura adiuta, ad qđ inutile est, foras propellendum, validior fit, attenuato videlicet concoctione humore.

H *Quæ putrescentibus humoribus febres accenduntur. Cap. 17.*

FEbrium, q̃ ab intemperatura cũ humoribus accendũtur, sanatio duas indicationes obtinet: alterã, q̃ intemperiẽ alterat: alterã, q̃ succos noxios euacuat. Quibus si velis, tertia quoq; accedet, q̃ causarũ putredinẽ adiuuantiũ ablatione constat. Auferent aũt tum superuacanei expulsione, tum meatuum apertione. Porrò obstructio meatuũ vel à frigidis, vel siccantibus, vel adstringẽtibus, vel à succis crassis, atq, lentis

I efficit, interdũ verò à prędictis omnibus. singula horũ cõtrario suo curabunt. Atqui sępenumero accidit symptomata hmõi indicatiõi, quæ à febre sumitur, repugnare, ob idq; curationẽ minus probè pfici. Si aũt essentia ipsi⁹ febris, cautęq; sibi aduersent, medentis cõsiliũ esse oportet (modo febris atq; symptomata non vrgeant) cãm auferre: nimirũ ea ablata, febris quoq; depelletur, vt facilè ubi patebit in his febribus, quæ à frigidis succis oriuntur: quales sunt melancholicę, atq; pituitosæ. Quòd si febris validior eã extite

K rit, illi statim (hac tñ non neglecta) occurrendum censeo. Nos itaq; in primis de febribus non habentibus symptomata, q̃ ipsarum sanationi obsint, sermonẽ faciemus: postmodũ de cęteris disseremus. Diuersæ nanq; sunt indicationes sanationis morborũ ab his, q̃ symptomatis obsistere demonstrant: pelluntur etenim morbi, causas adimendo: at tollunt symptomata, vel ijs q̃ nonnunquã ipsa adaugent, cuiusmodi est curatio dolorũ maximorum per opiũ. Præterea & quatenus medicamenta, & quatenus alimenta, ea q̃ L facultatẽ refrigerandi pariter, & humectãdi hñt, ad febriũ oĩum meditationẽ intus assumunt: atq; id primis potestatibus præstare constat. Quinẽt ambientẽ aerẽ artificio interdũ frigidũ, interdũ calidum paramus. Atq, itẽ in ęgritudinibus quibusdã terrã mutare iubemus: quẽadmodũ tabe laborantẽ in Aethiopiã, Arabiamq; delegamus. Euacuationes in febribus detractione sanguinis fiunt: atq; purgatione medicamentorũ; secundis videlicet, & tertijs facultatibus, atq; ẽt arcana pro- M prietate. Aliqñ insuper vacuantur, tũ lauacro, tũ frictionibus: quippe vacuatiões hic nullatenus adiuuat exercitatio. Atq; occasionẽ diligẽter cõtemplabimur, vtpote in hac arte eximie necessariã. Quãobrem, Hippocrates scriptũ reliquit, occasionẽ pręcipitẽ esse, hoc est, agendorũ in medicina tẽpus angustissimũ, & p⁹pè momentaneũ. Detrahemus autẽ in febre sanguinẽ, vbi notæ exuberantis sanguinis adfuerint, nec qualitate vitiati: vires deniq, perpẽdendę, quæ vt plurimũ in principijs valiC

A validiores sunt. Quãobrem statim à principio, tũ purgationẽ, tum venæ sectionẽ medicorum non pauci faciendam arbitrantur, & tñ nõ vltra septimum diem. Quorũ errorem noster Gale. refellens, ac discutiens vni virium robori, non dierũ numero attentũ esse medicũ iubet: nec solũ sexto septimoue die, sed ẽt sequentibus, vel vigesimo mittẽdũ sanguinẽ. Modus, ac detractiõis mẽsura à magnitudine morbi, à tẽperatura, ętate, anni tempore, consuetudine, & summatim ab tota victus rõne, & id genus alijs indicatiõibus.

B At vitiũ robur, atq; imbecillitas tẽperamentũ probũ, atq; vitiosum cõsequuntur: quare vno nominato, alterũ intellexisse oportet. Euacuationes insuper, q̃ obstructionũ apertione proueniunt, incidẽtibus, attenuãtibus, atq, succos cõcoquẽtibus indigent medicamentis, q̃ vniuersum qđ sarciri põt, corrigunt, quodq; castigationẽ non admittit, foras expellunt: q̃ quidẽ intentio in oĩbus febribus, maximè in illis, quę deurentes non sunt, debetur. Nec p̃termittas hunc scopũ in cunctis morbi tẽporibus, qñquidẽ succi putridi aliter in melius reuocari non p̃nt, quã qđ alienũ est vacuãdo, qđ vero correctionẽ admittit instaurãdo: q̃ cõmunis est oĩbus consyderatio, qui putrescentibus succis occurrere studeant. Ad hęc totiũ citantia nõ omittemus: oportet. n. assiduum eorum vsum esse. Vetũ quis fortè tutò nõ dari credat, qm̃ taliũ nã calida, ac sicca sit, vñ febris vehemtẽia adaugeri valeat, qualia sunt semina anisi, detroselini, apij, fœniculi. Quare tẽperabim⁹ facultates horũ primarias refrigerãtib⁹ modicè, & vi vrinã

H tur, minime inueniretur aliqua operatio in hac complexione, primis qualitatibus appropriata, essetq; necessarium ne haberet formam, scilicet vnam.

c complexionū medicinarū. Rememoratio c {partium, & specierum eius quod augetur, & vegetatur.}

25 *Quod autem augetur, & minoratur, diuiditur ī species mineralium, & plantarum, & animalium corpus habentium.*

I Quia locutus fuit de complexione hominis & temporis, voluit & nunc loqui de complexione medicinarum sermone vniuersali. Hoc autem negocium pertractauit Gale. ī tractatu tertij libri sui de complexiōibus: quamuis pars inuestigationis sue in hoc opere sit in complexione hominis, præter q̄ speculetur in complexione medicinarum. quoniam speculatio, & inuestigatio de complexione hominis est speculatio super sciētiam sanitatis eius: speculatio autem & consyderatio de cō plexione medicinarum est contem- K
platio instrumentorum & organorum, quibus sanitas efficitur. verum quia ambo conueniūr & vniuntur in complexione, posuit tractatum eundem in ambobus. Auctum siue quod augetur, de quo fit hic mentio, diuiditur in tres species, s. in species mineralium, plantarum, & animalium, & partium & specierum ip sarū: hoc est, q̄ hæ sunt tres species medicinarum. Et nominauit minerale auctum & vegetabile transitorie & min⁹ proprie. & hoc ideo, quoniam vegetabile habet animam, p- L
culdubio: minerale vero non habet eam. & hoc quidem est in scientia Naturali patefactum.

26 *Quod vincit & superat corpus, est medicina. Quod vero nutrit & auget, est cibus.*

Notum est illud, q̄ id quod vincit corpus, est medicina: & illud, quo cibatur corpus, est cibus. Intellexit autem cū dicit q̄ medicina vincit corpus, q̄ & ipsa immutet corpus: aut ad caliditatem, si fuerit calida: aut ad frigiditatem, si fuerit frigida: & similiter ad alias qualitates ab istis. M
hoc aūt fit tunc, cum corpus immutat, & alterat eas ad sui subtiātiā. alterat quidem ad sui natrā quicqd ingredit ipsum: si tn nō perfecte fuerit illud naturale, immutat cum aliqua mutatiōe. Si vero cibus, solum immutat ipm, pter q̄ immutetur ab eo. nam cum cibus conuertitur ī partē alicuius membri, conuertit ad similitudinē illius mēbri. Sed cū cō uertit medicina in partem, vel hūiditatē alicuius mēbri, conuertit ad similitudinem eius. & rōne hui⁹ medicinę curant egritudines, s. rōne cō tra-

A trarietatis, quam habent ad malam complexionem corporis, nā cū gnatur in corpore cōplexio calida, & efficiens ægritudinē, erit quidem ei⁹ cura cum medicina gnante in corpore complexionē cōtrariā efficien ti egritudinē prędictā. Est aūt sciendū q̄ idē est numerus specierū complexionum medicinarum & specierum complexionū hoīs, i. calida & humida, calida & sicca, & aliæ ab istis ex nouem speciebus complexionū sm opinionem & doctrinā Gal. aut ex quatuor speciebus sm opinionem primorum.

B *Complexio habetur & cognoscitur ex sapore, & [hoc syllogismo vero & iusto.]*

27 Quia autem operatio horū triū generum medicinarū minime manifestatur in corporibus, nisi prius ex ipsis corporibus immutentur, iō dicemus q̄ fuit calida, frigida, humida, & sicca in potentia: intelligentes q̄ calefaciant corpus, infrigident, desiccent, & humectent ipsum in potētia, non autem in actu. elementa vero reperiuntur proculdubio sensu tactus calefacientia, & infrigidātia,
C desiccantia, & humectātia, pro quāto dicim⁹ q̄ sunt actu calida. Et qa immutatio trium specierum medicinarum, s. mineralium, plantarū, & animaliū, percipitur, vt diximus, post ingressum earum in corpore: ideo proculdubio certus modus cognoscendi operationem earum est experimentum & hoc, qm̄ opinio est, q̄ operatio medicinę in corpore dēt esse consimilis vt plurimum complexioni suę: vt si complexio medicinę sit calida & sicca, debet esse in corpore calefactio & desiccatio: & fiet de frigiditate, & alijs qualitatibus etiā. D
Vnde ex quo inuenerit demonstrationes & syllogisticas rationes super complexionem medicinarum, erit quidem possibile Medici inuenire modum syllogizandi super operationes earum in corporib⁹: hoc est, q̄ ex quo extiterint super complexionem medicinæ rationibus syllogisticis, scient quidem q̄ operatiōes eius in corpore similentur illi complexioni. Sunt autem quinq; modi, quorum fecerunt rememorationē ad sciendum complexionem medicinarum, s. ex celeri & cita mutatione ad ignem, & celeri congelatione E
ipsius, sapore, odore, & colore. Sunt tamen adhuc multo plures modi, quos alibi retulimus, ex quib⁹ sunt xviij. quorum rememorationem fecimus, s. de signis superioribus, ī iiij. Mete. Quia vero perfectius, & fortiⁿ ex his sciuntur de sapore, fuit contētus vir iste ex rememoratione saporis solius, non curans de alijs ī hoc loco. Voluit q̄ complexio medicinarum cognoscatur per saporē. & hoc quia sensus gustus percipit saporē: & sapor proculdubio significat sup complexionem medicinę, & syllo vero & iusto, vt ipse dixit. F

28 *Dulcis, & salsus, & amarus, siccitatem: acutus vero, calorem.*

Hi tres sapores cōueniunt & vniuntur in significando q̄ dñans sup complexionē medicinæ sit siccitas: & non solū siccitas, sed ēt caliditas. Significat etiam caliditatem & siccitatem sapor acutus: dulcis tn est signum minoris caliditatis & siccitatis ab eo, quod naturæ comparetur nostrę in similitudie. Et post ipsum in caliditate & siccitate est salsus. & hoc,

G hoc, quoniã in salso est substantia humida aliqua vsta. Et post sallum est in hoc amarus: ipse.n. est fortioris caliditatis & siccitatis. & hoc, qm visum est Galeno, q amarus sapor causatur ex substantia terrea vsta. Nos tñ videmus plures species rerũ, quarum natura frigida est & sicca, & nihilominus habent saporem amarum, vnde fructus vegetabilium qui dulcorantur in fine, sunt vt plurimũ amari saporis in principio.

29 *Omne liquidum, non habens saporem manifestum, est æquale, &*
H *temperatæ forte complexionis.*

Concordati sunt q habens saporem manifestũ, sit inæqualis cõplexionis. Postquam ergo contenti fumus eius, quod dixerunt de sapore manifesto, & habente ipsum, sequitur necessario q non habẽs saporẽ sit equalis & temperatę cõplexiõis.

30 *Omnis sapor ponticus, & aceto sus frigidus est & siccus: necnon etiam omnis stypticus.*

Hoc est, quod Gal. opinatur proculdubio, q sapor ponticus, & stypticus generentur ex substantia frigida terrea & grossa, & acetosus ex substantia terrea frigida & subtili.

31 *Omne habens dominium pinguedinis, & unctuositatis, est calidum & humidum: & pure insipidum frigidum & humidum.*

Dicim', sapor iste est vnctuosus, & per consequens calidus & humidus. & hoc ideo, quoniã vnctuosum fm Medicos est compositum ex substantia aerea: aer autẽ calidus est & humidus. Sic igitur sunt in generali * isti octo sapores, quorum ipse præmisit rememorationem: & insipidum carens omni sapore dicatur esse nonus. Medici autem sunt huĩ opinionis, ſ. q causę saporum sunt, subtilitas substantię, & spissitudo, & mediocritas inter ipsa. Dicimus igit q cum grossities substantię vnietur frigiditati, causabitur & generabit sapor ponticus, & stypticus. sed cum grossities erit cum caliditate, generabitur salsus, & amarus. sed cum vnitur subtilitas frigiditati. fit inde insipidus. videtur tñ q sapor referatur ad grossitiem & subtilitatem per accidens: quoniam causa gñabilis vel corruptibilis cuiuslibet sunt quatuor qualitates. videtur ẽt q sapor dulcis & amarus sint tãq duo extrema contraria inter duos sapores, & q alij sapores ab istis sint medij ſter ipsos: sicut omnes colores ab albo & nigro sunt medij inter album & nigrum. Est & sciendum q, significatio sumpta ex odore est debilior q sit sumpta ex sapore: quis odor plurimum significet super saporem. Fuit autem significatio sumpta ex odore debilior: quia pars, super quã dominatur odor in medicina, quandoq; non extenditur per eam tota, sed existit in quadam parte eius: sapor vero dispargitur, & existit per totum saporabile. Et odor quidem aromaticus significat super caliditatem in generali, paucis exceptis, ex quibus manifesta sunt rosa, & myrta, nenufar, & violæ: quorum ipse rememorationem faciet consequenter. Et proculdubio signum sumptũ ex colore, est adhuc debilius ĩ signicando super complexionem medicinæ: quoniam vnus & idem color quandoq; sequitur ad caliditatem &

A & frigiditatem: cuius exemplum est color niger, qui ex caliditate generatur, & etiam quandoq, ex frigiditate. accipitur tamen signum ex colore super diuersas species vnius & eiusdem rei. cui' exemplum est, qm vinum rubeum calidius est vino citrino, & citrinum est calidius albo. Iam aũt dixit Gale. de modo signũ accipiendi super complexionẽ medicinæ à sui celeri & cita mutatiõe, & connersione ad ignem: q omnis medicina subulis, & non spongiosa conuertibilis cito ad ignem, est necessario calida, & cito digeritur. Pro
B culdubio posuit seu ex conditiõe addidit q sit subtilis: quoniam habẽs dominium viscosę vnctuositatis, qđ Arabes larg nominant, conuertitur ad ignem frequenter de facili, neq; tñ conuertitur celeriter ad naturalẽ calorem. Proculdubio adiunxit ex conditione non spongiosa: quoniã arundo festinanter inflammatur ex igne, nec tñ conuertitur celeriter ad calorem. & proculdubio cum sunt duo corpora ęqualis subtilitatis, qđ ex eis citius congelatur est frigidius
C in complexione. si tamen essent diuersa in subtilitate, non esset conueniens vel necessarium. Hi ergo modi sunt manifesti, quibus potest cognosci cõplexio medicinæ per modum syllogisticum. Melius tamen est & tutius inniti ĩ hoc negocio experimento q rationi: & potissime, quoniam pluries reperitur aliquid ĩ medicinis ex forma ipsaram resultans ex precisis qualitatibus ęqualitatũ in mixtione, volo dicere ex proportione existẽte inter quasdam ex eis per comparationem ad formam generatam in illo ente, ex proportione quarũdam qualitatum, ad quas referuntur in eodem ente. hęc autem D operatio, cuius causa est proportio existens inter ambas formas, nominatur thesaurus

Inquit translator. Constat q in latino dicitur proprietas: Gale autem nominat eã operationem medicinæ ex totalitate substantiæ suę procedentem. Est autem verũ, q impossibile est cognoscere proprietates per modum syllogisticum, nisi sciremus prę esse * quantitates elementorum in quolibet entium, & nisi etiam sciremus operationem egredientem a qualibet proportione generata in quolibet ente, secundũ quãtitates elementorum in eis existentiũ. hoc autem est nobis ignotum, nec est possibile inueniri ab homine: est enim interminatum, cum sit infinitum & fine carens. hæc igitur est causa proprietatis: cum nihilominus nobis ignota sit in quolibet ente, cum careat fine. intellectus aũt, siue actus quilibet non potest limitare quod caret hne. Sic igitur debet intelligi negocium in proprietatibus. non autem sic opinantur multi ex fatuis, & phantastice loquentes ſ naturalibus, laborantes ad sciendum specialem proprietatum causam. Verũ, quia Medicinę necantes, & venenosæ habẽt plurimum ex operationibus, quas efficiunt a proprietatibus, est quidem experimentum in medicinis periculosum: pro tanto decet Medicum esse contentum medicinis notis suo tempore, super quas testificati sunt omnes, non autem dubijs ex eis. Quoniam autem quædam reperiuntur ex rebus quibus F dam calidiores in se, & nihilominus min' calida per comparationem ad humanum corpus erit calidior. Cuius exemplum est oleum nouum, & vetus siue antiquum. nã oleum nouum est in complexione sua calidius q vetus & antiquum, vetus tñ est potens amplius calefacere corpus hois. Oles ei bi cibabit proculdubio, & nutriunt, ex totalitate suæ substantiæ. & pinde est vnum & idem, cibus alicui a iali, & medicina necãs aliud ab ipso. sicut elleborus, qui est cibus coturnicis, & medicina necans hoiem. & sit napellus, qui est cibus porcorum, & est medicina necans hoiem & interficiens.

Pestq igitur declaratæ sunt radices huĩ capituli, redibim' ad id, in quo eramus prius.

G **Rememoratio complexionum ætatum.**

32 *Animal per complexionem suam diuersificatur in ætatibus: erit tamẽ sermo nũc in homine solum.*

Complexio in qualibet specie animalium diuersificatur, & in qualibet ætate: est enim diuersa in vna p relationem ad existentem in altera. Ipse autem innuit nunc sermonem esse super complexionem ætatum hominis solum.

H *Calor puerorum appropinquat* 33 *calori iuuenum in complexione.*

Calor iuuenum & puerorũ sunt in qualitate propinqui, i. in quantitate caloris.

34 *Iuuenes tamen declinant uersus siccitatem: puer uero est dominus humiditatis sensibilis.*

Voluit dicere ꝙ differentia, quæ est inter ambos prædictos, est, quoniam iuuenum calor est siccior calore puerorum: calor vero puerorũ velatur humiditate. & ob hoc calor
I iuuenum reperitur secundum tactũ fortior, & siccior, & acutior calore puerorum. Et proinde opinati sunt quamplures hominum, ꝙ iuuenes sunt calidiores: non tamen est ita, immo calor puerorum relatus ad corpora ipsorũ, aut est maior & potior, aut saltem æqualis caloti iuuenum. nam puerorum digestiua est fortior. virtus autem augmentatiua non reperitur in iuuenibus, sicut in pueris. Verum Gale. comparauit & assimilauit calorem iuuenũ & puerorum vni & eidem calori. sicut si imaginemur ipsum in aqua & aere existere: nam existentem in aere re- K
perimus fortiorẽ. Antiqui aũt cerna uerunt & cõtẽderũt sup hãc cõpsonẽ. hoc tñ é, qd' Gal. ex ea Itellexit.

35 *Senectus autem frigida, cum ponderabis eam, est sicut decrepitas ipsa: & adhuc amplius in complexione cuiuslibet ex eis siccitas manifesta: existit nihilominus & eruditas in humoribus decrepiti.*

Quilibet ex ambobus prædictis, s. senex & decrepitus, est frigidę cõplexionis: decrepitus tamen est frigidioris complexionis. quilibet ex pr̃ L
dictis est siccę complexionis: verum tamen in decrepito multiplicat' humiditas accidentalis, quod intellexit, cum dixit: existit nihilominus & eruditas in humoribus decrepiti. pp qd' errauerunt quidam eorũ, cõplexionem esse humidam dicentes.

Rememoratio complexionum masculorum, & fœminarum.

36 *In masculis existit caliditas & siccitas, in fœminis uero frigiditas & humiditas.* M

Posuerunt complexionem masculorum relatam ad complexionẽ fœmellarum esse calidam & siccã, & complexionem fœminarum esse frigidam & humidam, per comparationem ad complexionẽ masculorum: firmantes se super hoc ex operationibus & moribus prędictorum. consyderatio tamẽ sumpta abeo, quod est propriũ fœminis ex mẽstruis, est notior & manifestior prædictis. hoc enim significat multitudinem superfluitatum in sanguine ipsarum collectarum: quarum quidem

A dem collectio, significat super frigiditatem & humiditatem cõplexionis earum. Debet autem Medic⁹ scire & cognoscere complexionẽ masculorum, & fœminarum: quoniam sciet tempore ægritudinis amborũ qualitates elongatas cuiuslibet ex eis ab eorum complexione naturali: neq; non vt sciat qualiter conseruet in eis æqualitatem.

a {Secunda pars primo} de signis complexionum sumptis ab habitudine.

B *Frigiditas, & [tenereitas]* 37 *dominatur in [complexione pĩguis, et laudabilis corporis]*

Quoniam fecerat rememoratio nem specierum complexionum, accedit nunc ad faciendum rememorationem signorum super complexiones signantium. Scientia nãque complexionis diuiditur in hac arte in has duas scientias, s. in scientiam specierum complexionum, & scientiam signorum super quamlibet ex speciebus eius signãtium. Ex his au
C tem signis quædam sunt vniuersalia, & sunt illa, quæ super cõplexionem totius corporis dicuntur significare: & quędam sunt specialia & ꝓpria, quę s. significant super complexionem cuiuslibet ex membris eius. Ipse autem non facit hic rememorationem nisi signorum vniuersalium, exceptis illis, quæ habent cõplexines oculi denotare. Signum autem vniuersale sumitur à tribus, s. ab habitudine corporis, colore, & capillis. Pro constanti in complexiõe pinguis & laudabilis corporis, i. auctæ & magnæ pinguedinis, dominatur frigiditas & humiditas: pingue- D
do enim efficitur ex residuo superfluj cibi & nutrimenti. Paruitas autem pinguedinis in animali significat super malam dispositionem ipsius. nam paruitas residui ex nutrimento contingit ex dominio caliditatis & siccitatis existentis in mẽbris digerentibus: aut ex paruitate & diminutione cibi illius: aut anni illaudabilis. Multa vero pinguedo corporis significat superfluam & humiditatem membrorum in cibo & nutrimento agentium. hoc autẽ cõtingit ex complexione membrorũ prædictorum naturali, aut accidentali: aut ex multitudine ciborum. & E
propterea pinguis est breuis vitæ, sũ scipiens de facili corruptionem. Aequalis vero inter maciem & pinguedinem est bonæ & laudabilis complexionis. vnde talis habitudo corporis significat super æqualitatem membrorum ipsius in cibo agẽtiũ, i. ipsum digerentium.

Habitudo corporis macra, & 38 *extenuata significat complexionẽ ipsius esse siccam.*

Hoc est manifestum & notum, s. ꝙ corpus naturaliter macrum, & tenue, non digerit ex cibo & nutrimẽto in membris suis quantum ei esset necessarium ad digerẽdum. hoc F
autem contingit ratione siccitatis super complexionem membrorum digerentiũ ipsi⁹ dñanns: etenĩ cã digestiõis sunt caliditas & humiditas.

Omnes, quorum uenæ sunt ex 39 *ipsorum corpore latæ, sunt călidi.* *Aue. le. calidæ.

Omnium, quorum venæ sunt latæ ex radice originis & creatiõis suę eorum cõplexio est calida. vnde cũ dixit: ex ipsorum corpore, intellexit

G ex eorum origine, & creatione. Cū autem dixit: sunt calidæ, intellexit ꝙ venæ sunt calidę: & cū venæ sunt calidæ, habent supęr complexionē calidam significare. Causa autem latitudinis est calidum venarum: sicut causa stricturæ earum est frigiditas. nam sicut frigiditas de sui natura aggregat, & constringit, sic calliditas de sui natura dilatat, & extēdit

Inquit trālator. In grāmatico sermone Arabū sunt, venæ, & hoies: vnius & eiusdē gñis. & iō hoc adiectiuū calida, differēter poterat referri vtriq;. pp ꝙ, tollēs dubiū resolutionis, inquit Beuroith. Cū aūt dixit H sunt calidæ intellexit, &c.

40 *Quicunq; autem habens contrariam dispositionem eorum, quæ habet eam propter malitiam frigiditatis.*

Quicunq; habens venas contrarias habenti latas, i. strictas, habet quidem tales ratione frigidæ cōplexionis in eo existēs a principio suę generatiōis: dum talis strictura nō contingit ratiōe pinguedinis ex qte & supflua commestione gñatæ.

I *Gradus quidem corporis æqualis, & iusti cecidit inter omnes.*
41

Voluit dicere ꝙ corpus æquale & temperatum est medium inter pingue & macrum. quod quidem intellexit, cum dixit: Gradus quidem corporis æqualis cecidit īter omnes. ac si diceret, ꝙ gradus eius cecidit medius inter ambos gradus, vel etiam inter omnes gradus, qui īter ambo extrema existunt.

Rememoratio signorum a colore corporis, & primo a colore carnis. K

Non sumas signa a coloribus, si contingat eorū mutatio ratione regionis. 42

Si clima, aut regio fuerit causa īmutationis colorum ibidem habitantium, tūc quidem talis minime significabit super complexionē ipsorum. tunc, n. esset iudicium ab extrinseco, & non ab intrinseco: sicut cōtingit in terra Nigrorum, & Sclauorum: nam clima & terra calida denigrat colores, & frigida dealbat eos vltima albedine. Simile enim est de capillis: qm in regionibus calidis efficiūtur* globosi & crispi: sed in frigidis efficiuntur in vltimo planitiei & lenitatis. & hoc est, quod ītellexit in sermone prædicto. L *al. grossi*

Caliditas immutauit adeo corpora incolarum in regione Aethiopum & Nigrorum, quòd nigredo cooperit universaliter corpora ipsorum: habitantes uero in Sclauonia tātā adepti sunt albedinem, quòd efficit, & redigit eorum cutes rutilantes, & candentes. 43 M

In regione Aethiopum est calliditas adeo immutans corpora ipsorū, ꝙ corpora ipsorum cooperuit colore nigro: hoc autem contingit ratione transitus, & reuolutionis Solis super caput ipsorū, aut de prope. Sed causa frigiditatis immutantis cutē incolarum in regiōe Sclauorum ad excellentem albedinem, contingit ratione elongationis & distantię Solis a capitibus ipsorum.

Si

I *Si determines septem climata, scies species complexionum.* 44

Si scias determinare septē climata, & noueris complexionem cuiuslibet ex eis, scies complexiones ex signis, quę a coloribus sumuntur.

Quartum ex eis est iustum & æquale, in quo color sequitur post complexionem. 45

Quartum ex climatibus est temperatum, & æquale. vnde in hoc clima nō fit immutatio colorum ab æqualitate aeris ipsius, immo fit ꝓculdubio immutatio ipsorum ratione complexiōis hominis. Verumtamen fm Gale. quintum ex climatibus est æquale & temperatum. Vnde inquit, ꝙ nullus ex hominib⁹ Alexandriæ est æqualis complexionis. & hoc quidem verum est: sunt. n. in regione Arabum quamplures eremi, & siluæ altæ, cuius termini & limites incedunt per quasdam reuolutiones & circunferentias decliuiū & promontoriorum, i. ascensus. Vnde habitantes in Arabia sunt gñaliter calidę complexionis, super quos dominatur rubedo. & proinde appellat albū rubeum: estq; possibile vt inde utruperet ipsum aliqualiter, sicut cum dicitur, quare es rubeus si cut⁹ ipsius, qui inter dæmones variatur coloribus. B C

Fuscus croceus choleram rubeam: sed obscurus [brunus] choleram nigram. 46

Color fuscus croceus īequali climate significat ꝙ cholera rubea dominetur ipsi cholerico: sed color obscurus brunus significat in eodem climate dominium cholerę nigrę.

Corpus est rubeum ex dominio sanguinis: & album in colore, sicut ebur ex humore phlegmatico. D 47

In corpore, in quo rubedo dominatur, color quidem talis significat sanguinem dominari īcomplexione, sic colorati: sed color albus similis colori dentis elephantis significat humorem phelgmaticum īcōplexione sic colorati dominari.

Complexio habentis colorem mistum ex albo & rubeo, est secūdum existimationem æqualis, & temperata. 48 E

Color mixtus ex albo & rubeo significat complexionem sic colorati esse æqualem in quantitatibus, & partibus humorum in eodem existentium: i. ꝙ non dominetur in eo aliquis ex humorib⁹ super alios, sed ꝙ sint in eo æqualiter fm proportionem naturalem. & hæc est cōplexio æqualis, quam prius definiuit.

Albus capillus est frigidæ cōplexionis: sed capillus niger est calidæ complexionis. 49 F

Intellexit ꝙ albus capillus in æquali climate, & regione significet super frigidam complexionē, & niger super calidam complexionem,

Cuius complexio est diminutæ frigiditatis, habet capillos aureos flauos: & cuius complexio est diminutæ caliditatis, habet capillos rubeos. 50

In quo frigiditas est minor caliditate, est capillus auteus, aut flau⁹. nam flauitas significat complexionem

G nem diminutę frigiditatis,& rubedo capillorum significat super complexionem minoris caliditatis quã sit complexio habentis capillum nigrum.& proculdubio est hoc verũ. nam rubedo est propinqua & affinis nigredini,& flauitas albedini.

51 *Color capillorum habentis complexionem æqualem & temperatam, est aureus, ex flauo, & rubeo mistus, & compositus.*

Nihil volui hic exponere, qm̃ per se notum, & manifestum est.

H Rememoratio signorum sumptorum a colore oculi.

52 *Si corpus humiditatis glacialis, & albugineæ fuerit perfusum, purum, & paruæ quãtitatis, & exterius localiter prominuerit, quarum lux seu splendor fuerit puræ coruscans candens, efficietur quidem inde color oculorum glaucus: & ex causis contrariis cõtingit antimonialis, i. niger, aut subniger, sicut antimonium.*

I Humor grandineus est quędam humiditas in oculo existens, quam grãdini assimilauere: in qua quidẽ humiditate visus existit principaliter secundum Gal. sed humor albugineus est alia humiditas, quę ante prędictam humiditatẽ in oculo existit. oculus enim ex tribus humoribus,& quatuor tunicis est cõpositꝰ. Dicimus ergo, ꝙ si corpus grãdineę humiditatis,& albugineę fuerit pertium, purum, & vehementer lucidum & splendidũ, & cũ hoc locaſt exterius prominuerit, ꝙ talis oculꝰ erit glaucus, ſ. albo propinquus. Et si contrauium huius cõtingerit, erit oculus antimonialis, in colore cuius color propinquus est nigro, ſ. ac si diceret, ꝙ esset tunc humiditas albuginea excellentis quantitatis, & grãdinea in profundum posita, circunſcripta luce splendente valde. Quod etiam dixit, puritatem grãdineę humiditatis esse, ſ. unam ex causis glaucedinis, hoc quidem notũ est ex dictis Medicorum, quorum sermo vertitur super hoc, ſ. ꝙ glaucedo contingit ratione humiditatis albugineę, aut glacialis & grandineę, aut vtriusq; simul. Contingit autem ab humiditate albuginea duabus de causis, ſ. vel sui peruietate, vel sui munditia & puritate, aut ambobꝰ simul. Si ex humiditate grandinea, alterarum causarum, aut duabus ex eis, aut omnibus simul: ſ. aut sui peruietate, aut sui puritate & * paruitate, aut sui puritate & peruietate & eminentia ad exteriora. vnde cum hæ quinque causę in eodem oculo vniuntur, est vltima glaucedo: cum autem contraria aggregantur, est vltima antimonialis.

*2. l. paritate.

Si causæ glaucedinis complectuntur cum causis antimonialitatis, fit fasolam, i. varietas.

Intellexit cum dicit: Si cõplectãtur causę glaucedinis cum causis antimonialitatis, ꝙ ponantur causę prædictorum in tali mediocres & remisse: hoc est, ꝙ sint in eo mediæ inter excedentes & diminutas: & ꝙ grandinea sit mediocris in situ, ſ. nõ profundata nimis, neq; exterius eminens: & etiam ꝙ sit mediocris lucis & splendoris. Et talis dispositio oculi signãt super ęqualem & tpatam tam ipsius complexionem: sicut & nigredo oculi super ipsius calidã cõplexionem: & glaucedo signãt ſ. generali & vt plurimum super frigidã cõplexionem ipsius oculi. & ob hoc valde dñatur glaucedo in hoĩbꝰ frigidarum regionum, q̃ minime reperiuntur in hominibus calidarum regionum, vnde Arabes vituperant, & abhorrent glaucedinem.

54 *Si fuerit spiritus visibilis paruus, fiet obscuritas: si uero multus, cõtiget ide splẽdor & luminositas.*

Vna quidem ex causis obscuritatis, est paruitas spiritus visibilis: & causa luminositatis est multitudo ipsius. hoc tñ nescio ex sermonibus Gale. Hæc igitur sunt, quæ retulit hic de complexionibus. vnde fuit diminutus, obmittendo rememorationem de complexionibus ipsorũ membrorum, & etiam de signis super complexionem ipsorum significantibus. dicere autem sermonem ī hoc super quolibet ex eis particulariter esset nimis longum. ꝓpter hoc sermo meus in eis est gñalis. Dico ergo, ꝙ quędam ex membris sunt consimilia in partibus suis, & quędam organica instrumentalia. Et ex consimilibus quędã sunt frigidæ & siccę cõplexiõis, velut nerui, chordę, & ligamenta, cartilagines, & ossa, & panniculi: & quędam calidę & humidę, sicut venę non pulsatiles: quędam calidę & siccę, sicut venę pulsatiles. Et proculdubio tres sunt radices membrorum organicorum & instrumentalium, ſ. cor, cerebrũ, & hepar: ex quibus cerebrum est frigidæ & humidæ complexionis: hepar autem calidę & humidę: sed cor calidæ & siccę. Assumitur autem significatio ſm complexionem propriam cuiuslibet ex istis ab operationibus ipsorũ vt plurimum. & hoc iõ: nam cum sint earũ operationes fortes & intensę, significant sup calidam & siccam complexionẽ ipsorũ: cum vero fuerint remissæ & diminutę, significant super frigiditatẽ eorundem: sed cum sint in hoc medię, significant super ęqualitatem eorum.

Rememoratio a{ }de rebus naturalibus, & sunt humores. a tertiæ

Corpus est generatum ex humoribus variis, & diuersis in colore, & cõplexione, ſ. ex phlegmate, & cholera rubea, & sanguine, & cholera nigra. 55

Corpus animalis fertur esse compositum ex humoribus diuersis in complexione & colore, & sunt quatuor, ſ. sanguis, phlegma, cholera nigra, & cholera rubea. Et hoc quidẽ est verum ſm Gal. & Hippo. Ipsi. n. opinati sunt ꝙ ignis, aqua, terra, & aer sint ei elnta longinqua & remota corpori hoĩs: & ꝙ prędicti hũores quatuor sunt ei elnta propinqua: asserentes etiã choleram nigram assimilari & ꝓportionari terrę, & rubeã igni, & phlegma aquę, & sanguinẽ aeri. Plures tamen Medicorũ obuiant eis in hoc, dicentes ꝙ materia ꝓpinqua hominis, ex qua gñatur corpus eius, proprie est sanguis: & ꝙ alij tres humores sunt reliquię, & superfluitates ipsius sanguinis, quę ſ. sequestrantur & seperantur ab eodem per digestionem eius. Hoc autem potest elici ex dictis Ga. si intelligatur

gatur quod ipse dixit. ipse. n. dixit I de Virtutibus naturalibus, q̃ cholera rubea est I sanguine, sicut spuma in musto bulliente, & cholera nigra sicut tartarum. Si igitur sic est, erũt in sanguine hæ reliquiæ in potentia: elementa autem reperiuntur in potentia in composito. & ipse opinatus est ex hoc sermone q̃ sequatur, q̃ humores sint essentia corporis. hic tñ syllogismus non concludit, cum sit ex duabus affirmatiuis in secũda figura, sicut patet speculanti in scientia libri Priorum.

H

De Phlegmate

56 *Phlegma naturale est, insipidum, & frigiditatis temperatæ.*

Nota q̃ in Arabico sermone de phlegmate falso præcedit illud de phlegmate dulci.

Quinq; sunt spẽs phlegmatis. ex quibus vna vocatur phlegma naturale: & tale caret sapore, & est temperatæ, seu remissę frigiditatis.

57 *Ex eo autem est, quod nosci tur vitreo nomine: est autem grossum & frigidæ complexionis.*

Ex eo aũt est alia spẽs frigidę cõplexionis, & grossæ substãtiæ: & no minatur vitreum, eo q̃ vitro fuso & I liquido similetur.

58 *Ex eo autẽ est adhuc phlegma dulce, quod quidem non absolutur omnino a calore.*

Hęc spẽs phlegmatis hẽt modicum de calore: quod tantum opinamur esse, qm̃ in eo ex dulcedine reperitur. & hoc phlegma plus alijs naturali appropinquat.

59 *Rursus ex eo est, quod uocatur salsum: & hoc uidetur uersus calorem & siccitatem declinare.*

Tertia spẽs ex eo est illud, q̃d reperitur salsum I sapore: quod ad caliditatem, & siccitatem declinat. K

60 *Ex eo est quasi acetosum,* b [ ] *cum corrumpitur cibus in stomacho.* b & fit quidam e

Ex eo est quarta species, & est acetosi saporis & frigidæ complexiõis: quod quidem in stomacho generatur, cum cibus in eo ratione frigiditatis corrumpitur.

De Cholera.

61 *EX cholera* c [*sunt uariæ coloribus,*] *& quædam ex eis nominatur fumosa.* L c eiusdem sunt varię colorię. Per fumosam Auicennes intelligit adustam

Voluit dicere q̃ ex cholera sunt diuersæ species: ex quibus quædam dicitur fumosa. Reor autem ipsum per hãc speciem intellexisse humorem, ex quo generatur ructus fumosus in stomacho: non tamen vidi rememorationem huius speciei in libris Medicinæ.

62 *Ex ea etiam est similis uiridi æris, & porro: istæ quidẽ sunt magnæ malitiæ.* M

Hæ sunt duæ species manifestæ, quarum generatio fit in stomacho, generantur autem ex forti & valida adustione: & hæ sunt pernitiosæ, significantes super complexionem vrentem: & maxime illa, quę viridis dicitur.

63 *Est etiam alia a prædictis, quæ uitellina dicitur: neque est pernitiosa uirtutis, & potentiæ.*

Hæc spẽs similatur vitello ouorum. Et opinantur quidam Medicorum, q̃ ipsius grossities contingat, q̃ culdubio ratione caliditatis mixtę; &

A & adhęrentis phlegmati. Vnde videtur sic esse minoris caliditatis q̃ sit species cholerę naturalis & rubeæ, q̃ in cysti fellis existit & generat. pro tanto dixit ipsam nõ esse pernitiosę virtutis: hoc est, q̃ qualitas eius nõ est mala, & illaudabilis. hæc est opinio Zomaim. Et ex eis sunt quidã opinantes grossitiem eius cõtingere ex calore super eam dominante, & eius humiditatẽ desiccante & cõsumente: quod quidẽ ex sermonibus Galen. intelligitur in lib. suo de Virtutibus Naturalibus: & esset tũc mala causa fortis, & vrentis caliditatis. & Halibentazona incedit per B hanc viam.

64 d [*Alia species ex ea*] *est cuius habitatio est in cysti fellis: & omnes quidem declinant, & vergunt ad caliditatem.*

Hęc species est naturalis: nec fecit mentionẽ manifeste huius speciei inter species ipsius manifestas, & est citrina, sicut fecit mentionem cuiusdam speciei eius ignotæ, q̃ fumosam nominauit.

C

De Sanguine.

65 *ORigo, & augmentũ sanguinis est ab hepate, & trãsit inde per venas eius ad totum corpus.*

Origo & generatio sanguinis est in hepate, & transit per venas eius ad omnia corporis mẽbra, quæ eodem nutriuntur.

66 *Ex eo est sanguis, quem continet cor, sanguis autem calidæ & humidæ est qualitatis.*

Secunda species sanguinis est illius, cui⁹ decoctio fit in corde, & delegat ipsum per venas pulsatiles ad D omnia corporis membra, vivificãs, & habituans ipsa calore & nutrimẽto. & quælibet ex his speciebus ambabus est calidę & humidæ complexionis. ille tamen, qui est in corde, est calidior & siccior.

De Melancholia.

67 *Situs cholerę nigræ est in splene: neq; est falsa opinio ista.*

Hoc quod dixit, est manifestũ: patet enim per anatomiam q̃ inter hepar & splenem est colligãtia. cũ ergo hepar digesserit sanguinem in E eo existentem, mundificat ipsum à parte eius terrea & melancholica, & delegat ipsam spleni. splẽ autem trahit ipsam ad se ratione cõueniẽnæ, quam secum habet, sicut & cystis fellis attrahit choleram rubeã.

68 *Turbulentia sanguinis est naturalis: quælibet autem ab ista innaturalis.*

Cholera nigra, seu melancholia naturalis est ipsa turbulẽtia, seu fex hypostatica sanguinis: alię vero species cholerę nigræ à prædicta sunt omnes innaturales. F

69 *Quæ proculdubio generatur ex commistione, & adustione aliorum humorum.*

Proculdubio species innaturales melancholiæ generantur ex commistione naturalis cum alijs humoribus, aut ex adustione cholerę nigræ, aut phlegmatis, aut cholerę rubeæ, aut sanguinis. Et species quidẽ cholerę nigræ innaturalis notæ & manifestæ sunt tres, silla, quæ generat ex cholerę nigræ naturalis adustione: & hæc quidem est alijs fortior, & magis pernitiosa. Secũda ve-

ro

G ro generat ex aduſtione choleræ rubeæ. Sed tertia ex aduſtione phlegmatis. Nō tñ eſt lōginquū & ipoſe, quin generet alia ſpēs eius ex aduſtione ſanguinis. nec etiam quin generentur quamplures ſpecies aliæ ex diuerſa commixtiōe ipſarum ad inuicem. manſeſtæ tamen, & notæ ſpecies eius ſunt prædictæ res.

Memoratio quartæ ex rebus naturalibus, & ſunt Mēbra.

70 a *principalia, ſeu radicalia mēbra

a [*Principia, et radices*] *corporis ſunt quatuor, alia autem ab eis ſunt velut rami.*

H Hæc eſt quarta pars, ſicut ipſe dicit, ī qua referunt mēbra hoīs ſimplicia & cōpoſita: & ſunt illa, q̄ generaliter colligunt libro huj* artis, qui de anatomia mēbrorū intitulatur. hic tñ non retulit ex eis niſi ſolū principalia & radices. Hi nanq; rhythmi ſunt uelut introductiones in hac arte. Inquit ergo q̄ quatuor ſunt radices membrorū corporis, & alia ab ipſis ramificantur ab eiſdē, i. famulantur eiſdem.

71 *Vnus ex his eſt hepar, et ipſum quidem præeſt cibo, & nutrimento in corpore.*

I Vnū ex his quatuor eſt hepar, & ipſum quidē præeſt nutrimēto i. digerit ſanguinē, quo oīa mēbra corporis nutriunt proculdubio. Organa deputata nutrimēto corpis ſunt, os, mery, ſtomach*, & īteſtina, necnō ſplen, hepar, cyſtis fellis, & renes. Eſt aūt nota actio oris ſuper cibū et nutrimentū corporis: ſed actio mery eſt attractio, & deglutitio eius, qđ ab ore comedit & maſticat, & īpulſio eius ad ſtomachū. Et ob hoc fuerūt ī eo poſita corpora q̄dā, quibus conuenienter attractio, & impulſio K exercetur: & ſunt illa, quæ à Medicis villi nominant. Actio autē ſtomachi ſup cibū eſt cōtritio & digeſtio ipſius, coadunando ſe ſuper ipſum, efficitq; īde chylū ad ſuſceptionē actionis hepatis. Verumtñ operatio ſuperiorū & gracilium īteſtinorum eſt gradualis & ſucceſſiua receptio cibi egredientis à ſtomacho. Fuere tñ ſm Gal. multa, vt cibus moraretur ī quolibet ex eis, donec hepar traxerit ab eis, mediātibus venis inter ipſum & ipſa inteſtina exiſtentibus, quicquid in chylo fuerit aptū digeri ab ipſo hepate. & q̄ ſupereſt fęx dura groſſa, expellunt conſequēter inteſtina vſq; ad vltimū inteſtinū. & hoc, poſtq̄ hepar acceperit ſibi neceſſariū. Deinde aūt hepar ſdictum ſuccum ad ſe tractum digerit, & in ſanguinē conuertit. Conſequenter ſeparat ab ipſo ſanguine ipſius turbulentiā, & fęcem hypoſtaticā, & eam ad ſplenē impellit. hęc autē turbulētia eſt cholera nigra, ſeu melancholia. Separat aūt ab eo partē eius* ſpumoſam, quā ad cyſtim fellis impellit, & deſtinat. hoc autē totū in cōcauitate hepatis fit: ca. ſ. parte, qua chylū traxit ad ſe bonū. Tūc autē ſeparat ab eo partē aquoſam. & hoc fit, dum ſanguis egreditur ab hepate, & tranſit ad alia mēbra corporis. Aquoſitatē autem illā impellit, & delegat ad ipſos renes, q̄ nutriunt ex eo, qd reperiunt ſibi cōueniens. deinde ipſi renes mittunt reſiduum aquoſitatis prædictæ ad veſicā, & colligitur ibidē, donec ipſa egrediatur. Fuerunt autem multa & plura inteſtina. ne cibus egrediatur citius ab eis, anteq̄ hepar attraxerit ab eo quantum debet. Vnde

*a.l. fumoſam.

A de ferrur q̄ animalia paucorum inteſtinorum continue comedunt & egerunt. propter quod cōgruit magis homini, vt ſint eius īteſtina multa. Hęc eſt ergo collectio, & ſumma actionum membrorum nutritiōis in cibo, & nutrimento corporis.

71 *Cor autem alit corpus vita, et niſi ipſum eſſet, corpus aſſimilaretur plantæ.*

Hæc eſt via & opinio Medicorū. Nā ipſi opinantur tres eſſe virtutes principales, naturalē, cuius ſitum ponſit in hepate: & vitalem, quam B ferunt in corde ſituari: & vim regitiuā & ſenſitiuam, & ſm locum motiuā, quam ponunt eſſe in cerebro. & hæc fuit intentio Hippocr. Plato. & Gal. Quę quidē intentio eſt falſa & etronea in duobus. Primū eſt, quoniā clarū & patefactum eſt, nō eſſe niſi vnā virtutem agentem in nutrimēto corporis: q̄ quandiu exiſtit et perſeuerat ī animali, viuit animal: & q̄n aufertur ab eo, moritur. In hac autē virtute cōmunicant plantę cū animalibus: & ob hoc planta dr interdū viuens, nō tñ dicitur animal. virtus autē, qua aīal excedit plātas, C eſt virtus ſenſitiua. Si igitur ſic ē, cōſtat, q̄ animal dr animal rōne virtutis ſenſitiuæ: & maxīe ſenſitiuę vnitæ & repertæ in oībus animalibus, qualis eſt tactiua. Sed proculdubio Medici opinati ſunt virtutē vitalem eē aliā à ſenſitiua & nutritiua, & q̄ ſitus eius ſit ī corde. Et hoc, quoniā motus pulſus exiſtit ſpēaliter in corde ſuper cætera membra corporis. hic tamen motus eſt compoſitus ex dilatatione & conſtrictione, ſeu attractione & expulſione: ergo & virtus iſta eſt attractiua & expulſiua. Scimus autem q̄ virtus attrahēs & D expellens ſunt de numero virtutum naturalium in nutrimēto corporis agentium & deſeruientium. In hoc autem omnes Medici conueniunt. Si igitur ſic eſt, virtus* pulſatiua in corde exiſtens, erit naturalis & nutriua, non autē ſolum vitalis. Secundus autem error eſt, quoniam ipſi poſuerunt virtutē ſenſitiuam & naturalem in nutrimēto corporis agētem in diuerſis mēbris: cūm tamen proculdubio ſint ſimul ī vno & eodem membro, ſ. in corde, ſm q̄ dixerunt in hoc Philoſophi. & teſtimonium inducunt naturalium virtutum. Non tamen hic eſt locus inducere ſuper hoc demonſtrationes. verumtamen dicimus illud, quod eſt probabilius, & magis conſonum veritati: & eſt hoc, quoniam certum eſt, q̄ non reperitur ſenſus, niſi in membro quod nutrit. aliàs ſi reperiretur in membro non nutrito, eſſet animal non nutritum, & abſq; nutrimento: quod tamē falſum eſt & īpoſſibile. Si igitur ſic eſt, ergo mēbrum, ī quo ſicus huius virtutis nutritiuæ eſt, eſt principale. ſequitur etiam neceſſario q̄ habeat prīcipatum ſuper illud, in quo eſt ſitus virF tutis ſenſitiuæ. Notum eſt autem ex anatomia membrorum, q̄ cor ē ſons caloris naturalis ī corpore exiſtentis, & quòd ab iſto diſtribuatur, & multiplicetur per cętera membra corporis. Eſt autem notum in ſcientia Naturali, quòd calor naturalis prædictus eſt ſubiectum & materia animæ: ex quo neceſſario ſequitur quòd & anima ſenſitiua & nutritiua ſit in illo membro, in quo eſt calor prædictus.

*a.l. expulſiua.

Abinde

G Abinde est calor, qui est cor-
73 pori sicut elementum, quod [b] [ ]
b* f. cor transire facit [c] [ipsum abzar.]
c* in aleb ber. i. ſar-
teriã aor-
tam.

Calor existens in corde est radix caloris naturalis corporis, quẽ transfire facit ad totum corpus p venas, quæ venæ à vena abzar dicta ramificantur: quę quidem vena immediate ab ipso pullulat, & egreditur, & pp hoc illud membrũ vltimo infrigidatur in morte. Cor autem existit in corpore velut clibanus, & calor naturalis sicut incendiũ in clibano, & anima est sicut clibanarius. &
H quemadmodum clibanarius stat, & moratur prope incendiũ, quatenus regat ipsum, sicut decet: sic ẽt decet q anima agens in calido existẽte in corde, sit & existat ẽt in corde. nam
† a.l. idẽ. est generãs † ibidem. Ex quo patet, q virtus regitiua corporis, & vita ipsius sit in corde. & hoc, quoniam ipsum cor est in corpore, sicut clibanus, vt diximus: & calor naturalis in corpore, sicut incendiũ in clibano: & ita, sicut clibanarius. Si plures autẽ & diuersę virtutes in multis & diuersis membris existerẽt, esset vnum animal multa animalia.

I
74 Ecce quòd cerebrum cum ner-
a* nucha uis, & [a] [filo nuchæ] custodit, & præseruat ignem, & calorem cordis ab inflammatione.

Iuuamentũ cerebri, quod ipse retulit hic est, ſm viã & opinionẽ Aristo. non autẽ ſm opinionẽ Galen. & opinatus est Arist. q principiũ sensus & motus sit in corde, & q cerebrũ sit organũ deseruiens ei, equando caloré eius, hoc est, q frigiditas cerebri habet æquare & tẽperare calorẽ cordis in tũ, q virtus sensitiua possit attingere sensata sua. ipse enim K
attingit, & percipit ea cũ calore tẽperato. Si enim esset vehementis caliditatis, minime rẽ calidã attingere, seu percipere posset. Nullum enim iudicat & percipit sibi simile, sed potius sibi diuersum. Hoc autẽ totũ est de dubijs naturalibus, de quibus Medicus parũ curat. verum domini naturarũ admittunt, & pertractant verba ista, & ab ipsis hẽt Medicus hoc recipere. Est aũt notũ, q cerebrũ est principiũ sensus & motus ex achõe ipsius, siue sit principiũ primũ, sicut Gal. intellexit: seu ſm post cor, sicut intellexit Arist. Et ẽt notandũ, L
q à cerebro & nucha oriuntur nerui sensitiui & motiui: nucha autẽ é corpus quoddã egrediens à parte ea pius posteriori, incedẽs p ossa spinæ dorsi forata vsq; ad extremitatẽ ipsius dorsi. Egrediuntur aũt à iunctura quorũlibet duorũ foratorũ duo nerui: ex quibus vnus incedit à dextris, & alius à sinistris: excepto osse vltimo perforato, à quo solus vnus neruus egreditur. Sunt aũt predicta ossa. xxiiij. numero. Ex illis aũt nerui venit motus ad manus & pedes. Ab anteriori autem parte cerebri M
egrediunt ſeptẽ paria neruorum, & sunt illa, q præbent sensum & motum omni ei quod interius existit, necnõ etiã pectori, & organis anhelitus, & sermonis.

75 b* Ex eis est motus iũcturarum, sed testiculi sunt [b] [mẽbra alias] organa generationis.

Ex neruis quidem est motus iunctrarum. Nã motus ex tribus corporibus in summa perficit, Lex nerui, & lacertis, ad quos hi peruenit & attingunt, & corda egrediẽte à lacerto,

A certo, & colligata cum extremitate membri moti per ipsam. Primũ autem, quod moueri percipitur, est lacertus, & est corpus ex panniculis & carne & neruis compositũ, & dilatatur, & constringitur. post cuius constrictionem sequitur tensio, & corrugatio cordæ egredientis ab extremitate ipsius, & coniunctæ extremitati membri moti per ipsam, & trahit membrum uersus partẽ, in qua lacertus tensus existit. Et si tendat lacertus existens ab alia parte membri, declinabit membrũ versus partem illam. si vero spasmentur & ten
B dantur ambo lacerti mouentes mẽbrum ex duobus lateribꝰ eius diuersis & contrarijs, stabit illud mẽbrũ erectum & extensum. Cuius exẽplũ est, qñ cum spasmatur lacertus mouens brachium, qui existit à parte interiseca ipsius, & constringit, tric brachium trahitur versus corpꝰ. cũ autẽ spasmatur lacertus extrinsecꝰ, elongatur brachium à corpore. sed cum spasmantur prędicti duo lacerti existẽtes ex duobus eius lateribꝰ cõtrarijs, remanet membrũ erectũ & tensum. Est autem notum, q oĩs motus in corpore repertus existit in
C lacerto. existit tamen in lacerto motus, quando venit ad ipsum spiritus animalis per neruum, qui ad ipsum delegatur. & ideo aufertur motus lacerti, cum inciditur neruus veniens ad ipsum. Et sunt ſm opinionẽ Gale. 529. lacerti in numero. Cum autem dicit, q testiculi sunt organa generationis, hoc quidem dixit ſm viam & opinionẽ Gale. qui opinatꝰ est principium generationis siue generatiuę virtutis in hoc membro esse. Verum ſm Aristo. cor est principium eius: & membrum prędictũ est etiam organum deseruiens ei I D.
hoc. & inducit ſuper hoc probationem ex boue castrato, q ipse vidit statum, postquam fuit castratus, cũ coire cum quadam vacca, & eam impregnauit.

Ex generatione eorum species 76
conseruantur, in quorum [c] [*terminatione*] *fieret terminatio, & ab* c abſciſſio
sciſsio [d] [ ]. ne

d earum

Finis & iuuamentũ ex hoc membro in totum est generatio, quatenꝰ per eam spẽs conseruentur. ipsum .n. nequit facere continuam permanentiã seu existentiã in hoc homine, quia destrueretur species. Posuit ergo eam in specie, quatenus sit ex eo continua permanentia in materia sibi posita. Intellexit autem, cũ dixit: in quorum terminatione fieret terminatio, & abscisſio: q nisi fuisset gñatio, iã essent species terminatæ, & abscisſę: & q cum virtute generatiua conseruentur. E

Caro, pinguedo, & species glã- 77
dularum sunt tanquam famulantes prædictis.

Caro, pinguedo, & species glãdularum fuerunt positę in corpore, tãquam famulantes prędictis membris, ſ. principalibus, & capitalibus. hoc .n. de eis intellexit. & fuit quoddam iuuamentũ carnis proprie ſecundum Gale. ad hoc, q esset ipsa velut scutum, & regimen membrorum principalium. & similiter est de pinguedine sciendum. Verum carnes glandulosę sunt ad hoc, vt sint emunctoria superfluitatum. ex eis tñ sunt quędam cooperantes ad generationem humiditatum, sicut caro glandularum in ore existentiũ, F

C quæ conferunt ad gñationem saliuæ: & exñtium in mãmillis, ad gñationem lactis: & exñtium in testiculis, ad gñationem spermatis. Ari. tñ intellexit ꝙ caro sit organũ sensus tactus, & hoc, qm̃ est membrum primum in omni animali iunctum.

78 *Ossa, & panniculi, & ligamẽta sunt velut columnæ, & fulcimenta corporis.*

Dicit ꝙ ossa, & panniculi, & tunicæ velant, & existũt super membra corporis. ligamentis autem, colligãtur, & nectuntur quædam ex membris corporis cum quibusdam. In ossibus autem fuit intentio, ꝙ essent columnæ & pillaria corporis: sed in panniculis, & ligamentis fuit intentio, vt corpus protegerent, & conseruarent. Conseruant enim ligamenta coniunctionem membrorum: & panniculi, & tunicæ tegunt, & conseruant membra sua: sicut facit panniculus, & tunica cordis, cerebri, hepatis, & aliorum ab eis panniculos & tunicas habentium.

79 *Vngues autem fuerunt in extremitatibus propter auxilium:*
1 *sed pili fuerunt propter superfluitates, vel ornatum.*

Iuuamentum vnguium in digitis est ad iuuandum eos, ita vt cũ capiant aliquid, ꝙ capiant illud firmiter. sunt n. sustentamentum carnis in extremitatibus digitorum existẽtis: in tantum vt rem quam capiũt, possint tenere, vt possint bene cõstrĩgere, & fortiter capere. Iuuamẽtum etiam totius manus fuit ad capiendũ, & faciendũ oẽ organicum cuiusc̃ũq; officij & artis. & iõ dr̃ esse organum intellectui deputatum. & ideo etiam, cuius manus est subtilis sensus, significat bonitatem intellectus eius. Et cum dixit ꝙ pili fuerũt propter superfluitatem, vel ornatum, intellexit pilum esse in corpore ꝓpter vnum ex duobus, s. ad colligendum superfluitatem illius membri, cuius est pilus, ne lędat ipsum, sicut pilus ascellarum & pectoris: aut ꝓpter ornatum, sicut pilus palpebrarum & superciliorum. & potest esse vt cum hoc etiam intendatur protectio mẽbri illius, sicut per capillos capitis, ĩ quibus quidem superfluitates siccæ cerebri consumuntur.

Hæc autem omnia sunt famulantia, cum perficiant statum, & figuram per radices.

Hęc oña membra fuerunt coniũcta, vt pficerẽt ex eis status & figura. & ob hoc fuerunt per consequens famulantia radicibus membrorũ.

Rememoratio de Spiritibus,
a {& primo de naturali, & postea de vitali.}

Spiritus b [*naturalis efficitur ex fumo seu*] *vapore laudabili* c [*puro, & mundo.*]

Spiritus diuiditur in tres species. ex quibus est vna species naturalis, & est ille, qui est ex vapore puro mũdo generatus, scilicet ex substantia vaporosa. Est autem situs huius spiritus secundum Gale. in hepate, trã situ; ab inde ad reliquum corpus: sed secundum Aristote. ipse existit in corde reprobat in hoc sermone Gale. experientia sensibilis: quoniã non manifestatur in hepate, neque etiam in venis in eo ramificatis, sicut manifestatus est in corde.

Quod

A d [*Quod autem ex eo iam purificato*] *existit in corde, & est* e [*illud, per quod*] *permanet vita.*

Spiritus in corde efficitur, postq̃ fuerit eius substantia in hepate mũdificata & deputata: quo quidẽ existente, permanet vita & existit: & ipso remoto, accidit mors. * in corde enim existit vita. Hunc autem spiritum vocauit Gale. vitalem. Et tam diximus quòd vita stat per virtutem nutrituam, quam Gale. naturalem vocat. Si ergo remoto spiritu existente in corde, aufertur vita, sequitur manifeste ꝙ spiritus naturalis est in corde.

B f [*sed generatio eius, quod ex eo fertur in cerebro, & eius* * *miringa, fit volendo.*]

Diuiditur etiam spiritus in spẽm s. spiritus animalis in cerebro existẽtis, cuius quidem substantia tã diu in cerebro digeritur, donec ibidem ipse generetur. & hoc est, quod intellexit cum dixit: sed fit generatio.

Intellexit etiam, quòd fiat infra cerebrum sub meninga subtili involuente ipsum.

C 84 *Insunt autẽ huic spiritui imaginatio, ratio seu intellectus, & memoria, cum complentur, & perficiuntur ipsius species in uentriculis cerebri.*

Hic spiritus, cuius generatio inuenitur in cerebro, est ille, cuius species perficiunt tres ventriculi cerebri, digerendo & coquendo ipsum, donec fiant ex eo tres species. Sunt enim tres ventriculi cerebri: & spiritus generatus in anteriori ventriculo ex eis est subiectum imaginationis: qui autem in medio est spiritus rationis: isti ille, qui est in posterioti uentriculo, est subiectum memoriæ & reminiscentiæ.

In quolibet ex spiritibus est virtus propria alia ab illa, quæ est in alio. 85

In quolibet ex tribus spiritib⁹ supradictis est virtus propria, quę in nullo aliorum existit. Nam in spiritu naturali est anima naturalis, & ĩ vitali vitalis, & in animali animalis scilicet motiua, sensitiua, imaginatiua, ratiocinatiua, & memoria. Sũt autem proculdubio duo spiritus in corde, & cerebro existentes: ex quibus vnus & idem defert multa in actu, sicut vnum pomum defert, & habet multa, scilicet colorem, odorẽ & saporem.

Rememoratio sextę ex rebus
g {non} naturalibus, & sunt virtutes.

Septem uirtutes numerantur in natura secundum diuersitatem earum in forma & specie. 86

Septem sunt virtutes naturales secundum diuersitatem actionũ & effectuum ipsarũ in forma, & specie.

Ex his est uirtus immutatiua spermatis, præter quod depingat, seu figuret ipsum. 87

Intellexit quòd sit quædam virtus mouens, & immutans sperma, & sanguinem menstruum in matrice, donec ex eis fiat corpus vnũ. præter tamen, quòd ipsum informet vel figuret, disponit nihilominus ipsum ad susceptionem formæ & figuræ conuenientis. quod quidem

G dem intellexit, cum dixit: præter ꝙ ipsum depingat, i. præter ꝙ ipsum informet, & figuret.

88 *Ex his etiam est uirtus, quæ aliqua forma, & figura informat corpora: necnon & quantitate, & numero.*

Secunda ex virtutibus naturalibus est plasmatiua, & ē illa, quę corpus informat, & quæ præbet quantitatē & numerū, sicut manus, cui ꝑbet propriam formam, & quantitatem cum numero digitorum.

H 89 *Est etiam virtus attractiua, digestiua, retentiua, & expulsiua.*

Quia retulerat species spiritꝰ virtutis gñatiuæ, i. actiones, quę fiunt in generatio, nunc retulit spēs virtutū agentes in cibo, & nutrimēto corporis. Inquit ergo ꝙ hę virtutes sunt quatuor, s. attractiua cibi: & digestiua eius, i. quę digerit attractum cibum: & quę retinet ipsum, donec digeratur: & expulsiua, qua eius superfluitas expellatur. Quod quidē notum & manifestum est ad sensum in stomacho, & matrice. patet. n. ꝙ in stomacho est virtus, qua attrahitur cibus, & quæ retinet ipsum, donec sit digestus, & quę consequēter impellit ipsum. & hoc quidem est necessarium esse in quolibet mēbro corporis. nam digestio non perficit sine his quatuor virtutibus.

I 90 *Est etiam ex his virtus vniens mēbris quod similatur corpori ex nutrimento.*

*i. e. adquita Hæc * virtus est, quę vnit nutrimentum membris, & quę similat ipsum eisdem. Ex debilitate autē huius virtutis, s. similatiuæ, generatur albaras, & morphea. tunc. n. vnitur nutrimentum membris, præter ꝙ assimiletur eis. Et ideo oportet ꝙ fit vnitiua alia ab assimilatiua: quia in baras bene fit nutrimēti vnitio, sed non ipsius assimilatio. Et idem contingit in eo, quo ossa fracta coniunguntur, & solidantur, cū nequaquā assimiletur eis. Et in summa virtus naturalis, s. vegetatiua diuiditur in tres, s. gñatiuam, nutritiuam, & augmentatiuam, Generatiua diuiditur in duas, s. immutatiuam, & plasmatiuam. Et nutritiua in quatuor, quarum rememorationem fecimꝰ hic. Alij tamen a Gale. addiderunt prædictis quintam virtutem sequestratiuam: & est illa, quæ sēparat superfluitatem à cibo & nutrimento.

K L

* De uirtutibus vitalibus.

Duæ sunt species virtutis vitalis, & [h] *[actionis eius, licet ex eis sint duæ] partes, ex quibus est vna qua fit actio pulsus per dilatationem, & constrictionem venarum pulsatilium.* 91 h operatio nū cuius libet à bis cū duę sit.

M Duæ sunt species virtutis vitalis: ex quibus vna est, quę facit pulsum per dilatationem & constrictionem venarum pulsatilium.

Soror autē huius est illa, qua [a] *[aguntur actiones cuiusq; agibilis] sicut est amare* [b] *[aliquid,] & habere* [c] *[illud] odio: & depressio animæ, & eius exaltatio.* [d] *[ ].* 92 a patitur passiones b — c aliquid d & illa ꝙ discedit aliqd ad oganes.

Hęc est secunda ex virtutibus vitalibus, & est illa, quę dicitur irascibilis & cōcupiscibilis, seu excitatiua &

A & desyderatiua, q̄ amore uel odio excitatur, & est causa, quare homo agit aliquid in omni negocio, i. qm̄ quis fugiat, aut prosequatur. Est. n. hæc virtus causa eorum, quę agit, qm̄ causa, quare aliquid perficiat & prosequatur, est amor: & causa, quare aliquid fugiatur, est odium & displicentia. vnde est ac si diceret, ꝙ huius virtus agens ratione amotis vel odij in rebus dilectis vel odio habitis, est causa quare agantur actiones in alijs ab homine. Huiusmodi autem virtus est alia a nutritiua & regitiua. vnde si nomen virtutis vitalis imponeretꝰ solū huic uirtuti, esset tunc quidē virtus vitalis tertia a sensitiua & vegetatiua. & hæc quidē sunt, quę Plato innuit esse inter vitales. Plasmatiua tm̄ nō est huius generis: immo subest generi virtutis agentis in nutrimento.

B

De virtutibus animalibus.

93 *Nouem sunt virtutes quæ ab anima numerātur, ex quibus sunt quinque sub sensitiua, s. visiua, auditiua, olfactiua, gustatiua, & tactiua vniuersalis.*

C Virtutes aīales sunt illę, quę sunt in cerebro, & sunt nouē: ex quibus sunt quinq; sensitiuę, quas ipse hic nōauit: ex quibus tactiua in tota carne vniuersalis existit.

94 vbertatis *Est etiam virtus ad* [e] *[nerues] perueniens, ex qua seu per quam mouet quis artus, et mūctur as suas.*

Sexta ex virtutibus prędictis est virtus, quę vnitur neruis, quibus homo mouetur, & mouet localiter mē bra sua, iam aūt prędiximus modū motus sui, & qui sunt nerui illi.

Ex eis etiā est virtus, quæ imaginantur res [f] *[sicut videntur.]* 95 f fit i speculo. D

Septima ex prędictis uirtutibus est virtus, qua imprimuntur res in imaginationes, sicut cum imaginātur inter species, quę videntur. hęc autē est virtus imaginatiua, quę in anteriori parte cerebri existit, sicut supra diximus.

Est adhuc ex eis virtus, in qua est ratio, & ēt i qua est memoria. 96

Alię sunt duę virtutes ex prędictis, ex quibꝰ vna est cōcinanua, existens in medio cerebri: secunda est rememoratiua, quę in vltima & posteriori parte cerebri existit: & sicut in summa, omnes istę virtutes sunt vndecim. E

De operationibus.

97 *Omnes operationes virtutum numerantur secundum ipsas virtutes, quarum sunt operationes.*

Numerus operationū virtutum est qualis ipsarummet virtutū, quarum sunt operationes, differunt. n. & numerantur operationes in specie: eo ꝙ sunt operationes virtutum specie differentium. F

Hæc autem operatio dicitur [g] *[æquiuoce de quibus dicitur] sicut de attractione, digestione, & retentione.* 98 g cōitet

Operatio est nomen, quod dicitꝰ & ꝑdicat̄ æquiuoce de eis, de quibꝰ dē & prędicatur. nomen autē æquiuocum est vnum & idē: & ea, de quibus dicitur, sunt diuersa.

Et sicut de transitu [*] *secundum penetrationem cibi, & appetitu.* 99 *Auer. le. seu penetratione

G *nam attractio est operatio simplex unius virtutis solius: appetitus uero cibi existit ex duabus operationibus simul compositis, scilicet ex operatione sentiendi, & attrahendi. operatio autem sentiendi, & impellendi efficit transitum, & penetrationem cibi. hæc enim opera ex prædictis ambobus efficiũtur.*

Quia dixerat quòd operatio est nomen, quod prędicatur æquiuoce
H de quibus prædicatur, notificauit nunc quę sunt illę operationes, de quibus hoc nomen æquiuoce prædicatur: & innuit quòd sunt operationes simplices, & compositæ operatio autem cõposita est alia a simplici, & nihilominus ambæ dicuntur operationes. deinde posuit tria exempla operationis simplicis, dicens: sicut attractione, digestione, & retentione. consequenter subiungit duas operationes compositas, dices: Et sicut de transitu, seu penetratione cibi, & eius appetitu. Et quia posuerat prædicta exempla operatio-
I num simplicium & compositarum notificauit consequenter quę ex eis sint simplices, & quę compositę. vnde inquit, ꝙ attractio est operatio simplex & vnius solius virtutis, &c. Sic intelligendum de digestione, & retentione. Consequenter declarauit qualiter quęlibet ex operationibus sequentibus, scilicet transitus cibi, & eius appetitus componatur ex duabus operationibus. nam actio appetendi cibum componitur ex actione sentiendi & attrahendi. Ponunt enim Medici os stomachi membrum appetitus, & desyderij K
cibi, à quo membra corporis trahunt cibum & nutrimentum, cum ab eis diminuitur, & consumitur. tunc etiam membrum inanitum sentit per se sui inanitionem, siue nutrimenti & cibi priuationem, & tunc appetit & desyderat cibum. & talis appetitus dicitur proprie fames. Propter quod dicit, quòd hęc operatio est ex duobus composita, scilicet ex attractione cibi & nutrimenti, quam membra faciunt trahentia ipsum ad seipsa: & ex sensu quidem inde percipit os stomachi, & ablatio eius quod ab eo trahitur. L
Asserit etiam transitum & penetrationem cibi esse compositã ex duabus operationibus, scilicet ex operatione sentiendi, & impellendi. Nam cum cibus, & nutrimentum impellitur per canales & meatus membrorum, tunc membrum percipiẽs illud, quod sic transit per ipsum, impellit illud ad aliud. Cuius exemplum est egestio transiens ab vno intestino ad aliud, donec tandem ad anum expellatur. quod quidem ex sensu fit intestinorum impellen
tium ipsum a primo ad secundum M
vsque ad vltimum. similiter contingit in egressu ventositatis, & cuiuslibet egredientis sursum, aut deorsum, sicut in diarrhœa, lienteria, & vomitu. Quoniam perfecerat relationem rerum naturalium intrinsecarum, intendit nunc declarare alias corpori extrinsecas.

De

De rebus non naturalibus & primo de Aere.

Sol habet iudicia super aerem, quæ quidem in temporibus anni manifestantur ex impressionibus: climata etiam habet super hæc iudicia.

Sol immutat aerem in caliditate frigiditate, siccitate, & humiditate: quod quidem patet ex temporibus
B anni, & ex positione Solis in determinatis partibus circuli, quas Arabes alhanne vocant, i. mansiones. Eius enim actio & transmutatio nominatur proprie secundum mãsionem, in qua Sol existit, ꝙ ex propinquitate & longitudine Solis ad nos & eius media distantia efficiuntur quatuor anni tempora, s. æstas, ver, hyems, & autumnus. Et est res manifesta ex se. quia ex elongatione ipsius est causa frigiditatis & humiditatis: & hęc est complexio hyemis. &
C ex propinquitate eius est causa caliditatis & siccitatis, quę sunt natura æstatis. & ex eius media distantia est causa reliquorum duorum temporum mediorum, s. autumni, & veris. Sed diuersitas in impressionibus in aere contigens ex situ Solis in diuersis mansionibus est nota conuenienter Arabibus. hoc autem, s. diuersitas impressionũ in aere ex partibus circuli ratione diuersitatis existentis inter ipsam & partes multitudine & paucitate stellarũ, aut magnitudine, aut paruitate earum, aut velocitate, aut tarditate motus ipsarum, s. stellarum fixarũ. inde enim notificatur actio Solis, cum ipse mutatur ab vno loco in alium locum, D
ex prædictis. Diuersitas etiam transmutationis in climatibus est manifesta: cuius causa est propinquitas, & elongatio Solis. Causa vero propinquitatis & elongationis prædictæ est circulus obliquus. Vnde regio eorum, super quorũ capita transit Sol, est necessario calidior alijs regionib⁹ aliorum: & magis appropinquantes regioni eorũ, super quorũ capita transit Sol, sunt calidiores: & magis distãtes ex regionib⁹ eorum, super quorum capita nõ transit Sol sunt frigidiores.

De impressione stellarum in aere cum Sole. E

Aer etiam alteratur, & immutatur ratione alicuius astri orientis, uel occidentis. 101

In stellis etiam est actio, qua immutatur aer ad caliditatem ex earũ ascensu, & ad frigiditatem ex earũ descensu vel occasu: quod fit accessum vel discessum Solis fit.

Cũ enim Sol appropinquat inflammatis stellis, incendit, & inflammat aerem. 102

Aer inflammatur, cũ Sol appropinquat alicui ex stellis, quę inflam F
matæ dicuntur: & sunt illæ, quæ generant inflammationem aeris, cum perseuerant aliquibus diebus, & vocantur cometę. nã ex calore Solis cõiunctio cum calore prædictarũ stellarum, inflammatur aer. 103

Hoc siquidem verum est in tãtum etiam. quòd cum inflammata elongantur aliquo modo a Sole, uidemus aerem aliquantulum infrigidari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Hoc est inrātū verum, q̄ cū calor inflammatus elongatur ab ipso Sole, aut extinguitur, videmus aerē aliqua infrigidatiõe infrigidari, qđ autem Sol operatur cum prędictis inflammatis, id operatur cum stellis erraticis, aut & cū fixis. vnde est posse q̄ per inflammatas intellexit aliquam ex stellis fixis.

104 *Si etiam stellæ, quæ dicuntur infortunatæ, fuerint in exaltatione sua, significabunt super corruptionem animatorum. Si uero quæ*
H *fortunatæ dicuntur, fuerint ibidē, significabunt salutem eorundem omnimodam.*

Hoc est fm opinionem dominorum expertorū in iudicijs astrorū. Et est, quoniam ipsi intendunt, q̄ quidam ex planetis sunt, quorum effectus est vt plurimum detrimentum, & corruptio, & sunt illi, quos ipsi vocant infortunatos: & q̄ quidam ex eis sunt, quorum effectus vt plurimum sunt profectus & adoptatio, & sunt illi, quos vocant fortunatos. Opinantur etiam q̄ quilibet ex ipsis habet propria loca in orbe, in
I quibus ipsorum actio roborat, aut debilitatur. Loca autem eorum, in quibus actio fortificatur, graduatur apud eos: & imposuerunt propria nomina prędictis gradibus, quę sūt exaltatio domus, triplicitas, & alia ab his. Ferunt etiam, q̄ cum infortunatę sunt in locis, quę dicuntur exaltationes eorum, q̄ tunc augeatur, & roboretur eorum operatio. Et si sic est, tunc significabunt super destructionem corporum animatorum. Et sīt cum fortunatę sunt in prędictis locis, significabunt super salutē corundem animatorum. Hoc tñ totum est contra illud, quod declaratum est ī philosophia Naturali. Nā omnes astrorum actiones sunt laudabiles: quoniam esse omnium horum inferiorum est ligatū cum motu, & situ eorum in partibus diuersis sphærę. Diuersitas autem quorūdam cū quibusdam ex eis, contīgit ratione elongationis & propinquitatis eorum adinuicem. K

*De alteratione aeris secundum regiones.

Tanto frigidior est illa, quanto altius super montes existit: complexio uero uillæ existentis in ualle iudicatur calida. 105 L

Hoc quidem est manifestum, s. q̄ villę in montibus existentes frigidę sunt. & existentes in vallib⁹ sunt calidę. Huius autem causa est propinquitas montium ad regionem, ī qua fit generatio nubium: necnon etiam, quia montes omnibus quatuor ventis exponuntur. & ideo nō fiunt habitationes in regionibus calidis ratione latitudinis propinquę Soli, nisi in montibus earum, aut ꝑpe cos. in regionibus vero frigidis ratione distantiæ latitudinis, sunt M montes continue niuosi, & per consequens inhabitales.

*De alteratione aeris secundum montes.

Si uero montes fuerint a parte septentrionis, & claudatur montibus, iudicetur infrigidari a septentrione. 106

Si fuerint montes a parte meridiei protegentes villam à vento australi, erit quidem illa villa frigida, rōne

A tatione exsufflationis venti septentrionalis factæ super eam: vētus. n. septentrionalis frigidus est & siccus

107 *Villa ædificata a parte meridiei, iudicetur calida ratione exsufflationis illius uenti meridionalis super eam.*

Villa a parte meridionali aperta iudicatur esse calida ratione exsufflationis vēti meridionalis factę super eam⁹. nam ventus meridionalis calidus est, & humidus.

108 *Sed si sit ex parte occidentis,*
B *habebit aer eius großitiem: si uero ex parte orientis, habebit subtilitatem.*

Cum aliquis locus est expositus, & discoopertus ventorum exsufflationibus, & insufflat super eum ventus occidentalis, efficietur quidem aer eius grossus, & frigidus & humidus. Si vero insufflat super eum ventus orientalis, erit aer eius subtilis, i. calidus & siccus. & hoc est, quoniā ventus orientalis est calid⁹ & sicc⁹, sicut occidentalis frigidus & humidus. & hoc tñ per relationem est ad
C medium climatis cuiuslibet: quod est, quoniam in pluribus locorū, vētus frigidus & humid⁹ est causa pluuiarum in eis contingentium: & calidus & siccus clarificat aerem ipsorum. Hoc tamen variatur in multis locis terræ: vtpote apud nos in insula Andalusiæ: in cuius medietate, i. orientali pluit ex vento occidentali, & clarificatur eius aer ex vento occidentali: & in alia eius medietate occidentali pluit ex vento occidē tali, & clarificatur aer ab orientali.

De alteratione aeris secundum maria. D

Maria habent contrarium iudicium in hoc, sicut sapientes retulerunt. 109

Iudicium mariū ad terrā est contrarium iudicio montium ad eandem. qm̄ maria à parte meridiei refrigerant terras, & à parte occidētis calefaciunt: & hoc ideo, qm̄ maria æquant & temperant materiā ventorum. vnde si ipsa fuerint à parte meridiei alicuius terræ, æquabūt vē tum meridionalē, minuentq; & re- E mittent calorem eius. & sīl⁹ cū erūt a parte septentrionis, æquabunt vētum septentrionalem, & remittent eis frigiditatem. Cuius ratio est, qm̄ aquæ non sic patiuntur, neq; alterā tur in caliditate & frigiditate a Sole sicut aer. & ideo est, q̄ ipsæ tempore frigido sunt calidiores aere, & tpe calido frigidiores. hoc quidem est, qđ de aquis maris intelligo.

De alteratione aeris secundum ventos.

Uenti etiam generant in aere F
110 *illud, quod generant in eo* [a] *[mansiones.]*

a impressiões cæles tes.

Intellexit q̄ venti in aere gñant diuersitatem complexionis, sicut & mānsiones. intellexit autē per hmōi mansiones, positionem Solis & Lunæ in mansionibus, quas Arabes amone vocant. Iam autem prædiximus qualiter fiunt ex eis immutationes aeris.

Est quidem in meridionali calidi- 111
tas, & humiditas, [b] *[pro tanto generat super calefactiorem, &] putrefactionem.*

b & propter ipsas q̄q; gñat.

G Ventus meridionalis generat in aere caliditatem & humiditatem. & ideo gñatur ex flatu ei⁹ putrefactio: excessus n. suæ caliditatis & humiditatis est causa generationis putrefactionis. & ideo qui intendit prohibere putrefactionem rerum, instigider & desiccet eas.

111 *Frigiditas, & siccitas insunt septentrionali, & ideo generatur inde tussis.*

Ventus septentrionalis necessitat in aere frigiditatem & siccitatem. & ideo lædit organa anhelitus, gñatq; H ex eo tussis: quod ex siccitate organorũ anhelitus contingit, necnõ ex conseruatione eius, quia humiditatem cerebri comprimit.

113 *Calor, & subtilitas insunt oriẽ tali: & frigiditas, & grossities occidentali.*

Hoc est manifestum, qꝺ ventus orientalis est calidus & siccus, & occidentalis frigidus & humidus. variatur tñ hoc fm diuersitatẽ ex terra, & aqua eis contingentem.

De alteratione aeris secundum ea: quæ ei vicinantur ex terris & aquis. I

114 *Omnis* c [*angulus terræ mollis, cuius circunferentiæ sunt discoopertæ montibus, & habens fontes aquæ dulcis*], *est quidem complexionis humidæ.*

c locꝰ ter rę paludo sæ, circa quẽ sĩlo ca aquosa

Omnis villa, cuius terra mollis est, non petrosa, resudans aquis, & eius circunferentiæ sunt discoopertæ montibus, est humidæ complexionis.

Generatur autem siccitas in aere appropinquante alicui villæ, cuius terra vel locus saxosus est, & salsus. K 115

Villa habẽs aerem siccum est, cuius locus est saxosus, vel adustus, & salsus. verũ regio saxosa necessitat cum frigiditate siccitatem: sed salsa cum siccitate caliditatem.

De alteratione aeris secundum habitationes.

Domus valde patula, & omnibus uẽtis discooperta, est in hyeme valde frigida, æstate vero calida. 116 L

Domus, cuius tanuę sunt valde patulæ quatuor angulis orbis, & discoopertę quatuor ventis, efficitur i hyeme valde frigida, & in æstate valde calida: & maxime si fuerit alta. domus. n. talis non protegit a caumate, & frigore.

Ex domo autẽ depressa, & sub terranea habetur iudicium contrarium. 117

Habitatio quidem subterranea M habet dispositionem contrariam cũ domo prædicta. & hoc est qꝺ tempore hyemali est calida, & æstiuo frigida. dispositio enim eius, quod est in fra terram in prædictis duobus temporibus, est causa huius, hoc est, qꝺ calefiat tunc in tpe hyemali, & infrigidetur tpe æstiuo: cuius ratio data est in Naturalibus.

De alteratione secundum vestimenta.

Calor ineſt panno facto ex serico, & coto: & frigus d [*in raſculo, id est pãno plano nõ lanuginoso seu uelleroso,*] *& lineo.* 118 d mallis ĩ ineſt.

pãni

A Panni ex serico, & coto sunt c alidi: & panni mechanoni & fine pilis sunt frigidi, sicut lini. Sed caliditas ineſt pannis ex serico, & coto per relationem ad corpus hominis. Frigiditas autem pannorum rasorum cõtingit ratione paruitatis horræ existentis in eis. villi. n. & pannorũ pili sunt causa calefactionis: eo qꝺ bene vniantur corpori, & adhæreant. cõplexio tñ lini est temperata.

119 *In compositis ex pilo,* c [

] *& lana ineſt cum caliditate aliquantulum siccitatis.*

B Pannus ex pilo & lana factus & compositus habet cũ caliditate siccitatem. & hoc ideo, qm̃ sunt ex superfluitate animalium.

De alteratione secundum odorifera.

120 *Iudicatur caliditas super complexionem cuiuslibet floris, & cuiuslibet aromaticis, exceptis quinque, s. myrto, salice, nenufare, rosis, & violis: quæ quidem sunt frigida,* f [*& cum hoc aromatica.*]

Hoc quidem est, fm qꝺ ipse dicit, C qꝺ aromaticũ apd Arabes est calidæ complexionis in hoc, qm̃ est fumosum, vaporosum. ex hmõi autẽ vaporosis sunt quędam calida & sicca aut calida & hnmida: exceptis istis, quorum rememorationem facit in hoc loco. Ratio autem hui⁹ est: qm̃ odores non proueniunt ab omnib⁹ partibus prędictorum odorabiliũ, sed solum ab eorũ partibus calidis, quæ quidem sunt paucæ in comparatione ad partes eorũ frigidas. Et aromaticũ qdẽ est nomẽ cõe apud Arabes oĩ flori bonũ odorẽ habẽti.

De operatione colorum in visu. D

Laudabilior, & utilior ex coloribus usui, est niger, aut uiridis: albus autem, & citrinus g [*nec non omne splẽdidum lædit, &*] *disgregat lucem oculorum.* 121 g qm̃ splẽdent & ĩ puti

Vtilior ex coloribus visui est viridis aut niger. viridis quidem secundum veritatem confert ei, quia secũdum veritatem medius est inter album & nigrum. alb⁹ autem procul dubio mouet fortiter visum: cuius cãm explicuit Gal. eo qꝺ ipse disgregat visum. actio autẽ coloris nigri E est huic contraria, i. congregans visum. Si igitur sic est, quodlibet horũ extremorũ lædet visum, & medium inter ea conueniet ei. verum est tñ qꝺ color niger parũ mouet visum & oculum, pro tanto inquantum huiusmodi minime lędit ipsum.

Secunda ex rebus non naturalibus. s. cibus, & potus.

Scito quòd uera cibi actio est augere augenda, & restaurare omne deperditum ex dissolutione corporis, & ad pristinum F *statum deducere.* 122

Scito necessitatem cibi fuisse propter duo. Vnum est, quoniam impossibile est animal ꝓncipio suæ generationis genitum esse cum suo augmento naturali, scilicet quòd iudicatur ei conuenire per naturã, inquantum est tale, aut tale animal. pro tanto fuit ei cibus necessarius, quatenus augeatur eo corpus eius, donec perueniat ad quantitatem ei debitam per naturam, &

cesset

G ceſſet augmentum eius. Secundum eſt,qm̃ ſpiritꝰ, & corpora animaliũ diſſoluuntur ex calore aeris continẽ tis ea.& iõ fuit eis cibus conueniẽs, & neceſſarius ad commutandũ aliquid eis loco eius, quod fuit ab eis diſſolutum. Et in ſumma,quia animal viuit per calorem igneum, qui eſt lator animę, & ignis inquantũ hmõi,ſemper indiget q̃.comburat: alioquin enim extingueretur in animali ignis:iõ fuit continuo neceſſarius cibus corporibꝰ animalium. Et ideo eſt,q̃ corpora puerorũ egẽt eo amplius cæteris,propter multitu H dinem caloris in eis exiſtentis:vnde ipſa conſumunt neceſſario ampliꝰ, ſicut inquit Hipp.& poſt ipſos pueros iuuenes,& poſt ipſos,ſenes. Qui vero minus cæteris egent cibo,ſunt ſeniores decrepiti.& hoc,quia ignis eorum eſt paruus, parua re indigẽs ad hoc,q̃ ipſe viuat.

123 *Eſt autem ex eo eligendus ille, qui in ſanguinem laudabiliorẽ conuertitur,& tranſmutatur.*

Electus ex cibis eſt ille,qui in laudabilem ſanguinem magis q̃ in aliquem ex alijs tribus humoribus cõ I uertitur,& tranſmutatur.

124 *Leuis autem,& ſubtilis,eſt panis tritici,& carnes paruorũ pullorum gallinæ,& ſicut bliti ex oleribus:hi enim conueniunt patientibus ægritudinem.*

Cibus laudabilis chymi, & cum hoc ſubtilis ſubſtantiæ eſt,ſicut panis factus & compoſitus ex lacticinio & ſimila frumenti,& carnes paruorum pullorum gallinæ,& ex oleribꝰ,ſicut bliti.& vī q̃ totum,quod dicit de cibis iſtis, propter ſubtilitatem nutrimẽti referat ad id qđ ſub- K iungitur.cũ dicit:hi.n. conueniunt patientibꝰ, vī tñ q̃ referatur blitis tñ febrientibus,nec põt toti referri. Et ſciendum q̃ panis ex ſimila tritici,dicta Arabice darmat, compoſitus,eſt apud Gale.cibꝰ digeſtiõis cæteris,& tardioris egreſſionis & deſcenſus.Probat autem ipſum eſſe ei tæ digeſtionis ex magna mundificatione,& ſeparatione ipſius a furfure: quod quidem omnino eſt indigeſtibile.& hoc quidem eſt cauſa tardi deſcenſus ipſius:nam furfur ꝑ L bet pani velocitatem egreſſus. & ex hoc opinati ſunt poſteriores Medici q̃ panis ex ſimila frumenti cõpoſitus, difficilis & tardæ digeſtionis ſit Melior aũt ex oĩbus panibus eſt ille,qui ſic præparatur,vt ſimilis ſpõ giæ efficiat,æqualt,&temperate fermentatus,& in clibano conueniẽter decoctus:& poſt ſic coctum in clibano eſt ille,qui proijcitur in parietibus vaſis calidi. Et Saraceni quidẽ approbant panem coctũ inter duas caſolas ſuper igne conuenienter ſituatas,ponuntq; ipſum in eodẽ gradu cum pane cocto in clibano. M

135 *Groſſi autem ex uſualibus ſunt ſimila,& ſicut* [a *muto laudabilis*] *duorum annorum.* a antiqua ſtrarmbas tabula

Ex cibis laudabilioris chymi, & cum hoc groſſæ ſubſtantiæ ſunt,ſicut panis ſimilę, & ſicut muto duorum annorũ.& hi quidẽ cibi cõgruunt ſanis,&laborãtibꝰ:ſed primi qę ſcentibus,& conualeſcentibus.

126 *Piſcis notus habitans* [b *in rupibus*] *eſt cibus congruus uexato ab exercitio,& labore.* b lucia xa

Piſcis

A Piſcis petroſus habitans in rupibus eſt ille,qui natat in aqs ſup mõtes & rupes tranſeũtibus & fluentibus.& intellexit ꝑ piſces,piſces ſquamoſos. Ex his aũt ſunt tres ſpecies, ſ.marinus, fluuialis, & habitans in ambabus aquis ſimul. Eſt aũt melior ex eis ſm Gal.marinus: & poſt illum, qui ſimul in ambabus aquis viuit: & poſt iſtum ille,qui viuit in aquis dulcibus. Cuius rõ eſt,qm̃ humiditas excedit & dominat piſcibꝰ. Verũ oẽs illi qui nutriuntur ĩ aquis ſalſis ſunt minoris humiditatis: cõtrarium eſt de illis,qui in aquis dul- B cibus nutriuntur: ſed qui viuunt in ambabus aquis ſimul,ſunt medij ĩter eos. Ex marinis autem ſunt tres ſpecies,ſ.mollis viſcoſus,& petroſus montuoſus, & ille qui nutritur ĩ litore maris. Melior aũt ex eis eſt petroſus montuoſus, rõne motus magni & ſubtilitatis aquarũ inter rupẽ & montes exiſtentiũ. eſt aũt poſt ipſum mollis viſcoſus. deteriores autẽ inter oẽs has piſciũ ſpẽs ſunt habitantes in littoribus maris.& hoc,qa nutriunt ex fæcibus & ſuperfluitatibus ibidẽ exiſtentibus:& maxĩe qui ex eis nutriuntur in littoribus ma- C ris, exiſtẽtibus iuxta magnas ciuitates. ſic etiã ſciendũ de habitantibus in fluminibus. Alauda autẽ, & mugil ſunt ex melioribus piſcibus viuẽtibus ĩ ambabus aquis ſimul apud nos.Verum ſardina eſt piſcis mollis viſcoſus.

127 *Ex eis ſunt ſubtilis malitiæ,ſicut ſinapis, cepæ,& allium.hi autem generant choleram rubeam. Vnde & quandoq; ſumuntur via medicinæ.*

Ex cibis autẽ eſt tertia ſpecies, ſ. D illaudabilis & ſubtilis chymi: velut ſinapis, allium, & cæpa. Hi.n.cibi vrunt ſanguinẽ,& generant choleram rubeã. vnde interdũ ſumũtur ratione medicinæ ſolũ.& hoc, quia ipſi magis vincunt, & agunt in corpus,q̃ corpus deuincat eos.

Ex eis ſunt etiã generantes me 128 *lancholiam, ex quæ in quibuſdam corporibus morbi generantur: Velut hirci antiqui,boues,panis furfureus, & caſeus.* E

Ex cibis etiã eſt quarta ſpecies,& ſunt illi, qui generãt melancholiã: ſicuti carnes hircorum antiquorũ, & boum antiquorum.& in ſumma omnes cibi, qui groſſi ſunt & terreſtres,ex quibus ſunt quidã,qui ſunt calidi & ſicci, ſicut caſeus aridus & 68 antiquus: & quidam ſunt frigidi & ſicci,ſicut bos antiquus.Corpora autem,ĩ quibus generatur morbus ex his cibis,ſunt corpora,ĩ quibus humor melãcholicus à principio & radice naturæ, & complexiõe eorum dominatur.

Rurſus quidã ex his cauſant, 129 *& efficiunt humorem phlegmaticum, ſicut piſces groſſi, & genera lactis.* F

Hi cibi ſunt cum groſſitie ſua frigidi & humidi.

Aquæ delectabiles,et fluuiales 130 *conſeruant humiditatem radicalem,& cauſant egreſſum fæcum & ſuperfluitatum,digerũtq; & deducunt cibum per venas.*

Actio quidem aquarũ delectabiliũ in corporibus eſt cõſeruatio humiditatis

G miditatis radicalis in eis existentis, & facilis egressus fęcum & superflui tatum ab eis. & faciunt ēt tūā sitę & penetrare cibū p venas, ob hoc quia subtiliant, & liquidū reddūt ipsum. Inest ēt eis aliud iuuamentū ab eis: & est, qm̄ digestio fit per eas. nā nisi ipsę essent, torrefieret cibus, & vrere tur. Et inde est, q̄ animalia adoptāt & desyderāt aquas, cū fit digestio ci bi. Qd autē dr hic, s. q̄ aquæ fluuiales sunt meliores fontanis, est quidē fm opinionē Medicorū *akar. alioquin fontanæ fm opinionē Hipp. & Gale. sunt meliores. & ex eis maxime orientales, & super arenā incedentes. Cuius quidē probatio est ex hoc, qm̄ aquæ fluuiales colligūtur, & commiscētur cū pluribus aquis, incedentes super terras diuersarum complexionum.

*a l. takar quin. fontanæ th secundū.

131 *Melior est ex aquis pluuialis mūda: quoniam nihil admiscetur eis, quod inferat eis nocumentum.*

In hoc autem conuenerunt omnes Medici: quoniā nō admiscetur aquis huiusmodi, sicut ipsi dixerūt, aliqua terra nociua. Est tamen dubitatio, & controuersia inter eos de bonitate aliarum post prædictas in gradu existentium: nam quidam asserunt fontanas esse meliores, quidam autem fluuiales.

132 *Ex eis autem sunt egredientes à naturali dispositiōe earum, quarum propria actio est secundū complexionē eius, quod admiscetur eis.*

Quędam sunt species aquarum egredientes naturam aquæ simplicis, & veræ, i. quæ non sunt delectabiles, sicut aqua simplex: quarum propria actio consequitur illud, qd fuit eis admixtum. Si ergo sint amaræ, erunt calidæ & siccæ, ratione cōmixtionis partis terrę vstæ cum eisdem. Si vero fuerint salsæ, commiscebitur eis terra salsa. Si autem sint calidæ, erunt eis cōmixtæ terræ sulphureę. Ferūt ēt q̄ q̄dā aq̄ fuerūt reperte acetosę. Erunt etiā q̄ in partibus granatæ sunt quædā aquæ necantes animalia, quæ bibunt ex eis. 133

Omne, quod bibitur ex cerusis, Lacte, et vino, nutrit corpus.

Ex omnibus potibus corpus nutrientibus sunt tria, scilicet ceruisia, vinum, & lac. 134

Potus conuertens corpus ad suā naturā, est sicut oxymel ex sui iuuamento.

Proculdubio intentio sua in hoc loco fuit ad referendū genera ciborū & potuum, diuersas operationes in corpore hominis efficiētium: nō autem fuit intentio eius ad referendum eos, inquantum conseruāt sanitatem, vel tollunt ægritudinem. vnde est ac si diceret: potus sunt sicut aquæ, & alij ab ea: & aquæ sunt aut delectabiles aut non delectabiles: & ex delectabilibus operatiōes sunt tales, & tales: & earum species sunt tales, & tales.

Tertia ex rebus non naturalibus, s. Somnus, & Vigilia.

135 *Somnus est quies virtutū animalium motuarum, & sensituarum.*

Somnus est reuocatio seu regressus virtutum animalium ex apparētia corporis ad eius interius. & hoc, quoniam earum actiones sunt mouere, & sentire quæ in vigilia notantur. K

A tur. hoc autem contingit cum prædictæ virtutes existūt in manifesto corporis, cum earum operatiōes sequuntur eas. Somnus vero est earū quies. nam tunc quiescunt ab operationibus suis, & redeunt ad suam originem, quę est cor, & augent seu confortātur ibidē. Causā autē somni est tam digestio cibi, quā labor. nam cū digeritur cibus, generatur i corde, & in cerebro vapor frigidus & humidus: de natura autē frigiditatis est constringere, & cōprimere, seu in profundū impellere. vnde reuocatur tunc calor naturalis ad suā B originem ex frigiditate occurrente & obuiāte ei: ad cuius egressum cōtingit ēt regressus, & reuocatio sensuum. nā ipsi feruntur sup ipsum, cū ipse sit subiectum eorum. Labor autē est causa somni: quia ipse dispergit, & dissoluit calorem naturalem, & per consequēs infrigidat ipsum. Virtus enim vnita fortior est seipsa dispersa. quo circa in sua colligitur origine, quatenus ibidem confortetur & caleſiat, vitans & fugiens laborem, donec ad suam complexionem primam redierit, aut prope eā: & tunc excitatur animal: sicut excitatur, postquam est completa cibi digestio. C

136 *Ipse enim calefacit corporis interiora, ex quo fit cibi digestio laudabilior & melior.*

Ipse. n. calefacit corpus propter regressum caloris in manifesto corpo tis existētis ad eius interius, ex quo vniuntur tūc duo calores simul, scilicet intrinsecus, & extrinsecus. Et pro tanto subdit, quōd inde efficiatur melior cibi digestio. Nam virtus digestiua efficit tunc opus suum cum prædictis duobus caloribus, vi delicet cum calore* spirituali & proprio eius, & cū calore virtutum sensituarum: quæ quidem tempore vigiliæ suas operationes exercebāt. D * a.l. spūli

Si aūt somnus multū prolongatur, replebitur caput humoribus. 137

Huius quidem causā est, quoniā cūm calor existit intra corpus plus debito, tunc augetur & multiplicatur fumosus vapor, & eleuatur plurimum eius ad cerebrum: & sic repletur caput vapore prædicto: quia etiā iam fuit cibus digestus p somnum profundum. exercet autem calor operationem suam in humiditatibus corporis. vnde componitur tunc vapor ex primo & ex ascendente ab illis humiditatibus ad caput. pro tanto repletur caput illis humiditatibus, quæ humectant ipsum secundum modum prædictū, & lædunt ipsum. E

Ipse etiam humectat corpora, & relaxat, extinguitq; calorē uiuificantem ipsam. 138

Humectatio quidem, quam facit somnus, ideo est, quoniam vigilia exiccat corpora ratiōe eius, qđ scilicet dissoluitur ab eis per motū sensuum. & ideo est, q̄ cūm quiescunt sensus in somno, augetur humiditas spirituum eorum, neq; non etiam humiditas membrorum. Intelligit autem ex dicto suo, cūm dicit: extinguitque calorem, etcætc. quōd multus somnus extinguit calorem, quo virtutes viuunt, & existunt. & hoc, quoniam de natura quietis ē, & similiter de natura coopertionis F

Universidad de Deusto
Biblioteca

G pertionis extinguere calorem, sicut accidit in igne. ignis. n. extinguitur & suffocatur, cū multum & pfecte tegitur, & cooperitur. Continguunt aūt ambo prędicta calori elementari, vel naturali, tēpore somni, s. quies & suffocatio ex mēbris absq; respiratione sufficienti: pp qđ contingit ei tunc extinctio, sicut igni extinseco. nam insufflatio venti ignē incēdit, & inflammat. vnde est hęc vna ex causis respirationis.

139 *Tēperata vigilia excitat valde sensus, et disponit virtutes ad*
H *exercendū operationes suas, & cū hoc mundificat corpus a fæcibus, & superfluitatibus.*

Vigilia mediocris & temperata, s. nō excedens, aut nō diminuta, est illa, qua sensus excitantur. Nā tunc ipsi exercent operationes suas solicite & attente. ipsa. n. disponit vim motiuā ad exercendum operatiōes suas fortes, & cum vtilitate. mundificat ēt corpus a superfluitatibus, i. expellit eas, & educit exterius. de natura. n. vigiliæ est corpus euacuare: nam motus euacuat, & consumit.

I
140 *Ex longa autem vigilia contingit expergefactio, et insomnietas generas anxietatem, & angustiā animæ ipsa etiā dissoluat spiritus, & corpora sedat, & corrumpit splendorē & claritatem corporis & colorem eius, et profundat oculos, nocetq; digestioni, & mentem tollit & disturbat, & corpus in-*

a* vel debilitat. *frigidat,* [a] [ ]

Ex longa vigilia contingit morbus insomnietatis, generans angu- K
stiam & laborē animæ: ipsa. n. euacuat corpus, & magnificat dissolutionē ei⁹. & ideo dicit q̄ ipsa dissoluit corpora & spiritus eorū, & eorū colores & splendorē fędat & corrūpit. nam ex corruptiōe caloris naturalis immutatur color corporis, & splendor eius alteratur. ob hoc etiā causat submersionē, & profundationē oculorū, corruptionē digestiōis, mentis ablationē, & corporis infrigidationem, sicut dixit in textu.

Quarta ex rebus non naturalibus. s. Motus, & Quies. L

141 *In exercitijs ē quod est tēperatum. & hoc docet quod fiat: nam ipsam æquat, & temperat corpora, et efficit egressum superfluitatū, &* [b] *[humiditatum.]* b fœdā

Ex exercitijs ē æquale, & inęquale. Est aūt æquale eligēdū. Est ergo illud faciendū, & eo vtendum: quoniā ipsum æquat corpus, & expellit fæces, & humiditates superfluas ab eodē. æquat autem corpora, seu tēperiem corporum efficit, eo q̄ calorem naturalē confortat. Sed expulsio, quam facit humorum, cōtingit M
ex motu, & ex prædicta cōfortatione caloris naturalis, quam sicut dictū est, hēt efficere. ad cōfortationē. n. caloris radicalis seqūt confortatio virtutis expulsiuæ, & aliarū ab ea.

Disponit etiam corpus ad hoc 142
vt nutriatur, & disponit parum* * Auer. in parum.
ad hoc vt augeatur.

Exercitium æquale & temperatū disponit corpus ad hoc, vt nutriat, & ad hoc, vt superfluitates educantur, necnon & ad hoc, vt calor naturalis

A talis inflammetur. Tempus autem conueniēs ad exercēdum ipsum est, postquam est completa vltima digestio, s. terna. Sunt autem tres digestiones, s. vna, quæ fit in stomacho: alia, quæ fit in hepate: tertia, quę fit in ipsis membris. Et tempus quidē ad exercitandum conueniens est, cū est completa vltima digestio. Nam cum fit ante complementum hui⁹ digestionis, ipsum quidem est ex eę
B teris rebus* nocibilius. & hoc, quia facit tunc egredi, & transire cibum indigestum, & in summa corrūpit ipsum. Nam generatio non perficit nisi cum quiete: cibi autem digestio est membrorum ex eo nutritorum generatio. Intelligit autem, cum dicit: & disponit paruum ad hoc vt augeatur: q̄ exercitium iuuat virtutē augmētatiuam, tam in mēbris paruis, q̄ ætate auctis.

143 *Immoderatū autem ex eo proprie dicitur labor, qui quidem spiritum euacuat, & educit, & laxat corpus, & emacerat pingues*
C *& carnosos, & inflammat calorem extraneum, & ducit etiam humiditates a corpore, & debilitat neruos ex uiolentia dolorum, & facit corpus senescere ante ætatem senectutis.*

Exercitium immoderatum dicit labor. quod quidem spiritū euacuat, & calorem extraneum in corde accendit, & inflammat, qui calor elementari seu radicali* cōtrarius exi- * uel innati
stit. euacuat. n. prę multitudine motus sui humiditatem a corpore, & ex magna dissolutiōe debilitat neruos facitq; senescere corpus ante ætatē D
senectutis, rationē eius, quod ex mē
bris radicalibus dissoluitur.

Vltimata autem quies est in- 144
conueniens, neque est iuuamentum in ultimitate eius, immo quidem replet corpus humiditatibus, sicut & glandulis, & nodis: neque dispo nit corpus ad aliquem cibum.

Illaudabilis est immoderata qes. & omissio motus est illaudabilis. nam excessus cuiuslibet rei est inutilis. De natura autem quietis est replere corpus humiditatibus, ratione paruæ & diminutæ euacuationis fa
ctæ cum eo: & proinde etiam non E
disponit corpus ex ea ad susceptionem nutrimēti, eo s. q̄ non egrediā tur tunc superfluitates a corpore.

Quinta ex rebus non naturalibus, s. de euacuatione, & repletione.

145 *Corpus indiget uniuersali euacuatione omnium membrorum per phlebotomiā, & pharmaciam, ex qua quidem est perfectum iuuamentum in uere.*

Corpora autem indigent vniuer F
sali euacuatiōe, & particulari. fit autem vſis totius corporis cum phlebotomia & pharmacia. particulariter autem in aliquo membro fit p meatus illius membri, cum sunt in eo hmōi meatus. & hoc cū euacuatione speciali ipsius membri. Et qa euacuationum, quædam est vniuersalis, & quędam particularis, incēpit ab vniuersali, dicens q̄ talis est phlebotomia & pharmacia: quę qdem facienda sunt in vere. Est autē sciendum q̄ homines sunt ī hoc diuersi & varij. Nam quidam sunt ha

Universidad de Deusto
Biblioteca

G bentes naturaliter corpus æquale & temperatum exercitantes se: & quidam habent inequale non temperatum, se etiam exercitantes: & quidam habent corpus equale, non tñ exercitantes se: & quidam habent corpus inequale, non similiter exercitantes se. Et corpus quidem equale & exercitatum non indiget proculdubio ī aliquo euacuatiõe facta per pharmaciam, aut phlebotomiã dum vtatur cibis conuenientib⁹, in debita quantitate, & qualitate, & tẽpore assumptus. verum si corpus tẽperatum non exercitaretur conue-
H nienter, indigeret proculdubio euacuatione: & maxime si non vteretur cibo laudabili, & conuenienti tẽpore, quãtitate, & qualitate assumpto. Intelligendum autem per laudabilem qualitatem, ꝙ sit cibus equalis & temperatus. Corpora autem inæqualia indigent proculdubio necessario euacuatione, quãuis etiam vtantur exercitijs, & cibis temperatis. Ex his autem corporibus sunt magis conuenientia euacuationi inæqualia, non se exercitantia, assumẽtia cibũ vsq; ad cõpletã saturitatẽ.

146 I *Vomitus fiat in æstate, sed melancholia educatur in autumno.*

Vsus vomitus laudabilis est specialr in estate. & hoc est, quoniam æstas est ex efficientibus humores natantes in stomacho, siue ī ore stomachi. hi enim humores sunt calidi, quales sunt specialr in estate. Assignauit etiam eductionem melancholiæ in autumno, eo ꝙ tunc eius generatio augeatur. Ver autem est melius cęteris temporibus ad celebrandum phlebotomiam, & sumẽdum pharmaciam. & hoc, quia tũc liquefiunt, & dissoluũtur humores, E & virtus existit fortis & valida.

147 *Gargarismata, & dentifricia purgant, & mundificant palatũ, & dentes.*

Quoniã pręceperat fieri vniuersalem purgationẽ & euacuationẽ, præcipit nunc fieri particularem, dicẽs, decet vt palatum, & caput euacuetur cum gargarismis. ipsa enim sunt medicinæ attrahentes a capite, & euacuantur guttur, & gingiuę cũ abstergentibus, & mundificantib⁹. & sunt plures pulueres, quibus fricãtur dentes, & gingiuę. L

148 *Prouoca vrinam, alias incidet in hydropem. Et prouoca mẽstrua, sin autem corrumpentur corpora earum.*

Vtere medicinis vrinam prouocãtibus, alioquin timeas hydropẽ. Et similiter vtere medicinis prouocantibus sanguinem mẽstruum in mulieribus, aliãs earũ corpora corrumpentur.

149 M *Educ fæces in colica: nam in earum eductione curabitur patiens.*

Cum stringitur natura & impedietur, seu prohibebitur fęcũ egressio, dentur in potu medicinę educti uæ: nam ex hoc curabitur patiens, hoc tamen est ex capitulo curationis, & practicę.

150 *Vtere balneo ad tollendum sordes, & immunditiam. neq; sit in hoc piger, si velis educere superfluitates a corporis superficie, & cutẽ ab accidẽtibus immunditiæ mundam facere.*

Bal-

I Balneum est necessarium ad purgandum superfluitates tertiæ digestionis. & ob hoc disponit corp⁹ ad susceptionem cibi. ob hoc etiam cõgruit, & necessarium est in conseruatione sanitatis. vnde priores vtebantur eo omni die, postquam fuerant prius exercitati. Est autem vna ex conditionibus eius, sicut & exercitij, ne diu fiat cum cibus sit in stomacho. Et immunditia quidem est super corpus sordities ex superfluitatibus tertiæ digestionis collecta. Ex proprietate autem balnei est humectare corpus, & reddere ipsum
B spongiosum: facitq;, vt digestio cõpleatur, & perficiatur.

151 *Coitus etiam commendatur iuuenibus, quatenus per eum a nocumentis pernitiosis liberentur.*

Cum erunt iuuenes calidæ & humidæ complexionis, & collectio spermatis in eorum corporibus, non nocebit eis vsus temperati coitus: alioquin contingent eis morbi magni, & illaudabiles.

152 *Nequaquam autem cõcedatur macris, sembus, aut ẽt debilibus.*

Proculdubio coitus inducit, & pC cipitat macros in hecticam. & si F senes, & debiles in eundem morbũ præcipitat.

153 *Incurret podagram, & dolores alios ille, qui vtitur coitu immediate post cibum sumptum.*

Prognostica ei, qui vtitur coitu cibo sumpto, ꝙ continget ei podagra: & est dolor pedũ: & species arthriticæ, quę schiatica nominatur: neq; non etiam alij dolores multi, sicut dolores contingentes ex oppilationibus, & apostematibus, & dolores artuum, & apostema etiam, & D febres. Quod ideo cõtingit, quoniã coitus super cibum factus facit egredi & transire cibum indigestum, & inde causat generationẽ oppilationum, pro quanto necessitat in vtente eo, sicut dictum est, omnes morbos prędictos. Ipse etiã nocet, si fiat tempore famis: qm̃ exiccat corpus. vnde conuenientius tẽpus ad vsum eius est medium inter illa: & est id, quod prope complementũ est digestionis. ipsum enim tempus est magis congruum ad hoc: cum sit tempus egressus & expulsionis superfluitatum. nam sperma est intrinseca E superfluitas aliqualis.

151 *Multus coitus debilitat corpus facitq; ipsum hæreditare varias species nocumentorum, & dolorũ.*

Nedum dicimus ꝙ multus coit⁹ debilitat corpus, & facit ipsum consequi varios dolores & morbos: qnimmo ꝙ diminuit & abbreuiat valde vitam, facitq; eã valde breuiter, & celeriter terminari. Aristot. enim asseruit ꝙ animalia multi coit⁹ sunt breuioris vitæ: probans hoc, & confirmans ex passeribus, qui nõ viuũt nisi per annum solum: inducens su F per hoc probationem, quoniam nõ apparet nigredo super guttur illorum, qui videntur in autumno: quę quidem nigredo significat super senes ex eis. Huius autẽ ratio est: quoniam coitus dat, & infundit similitudinem suam in specie sua. simile autem egrediens ab omnibus membris generat vitam. & ideo multa ex vegetabilibus exiccãtur, cum semẽ producunt. Est etiam quoddam animal, quod immediate moritur, post quam generauit.

G Sexta ex rebus non naturalibus .ſ. de paſſionibus animæ.

155 *IRa animæ excitat calorem, generatq; interdum alia nocumenta.*

Hoc eſt de ſe notum, ꝙ ira excitat calorem corporis, & generat in corpore etiam febrem, quę dr̃ ephemera. & ſi corpus eſt præparatum, facit febrem putridam. & quandoq; impellit humores de mẽbro ad mẽbrum, & cauſat generationem apoſtematum. quod quidem intellexit cum dixit: generatq; interdum in

H corpore alia nocumenta. & intendit ꝙ hoc eſt, cum eſt in corpore mala diſpoſitio.

156 *Timor animæ incitat frigiditatem, qui quandoque magnificatur in patiente intantum, donec lædat in ultimo.*

Timor animę generat in corpore frigiditatem. & ob hoc accidit tremor metuenti. & interdum magnificatur in tantum in patiẽte, donec ipſe moriatur. Huius autem cauſa eſt regreſſus caloris naturalis ad cor ex tumore cauſatus,

I

157 *Magnum & multum gaudiũ impinguat corpus, & ideo multũ lædit pinguem, & craſſum.*

Gaudium magnum eſt ex rebus corpus impinguantibus. ꝙ ſi magnificetur valde & contingat ſubito, necat, & interficit: & maxime valde pinguem. Et hoc, quia in corporibus magnam pinguedinem habentibus eſt paruus calor ratione parnitatis, & anguſtiæ venarum ipſorum. cum autem motus iſte, ſcilicet caloris naturalis, & eius excitatio eſt æqualis, tunc quidem cauſat K pinguedinem corporis.

Ex lamento quidem, & triſtitia fertur iudicium nocumenti ſuper macrum, & confert indigenti diſſolutione, [a] [ ] 158

a fecit cum nota

Lamentum & triſtitia interficit interdum macrum, & confert indigenti diſſolutiõe, quia diſſoluit corpus. Cuius cauſa eſt, quia triſtitia cauſa eſt collectionis & coadunationis caloris naturalis in corde: & ob hoc infrigidatur corpus ab ea: ex cuius infrigidatione contingit diminutio nutrimenti eius. Pro tanto ſi fuerit macrum, additur inde in macie eius in tantum, ꝙ interdũ ſignificat mortem in eo. ſi vero corpus fuerit pingue, permittit, & tolerat quod diſſoluatur. Et in hoc quidem terminatur, & perficitur tractatus de rebus neceſſarijs poſitis in generatione ſanitatis, i. ex quibus ſanitas efficitur, & conſeruatur. L

Tractatus ſecũdus, de rebus extra naturam, & primo de Morbis generatis in membris conſimilibus. M

159 *MOrbi ex ſuperfluo calore in membris conſimilibus abſque ſuperfluitate generati ſunt, ſicut morbus febrilis & conſumptiuus, ſicut in hectica, & phthiſi.*

Morbus in ſe & in generali conſyderatus, eſt mala diſpoſitio in corpore exiſtens, inferens operationib⁹ ſuis & mutationibus nocumentum.

Mem-

A Mẽbra autem conſimilia ſunt, quorum totũ & pars ſunt vnius & eiuſdem naturę: & cum eſt morbus in eis, obeſt operationibus & mutationibus ipſarum. ſunt autem mẽbra iſta, ſicut caro, os, & ſimilia. nã quælibet pars oſſis eſt os: & quælibet pars carnis caro. Membra autem diſſimilia diuerſarum partium ſunt, quorũ totius & partis nequaquam eſt idẽ nomen: ſicut manus, cuius pars nec eſt, nec dicitur manus. Et decet quidem ꝙ ęgritudo in partes duas pri⁹ diuidatur, ſ. in eam, quę exiſtit in cõſimilibus, & illã, quę in membris cõpoſitis generatur. Et intẽdit ꝙ morborum in membris ſimilibus exiſtium ſint duę ſpecies, quarum vna refertur qualitatib⁹ primis, ſicut caliditati in membris conſimilibus. & hoc intelligit, cum dixit: Morbi ex ſuperfluo calore in membris conſimilibus abſq; ſuperfluitate, &c. i. quia fiunt morbi ex calore abſque materia: ſicut contingit in phthiſi & hectica, ſicut ipſe dixit. hę nanq; duæ ęgritudines ſunt ex calore abſq; materia. Cum autem generatur calor prẽter naturam in aliquo ex mẽbris corporis, nequaquam habet ſibi nomen appropriatum: ſed cum generatur in toto corpore, vocatur febris. Et ſi membra illa fuerint radicalia, vocat' hectica, & conſumptio. ſi aũt calor fuerit in humorib⁹, vocatur febris putrida. ſed ſi in ſpiritibus vocat' ephemera, vel febris dyei.

160 *Morbus autem ex calore cum humore, eſt ſicut febris putrida.*

Intendit ꝙ morb⁹ de caliditate diuidatur in duas ſpẽs: vna eſt abſque materia, ſicut hectica, quam ꝓdixit: vel cũ materia, ſicut febris putrida.

Ex eis etiam ſunt morbi frigidi abſque materia, ſicut congelatio contingens ex niue, grandine, uel frigore. Et ex eis eſt frigus cũ materia, ſicut paralyſis cum magna quantitate phlegmatis. D 161

Morbus de frigiditate diuiditur in duas ſpecies: quarum vna eſt abſque materia, ſicut congelatio contingens ex frigiditate extrinſeca niuis, & grandinis: alia autem ex humore in corpore exiſtente, cuius, ſ. cauſa eſt humor frigidus in corpore exiſtens: ſicut in paralyſi ex domi- E nio phlegmatis, cum eſt ſopita, & ĩmobilis facta medietas corporis. Sed congelatio eſt dormitatio, cuius cauſa eſt frigiditas.

Ex eis eſt humidus abſque [a] *[ſuperfluitate,] ſicut habitudo corporis, quæ laxa uel mollis uidetur. Et ex eis eſt morbus humidus cũ materia humorali, ſicut repletio uentris in hydrope.* 162 a mã

Quidam ſunt ex morbis humidis, prẽter ꝙ in corpore humor ſit, vel materia: ſicut habitudo corporis laxa. & ex eis eſt humidus ex hu- F moribus in corpore exiſtentibus: ſicut repletio ventris in hydrope: nã in hydrope eſt hũiditas cũ materia.

Morbus ſiccus cum materia eſt ſicut cancer, uel glandula. Sed ſiccus, præter quòd in corporibus ſit materia, eſt ſicut ſpaſmus ex inanitione. 163

Morbi ſicci diuiduntur in duas ſpecies. Quarum vna eſt cum materia & ſuperfluitate corporis: ſicut

G apostema,quod cancer dicitur, vel scrophula glandula. Glandulæ autē sunt apostemata in subascellis,& in inguinibus generata,vel collo, quæ proprio nomine scrophula nominatur: & hæ quidem omnes ex materia sicca generantur. Alia autē species est morbi sicci absque materia: sicut siccitas contingens ex immoderata euacuatione. vnde spasmus inde contingens nō est spasmus ex repletione: quia spasmus est, & fit ex repletione, & ex inanitiōe. Hi autem morbi,quorum præcessit rememoratio, sunt octo, i. morbus cali-
H dus,morbus frigidus,morbus humidus,& morbus siccus: & quilibet ex istis est cum materia, vel absq; materia. Ex his autem alij quatuor cōponuntur,s. morbus calidus & humidus,calidus & siccus,frigid⁹ & humidus,frigidus & siccus. Qui etiam in duas species diuiduntur sicut primi,& sic erunt octo:qui si primis octo coniungantur,erunt sexdecim. Erunt ergo in vniuersō morbi mēbrorum consimilium sexdecim. At tamen secundum exquisitam veritatem impossē est esse morbum ex
I sola caliditate,vel frigiditate,aut humiditate, vel siccitate. & hoc ideo, quoniam causæ prædictarum ægritudinum sunt proculdubio humores:qui quidem humores non sunt nisi quatuor, s.calidus & siccus, vel calidus & humidus,frigidus & sicc⁹ vel frigidus & humidus. Siquis aūt dicat q̄ Galenus ponit morbos simplices absq; materia: Dicemus q̄ tales morbi absq; materia habent ꝓculdubio ab extrinseco generari.res autem extrinsecę aut sunt frigidæ & siccę, aut frigidę & humidę, aut calidę & sic-
cæ. Vnde si esset possē eē ęgritudines K ex sola frigiditate vel sola caliditate,esset possibile quidē esse rē solum calidā vel solū frigidam: hoc autē est falsum,& impossē:ergo,&c.

De ægritudinib⁹ membrorum instrumentalium vel organicorum.

In membris organicis existunt morbi,cum accidit in plasmatione læsio,uel nocumentum. 164

Membra organica sunt sicut manus,caput, & cætera ex consimilibus composita, quorū s.totius & partis non est idem nomen,sed diuersum. L Sunt autem ſm Medicos quatuor genera morborum in prædictis mēbris gñatorum,s.morbus in plasmate vel forma,in quantitate,in numero,& in positione. Et morbi in plasmate diuiduntur in morbos continentes in figura, & eos qui ex corruptione concauitatis membrorū generantur, & eos qui ex asperitate & lenitate eorundem contingunt. Ipse aūt incœpit a morbis in plasmate pertingentibus. vnde inquit: In mēbris organicis existunt,eū accidit in plasmatione læsio vel nocumētum. M subaudimus, sicut si alicuius ex eis forma, vel figura corrumpatur,vel eius concauitas,vel porus:vel si mēbrum,quod natura debet esse asperum,lene fiat: vel econuerso,s.quod debet esse lene,fiat asperum.

Est autem morbus in augmento,si fuerit caput nimis magnum. Et in diminutione,si fuerit stomachus nimis paruus. 165

Morborū in quantitate sunt duę spēs, vtpote augmentum & excessus in quantitate mēbri,sicut caput nimis magnū: vel diminutio in quantitate,sicut stomachus nimis paru⁹.

Si videatur forma capitis lata uel compressa,erit error uel peccatum in plasmatione.

Quoniā retulerat duo gña morborum organicorū, vtpote cōtingētium in plasmate, & q̄titate ipsorū: & cōsequenter diuiserat eos, q̄ sunt in q̄titate in duas spēs,q̄ ex augmēto & diminutione ipsarum contingunt:incœpit nūc morbos ī plasmate dividere in spēs suas. vnde inquit q̄ ex morbis plasmationis est, cum
N corrūpit̄ forma mēbri a principio suæ gnationis:sicut cōtingit pueris nascētibus, quorū capitū forma alicui organo lato assimilatur: aut ēt sicut natus habens tibias obliquas.

Ex eis etiam est morbus in concauitate,cum accidit ei nocumentum,sicut cum planta pedis carne repletur. 167

Spēs secūda ex morbis, s.plasmationis,est morb⁹ in cōcauitate: sicut si concauitas pedis in tantum carne repleat, q̄ nulla cōcauitas ibidē videat: vnde hmōi patiens nequaq̄ super ossa rotunda & gibbosa pedum firmat,vel appodiat gressus suos.

Aut si accidat etiam, quod interponatur aliquid in poris et meatibus:sicut contingit in oppilationibus ex lapidibus renū cōtingentibus. 168

Hęc est tertia species vel morbus plasmationis, & est coarctatio pororum,& cannalium membrorum:sicut contingit in oppilatione generata in cannalibus renum ratione lapidum,vel calculorum in eisdem generatorum.

Aut si membrum,quod debet esse asperum, fiat lene,vt stomachus in quo superflua humiditas exuberat:aut si quod debet esse lene,exasperetur,sicut canna pulmonis cum exiccatur. D 169

Ex morbis in plasmatione est adhuc quarta species:& est,cum membrum, quod naturaliter debet esse asperum, efficitur molle & lene, sicut stomachus superflua humiditate oppressus:q̄m stomachus naturaliter debet esse asper, durus, & solidus,sicut inquit Gale.quatenꝰ possit firmiter comprehendere,& commi- E
nuere cibum, cum digeritur in eo: aut cum membrum, quod ex prima creatione & plasmatione debet esse lene,exiccatur & exasperatur,sicut canna pulmonis, cui siccitas immoderata accidit.

Est autem numerus a natura egrediēs ī sex,vel quatuor digitis. 170

Quia retulerat morbos in creatione contingentes,& in quantitate & cum hoc diuisit morbos in plasmate ī parte ante istam,in quatuor species:voluit nunc referre tertium F genus prædictarum ęgritudinū.hoc autem genus est de morbis in numero membrorum. Diuisit autem morbum in numero, sicut morbū in quantitate in augmentum & diminutionem. vnde intendit, quòd in membris,quorum operatio completur in numero determinato, est numerus innaturalis, si determinatus augeatur, vt si quis nascatur cum sex digitis: vel minuatur, vt cum quis solum cum quatuor digitis nascatur.

G

171 a mãdibulæ inæquiliter

Interdum uniuntur duo digiti, & coniunguntur. Et interdū a [*ũcta naturaliter*] *separantur.*

Intendit ꝙ morbi situs & positionis diuidantur in duas species. Quarum vna est coniunctio eorũ, quæ naturaliter debent esse separata: sicut contingit in eis, qui nascuntur cum quibusdam digitis coniunctis. Alia est, cum separantur membra, q̃ naturaliʒ debent esse coniuncta.

De solutione continuitatis.

H

172 b mẽbris cõpositis, aut i simplicib⁹. In cõpositis.

Solutio unionis existit in b [*cõiunctione membrorum, aut in separatione. In coniunctione*] *quidẽ, sicut in dislocatione brachii, & incisione pedis uel manus.*

*a.l.vnionis *a.l.dislocatio.

Hoc est genus ęgritudinum notarum in solutione* indiuisi. Fit autem * dissolutio continuitatis tam in membris consimilibus q̃ in organicis. vnde intelligit ꝙ fit in organicis, cum dicit ꝙ * dissolutio indiuisionis consistit in coniunctione mẽbrorum. Potest nihilominus fieri in aliquo ex membris consimilibus, sicut in fractura ossis, vel incisiõe carnis. & hoc intellexit, cum dixit ꝙ solutio * indiuisi reperitur in solutiõe membrorum, i. ꝙ sicut reperitur solutio * indiuisi in aliquo membro cum alijs coniuncto, sic etiam reperitur in aliquo membro solo existẽte, & alij non coniuncto. & intelligit de dicto suo, sicut dislocatio brachij, & solutio vnionis in membris organicis, & est illa, quam dixit prius in coniunctione membrorum, & etiam in hoc capi. manus, vel pedis abscisio.

I

*a.l.vnionis *a.l.vnionis

c [ ] *Solutis in ossibus est fractura: in tunicis autem, & uenis dicitur ruptura: sed solutio facta secundum latum uel longum in neruis, dicitur fixura, uel punctura.*

K

173 c in cõplicib⁹ idem.

Diuersa sunt nomina solutionis continui in membris consimilibus. nam facta in osse, dicitur fractura: sed in venis, & tunicis, dicitur ruptura: & facta in neruis secundum longum aut profundum, dicitur fixura aut punctura.

Solutio facta in ligamẽtis, uel chordis dicitur quassatio, & Arabice dicitur d [*rabathe.*] *Sed facta in carne dicitur uulnus. si tamen produceretur tempus eius, diceretur ulcus. Sed facta in musculis, uel lacertis dicitur attritio. Sed facta in sola cute dicitur excoriatio.*

L

174 d alibi rabat

Solutio facta in ligamentis dicit Arabice rabat: sed facta in chordis dr̃ alhucar. Sed facta ī carne dr̃ vulnus. & si producitur tempus eius, dr̃ vlcus. Sed cum separatur cutis a carne, dicitur excoriatio. M

Capitulum { de rebus egredi- entibus a natura, videlicet } { de Causis morborũ. }

e —

f secũdo

g —

Causæ diuiduntur in h [*manifestas apparentes*] *quæ scilicet contingunt cuti, & superficiei corporum sicut ignis & nix, percussio, aut ruptura contingens ex saltu.*

175 h primitiuas.

Postq̃

A Postquam perfecit relationẽ de speciebus morborum, cœpit nunc referre etiam causas efficientes ipsorum. Et quia tres sunt species causarum: sunt. n. quædam extra corpus, quæ primitiuæ & manifestę nuncupantur: & quædam sunt intra corpus: ex quibus quædam sunt ꝓpinquæ, quæ coniunctæ dicuntur: quædam distantes & remotæ, quæ dicũtur antecedentes: ideo cœpit nunc dividere causas in has tres species. Vnde inquit: Causæ diuiduntur in manifestas & apparẽtes, & est intendens, ꝙ causæ diuidantur in primitiuas, & antecedentes, & coniũctas. B Consequenter autem dicit, q̃ sunt causæ primitiuæ, dicens quæ s. contingunt cuti, & superficiei corporũ, &c. sicut ignis qui calefacit, & nix, quę exterius occurrens infrigidat, & ruptura venę contingens ex saltu. saltus nanq; est causa morbi cõmunis, vtpote solutionis continuitatis: & ignis & nix sunt causæ morbi consimilis, qui est in membris consimilibus specialiter generatus, vtpote malæ complexionis.

176 C *Ex causis etiam sunt, quæ dicũtur coniunctæ, & ipsæ quidẽ sunt inter has species differentes. & hoc quidem, quia quãdiu continuatur putrefactio, continuatur febris putrida. Ex causis etiam sunt, quæ antecedentes appellantur, omni repleto corpori congruentes.*

Causæ intrinsecę diuiduntur in causas propinquas, quę coniunctæ dicuntur, & sunt proprię & immediatæ causæ ī ægritudine. & ob hoc teor ipsum dixisse, ꝙ sint differentes inter has species: hoc est dictu, ꝙ faciunt differentiam inter has speD cies, & ꝙ faciunt differre quasdam ex speciebus morborum, in quibus sunt, sicut putrefactio, quæ est causa caloris extranei: & causas distantes & remotas, quę antecedentes nominantur: sicut est repletio, quę est causa oppilationũ, & oppilatio causa putrefactionis, & putrefactio est causa febris. Est autem proprium causæ coniunctæ, vt ipsa ablata, tollatur & auferatur morbus. non autem ita est de antecedente, immo è conuerso. & ob hoc ablata putrefactione, aufertur & cessat febris: quæ E tamen non aufertur vel separatur, & si repletio auferatur.

177 *Ex causis efficientibus vniuersaliter est quicquid corrumpit mẽbri complexionem ex infusione humoris ad ipsum.*

Quicquid causat membri corruptionem ex infusione humoris ad ipsum, habet vniuersaliter rationẽ causæ efficientis.

De causis effusionis materię. F

178 *Hæc sunt potẽtia impellentis, & debilitas seu impotẽtia recipiẽtis, & multitudo mali humoris fluentis, & latitudo meatuum, et debilitas nutritiuæ: hæc enim est sufficiens summa earum: necnon etiam quia uidebis qualitatem in substantia corporis existentem superari, & ad suam contrariam declinare.*

Causę infusionis materię ab vno membro ad aliud sunt fortis potentia expulsiuæ membri humorem im-

G impellentis, & debilis virtus mẽbri recipientis. Et secũda ex eis est multitudo humoris in membro impellẽte. Tertia autem est latitudo meatuum inter membrum recipiens & impellens existentium. Sed quarta est debilitas nutritiuæ in membro recipiente. & hoc est, fm q̃ videtur mihi, quod intellexit, cum dixit: & debilitas nutritiuæ. & potest tolerari q̃ ipse intellexit q̃ debilitas virtutis nutritiuę est causa, q̃ contrarij humores superflui in membro impellente generentur. Intellexit autẽ, cum dixit: necnon etiam quia videH bis qualitatem in substantia corporis existentem superari, & ad suam contrariam declinare: q̃ videbis aliquem ex humoribus membri qualitatem vincere & superare, & ad sui contrariam transmutare. vnde est, ac si diceret, q̃ vna ex causis expulsionis alicuius humoris ab aliquo membro, est nocumentum forte illius membri, causatum ex illo hũore, qui in eo existit. Et nihilominus ex causis expulsionis ab vno membro ad aliud est, cum membrũ impellens situatur super recipiens.

I De causis ægritudinis calidæ.

179 *Quod generat in eo calorem, est quidem causa, quare cõtingat corpori illud, quod inde eidem contingere consueuit. Vsus autem eius alii est calidum in potentia. sed calidum in actu est sicut calor solis,*

a vl ęstus aer.

a[ ]

Intendit hic, q̃ calor exis in corpore inducat in eo illd, qđ est cã doloris. vñ est ac si diceret, q̃ inducit in eo illud, quod est aptum de natura sua inducere, s. dolorẽ. Sũt aũt calidi K duæ spẽs: quarũ vna est calida in potẽna, sicut allium, & piper: secunda vero calida est actu, sicut aer calidus paulopost meridiem.

180 *Ex his sunt motus animæ, sicut ira, & motus corporis, sicut labor, & corruptio, & putrefactio, & cibi paruitas, & quod poros cutis claudit & constringit, sicut aer.*

Ex causis calefacientib⁹ sunt fortes motus aīæ, sicut ira, & motus corporum fatigantes, & humorum putrefactio, & cibi pauitas, & oẽ id, L qđ cutis poros claudit, & cõstringit, sicut alumen, & aer frigidus, & similia. quia q̃n cutis cõstringit, calor suffocatur, & cuentari prohibetur: & inde proculdubio gnatur febris, quæ ephemera nominatur.

Causæ ægritudinum ex frigiditate.

181 *Causa vero harum ægritudinum est quicquid in eo frigiditatem generat. & quandoque soluitur ex eo continuum, cuius virtus aut est in potentia, velut cõtingit in hyoscyamo assumpto: aut in* M *actu, sicut in niue.*

Quicquid gnãt in corpore frigiditatẽ, soluit, pculdubio interdũ cõtinuitatem, sicut cum est violentum & forte: efficitq; tunc morbum, qui continuitatis solutio appellatur: sicut patet in solutione digitorum ex niue contingente. Actus autem & opatio ex frigiditate diuiditur primo in duas spẽs, sicut & opatio contingens ex calore. Est. n. quædam infrigidatio in potentia, sicut hyoscyami: & quædam actu, sicut niuis.

Fa-

N *Fames est, cum pabulum spi-*
rituum terminatur, & sicut cõtingit cum terminatur, & consumitur oleum in lampade vel curcibulo. vehemens etiam saturitas, & crapula calorem suffocat, & extinguit.

Cum autem est fames adeo fortis & valida, q̃ actio * naturæ, qua corpus nutritur, terminatur, contingit quidem spirituũ diminutio seu extinctio, & corporis infrigidatio. & sic etiam accidit splendori luminis, seu flammę, diminutio, cum est oleũ in curcibulo omnino consumptum, vel etiam diminutum. Et superexcedens crapula, cuius causa est superfluus cibus, velut contingit in prosequentibus immediate appetitum, est causa infrigidationis. hæc .n. calorem tegit, & suffocat naturalem: quemadmodum excedens olei quantitas tegit flammam. donec ipsam omnino suffocet, & extinguat.

183 *Motus autem fortes & diurni sunt causa euacuationis spirituum & infrigidationis corporis. quatenus etiam infrigidatur calor, sicut & flamma fumo extinguitur.*

Cum tempus fortium motuum producitur, infrigidat corpus ex eis: licet in principio corpus calefaciãt: tamen cum producuntur, inde spiritus educuntur, & per cõsequens corpus infrigidatur. Quies etiam & ocium corpus infrigidant: quoniam ex omissione motus augetur & magnificatur fumosa superfluitas super calorem naturalem, & ex ea suffocatur: sicut extinguitur ignis cum fumo præmitur, & supra ipsum dominat. Est quidẽ necessaria calori D naturali ispiratio, & mono, vl icitatio, sicut igni euẽtatio, vl exsufflatio

Fortis & valida corporis dẽsi 184 *tas cõcludit calorem in corpore, donec extinguatur. corpus immoderate rarum seu spongiosum de facili infrigidatur, cum sit propinquũ, & dispositum ad hoc, ut in eo calor de facili dissoluatur.*

Immoderata corporis dẽsitas sic calorem in eo recludit, donec extinguatur, sicut contingit exterius in igne, quando sine respiraculo omniE no cooperitur. nã moderata & parua densitas calorem conseruat, & p consequens corpus calefacit: sed immoderata calorem extinguit naturalem. Et similiter infrigidatur corpus nimis rarum. nam minuitur in eo calor, & paruus efficitur: sicut cõtingit in clibanis, & balneis multa respiracula habentibus.

Cãe ægritudinũ ex hũiditate. 185

b hũiditatẽ actu generãtia. vl actua fr humida.

Quinque sunt numero scripta b [humiditatem generantia] ex quibus aqua calida dulcis super totũ corF pus infusa est humida in actu.

Asserit quod humectantia sunt causæ humiditatẽ facientes, & sunt quisq; ex quib⁹ est humectãs i actu, vt aqua calida: quod quidem intelligit verũ, dũ fuerit aqua delectabilis, & eius infusio super corpus multa.

Ex humectantibus autem i po- 186 *tentia est vsus lactis, & piscium delectabilium, caseis recentis, quies corporis, ẽt recluso humiditatũ, et ĩmoderata refectio vel saturitas.*

Ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Ex humectantibus in potentia sunt sicut potus lactis, esus piscium in aqua dulci habitantium, caseus recens, quies corporis, ocium, & saturitas immoderata, & restrictio humiditatum in corpore. Intellexit autē humiditatum retentionem fieri ex his, quę retinent humiditates in corporibus, seu prohibent egressum earum: cuiusmodi sunt, quę poros corporis coarctāt, claudunt, & stipant.

Causæ ex siccitate.

187 *QVinque sunt siccitatem generantia, sensu intellecta*
H *vel apprehensa: ex quibus quædam actu exsiccant, sicut boreas: & quædam potentia sicut esus sinapis: & tanta fames seu abstinentia, per quam humiditas corporis consumatur: & omnis motus fortis & violentus: contingit etiam corporis exsiccatio ex ventris solutione.*

Hæc quinq; sunt de se intellecta ex modo loquendi eius in eisdem. Vnum est, sicut cum dicit, de exsiccantibus in actu est boreas, & frequens inuolutio, & continua habitatio in terra vel arena. Et in potentia, sicut sinapis esus. Et fames exsiccans corpora. & hoc, quoniam ex cibo naturalis calor intenditur, vnde ablato uel subtracto cibo, agit calor in membris corporis, & in humiditatibus eorum, consumens & exsiccans ea. Et similiter ex motib⁹ fortibus & violentis contingit siccitas corpotis. Et ex inanitione superflua, sicut ex superflua phleborotomia, aut solutione ventris. Postquam expleuit rememorationē ęgritudinis membrorum consimilium, accedit nunc
K ad rememorationem membrorum organicorum.

Causæ ęgritudinum organicarum.

188 *CAusæ magnitudinis membrorum sunt fortitudo, & potentia formatiuæ, & etiam nutriens.*

Duæ sunt causæ magnitudinis membrorum, s. fortitudo plasmatiuæ, & magnitudo materię, quā per nutriens intelligit.

189 *Causæ paruitatis membrorum*
L *sunt contrariæ eis, quæ magnitudinem efficiunt in eisdem.*

Intellexit ꝙ causę paruitatis membrorum sint debilitas plasmatiuæ. & paruitas materiæ.

190 *Causa corruptionis formarum est in numero similitudinum: quod quidem ratione malitiæ complexionis existentis in matrice contingit, aut*[a] *[paruitate spermatis], aut malo egressu fœtus in ortu suo ex cuius tortura contingit peccatum in figura, & forma.*
M

Causa corruptionis formarū membri cadit in numero recipiētium similitudinem, & figuram. & hoc cōtingit ratione malæ complexionis matricis. Nam malitia complexionis matricis disponit interdum passum, quod recipit formam, & agens taliter, ꝙ agens malam imprimat formam, aut ꝙ recipiens malā formā recipiat: aut diminutione & paruitate spermatis, qua receptio formæ, vel eius actio vel generatio impeditur. quod quidem verum est fm opinionem

A nem eius, qui opinat esse in sperma te potentiā actiuā. Contingit etiam interdū, sicut dicitur, prędicta corruptio ex re extrinseca, vtpote in natuli egressu fœtus in natiuitate. sed hanc corruptionē formæ reparant obstetrices frequenter, fasciando sicut decet, prius ꝙ indurentur ossa. & in summa corruptio formæ ab extra accidit, vel ab intrā. ab intra quidem accidit vel malitia agentis, aut malitia passi & recipientis, vel ambabus simul. eorum autem malitia etit ab eisdem, aut à matrice.

Ex his etiam est nutrix, si de-
B *liquerit fasciando ipsum, aut elevando, vel deprimendo ipsum.*

Nutrix ēt ē causa, quare nati mē bra torruosa efficiuntur, cùm errat in fasciando ipsum, seu in ligando ipsum cum fascia: & hoc quia ex teneritate & humiditate ossium ipsi⁹ augentur secūdū figuram ex ligatura eis impressam: sicut etiā contingit, errore ab eadē commisso in eleuatione, aut depressione eius,

Vel si forsan augeatur in eo ci-
C *bus, aut ad nutriēdu mal⁹ existat.*

Excedens cibi extrinseci quantitas similis est causa corruptiōis formæ: sicut & excessus materiæ ſtrin secæ, s. contingens à principio generationis. & hoc, quoniā ex multitudine materiæ debilitatur virt⁹ plasmatiua in productiōe formæ. Et similiter vī contingere, cum aufertur sibi lac, & nutritur, & cibatur nutrimēto grosso ante tempus cōueniēs ad nutriendū ipsum tali nutrimento. nam cum subripitur humidum subtile ei, puta lac, corrumpitur quidem magnitudo membrorū in forma à principio in eodem impressa.

Aut si puer debilitate sua ca- D
dat, cùm non regitur ab aliquo, et 193
ipsius tibia, aut crus inde frangā-
tur, vel eius nasus percutiatur taliter, quòd inde tensionem & de-
pressionem patiatur. non enim potest materia rectificari, si moueatur quis impotens se sustinere ratione fracturæ ossis nondum perfectē consolidatæ.

Hę autē cāę omnes sunt extrinsecæ. nam cū permittitur puer ambu E
lare, antequam habeat potētiā ambulandi, contingit quidē ei obliquitas seu tortuositas suarū tibiarum. corrumpitur ēt forma in aliquo, cū fractū fuerit aliquod ex ossibus ipsius, si prius quam eius consolidano perficiatur, moueatur.

Hoc etiam facit multitudo hu 194
morum,[b] *[sicut] in leprosis, et*[c] b*—
[paruitas eorundem: sicut in he-
ctiam diuturnam, & continuas
febres patientibus.]

c. paucitas eorūdē in phthisi cōtinua, vel extenuatione continua.

In leprosis quidem contingit generaliter corruptio formæ membrorum suorum: & similiter cōtingit in extenuatis & consumptis. Causa autem huius siccitas est, quę cū difficultate formam recipit. F

Aut tortura oris & facies con 195
tingens ex mollitie, et relaxatione nerui, aut corrugatione, & nerui tensione versus collū declinātę.

Proculdubio cāæ istæ sunt morbi. Nā tortura faciei fit relaxatione & mollitie nerui existentis in parte contraria, habente colligantiā cum parte obliquatē habēte, & pars infirma

G ma etiam non corrugatur. Fit et interdum tensione & corrugatione nerui, & tunc proculdubio pars læsa obliquatur, & corrugatur.

196 *Vestigia apostematum, & cicatrices ulcerum, et uulnerū proculdubio formas in superficie corrumpunt.*

Cā quidem hmōi in apostematibus est putrefactio reliquiarū suarum. Sed in vlceribus, & vulneribus causa est mala cōiunctio ipsorum.

H Causæ clausionis meatuum & pororum.

197 *Sapientes dederunt operam in collectione eorum, quæ sunt de genere claudentium & obturātium poros et meatus: ex quibus sunt fortitudo retentiuæ, & debilitas expulsiuæ: interdum et frigus est causa huius.* d [ ]

d* cōgregando vel coadunando.

Pori & meatus claudūtur dominio & fortitudine retētiuę virtutis, & debilitatis expulsiuæ. frigus etiā coarctat & cōstringit poros & meatus. qd quidē patet ex corrugatiōe, seu coadunatione neruorum ex frigore contingente.

I 198 *Siccitas etiā coarctat eos valde: & similiter faciunt ligaturæ:* e [*apostema etiam angustat.*] *et* f [*obliquat eos per cōtrictionem exterius in aliquo membro generatam:*] *stringit etiam eos medicina styptica.*

e* vel stringuę, cū aggregant coarctādo & apostema coarctat. f* cōtorsio exterius in aliquo mēbro, & qñque.

Siccitas aucta ī aliquo membro stringit & coarctat poros & meatus eius. Idem etiā facit ligatura facta super membrum. Proculdubio apostema generatum in aliquo mēbro exterius angustat meatus & poros constringendo. Constringit etiam eos medicina styptica.

K 199 *Hoc etiam cōtingit interdum consolidatione uulnerum & ulcerum: & etiam uerruca seu porro: et carne īnaturaliter augmētata.*

Ex causis meatus claudētibus est cum vlcus, vulnusue in naturaliter consolidatur: sicut contingit in cō solidatione longitudinis vel superficiei meatuum. Verruca etiā in eis L nata est ex causis clausionis eorum: nascitur enim interdū interius, sicut extetius. Ex eis etiā caro est innaturaliter in eis nata.

200 g* Ecclesiast. 22. plegma gradum.

Hoc etiam humor facit, aut sanies, uel sanguis, lac coagulatum, & aqua g [ ]

Constat q; humores infundūtur ad concauitatem meatuum, qui replent & obturant eas. & sīl facit sanies in eis existens. & sīl facit sanguis coagulatus, & lac cascatum.

M 201 h.l. ventositas colica in meatibus.

Hoc etiam faciunt uermes lapis, & fæx sicca dura, & aer. h [ ]

Hoc intelligit de vermibus generatis in intestinis, ex quibus accidit colica. per lapidem etiam intelligit lapidem in vesica, & etiam calculū in renibus. Et per aerem intelligit vētositatem grossam, interdū meatus obturantem. Inde etiam cōtingit vna ex speciebus colicæ, scilicet illa, quæ contingit ex conclusione ventositatis in intestinis. Ex his autem causis contingit vt plurimū retentio fecum, & vrinæ.

Causæ

202 Causæ apertionis meatuum.

Causæ aperitionis meatuū sunt fortitudo expulsiuæ, et debilitas retentiuæ.

Apertio meatuum contingit fortitudine expulsiuę, & debilitate retētiuæ, scilicet à causis contrarijs eis, à quibus contingit clausio ipsorum, puta debilitati expulsiuę, & fortitudini retentiuæ.

203 *Ex his etiam est omnis medicina aperitiua calida & humida necessario.*

B Ex causis meatus aperientibus est vsus medicinarum aperitiuarū. neq; dubium, quin medicina calida & humida meatus aperiat.

Causæ ægritudinis in numero.

204 *Quicquid augetur et excedit numero in nobis, augetur sicut ex multa materia: vt digitus, si fuerit materia laudabilis: aut rana, si fuerit materia illaudabilis.*

Quia retulerat causas apertionis & clausionis meatuū, incipit nūc referre causas augentes vel diminuentes numerum mēbrorum: vnde inquit q; quicquid augetur in numero mēbrorū, augetur proculdubio ratione multitudinis materiei: quæ si fuerit laudabilis, erit quidem corpus inde auctū naturale, sicut sextus digitus: si vero mala, erit corpus innaturale, sicut est illud, quod rana appellatur, & augetur sub lingua.

205 *Quicquid minuitur in nobis in numero, contingit à contrario, cuius rememorationem fecimus.*

Causa diminutionis numeri est contraria causæ augmenti ipsius, vt D lut diminutio materiæ.

Causæ asperitatis.

206 *Causa generans asperitatē est ablatio humiditatis, quæ interdum ex humore frigido cōtingit, puluere, stypticitate ciborum, & medicinarum.*

Hic proculdubio retulit, causas ægritudinū ex asperitate generatarum, dicens q; efficiens asperitatem est quod aufert humiditatem sicut E humor siccus, cū infunditur ad eam pulmonis, ipsam exasperās. Idē etiā fumus facit, & puluis, & cibi stypuci, & medicinæ. hæc enim omnia guttur, & cannam exasperant.

207 *Causa leniens asperitatem est sicut humor uiscosus, & omne pinguę, & unctuosum.*

Omne, quod habet viscositatem vel vnctuositatem, lenit asperitatē: sicut humores, seu humiditates viscosæ, & oleaginosæ.

Causæ coniunctionis, & vnionis separatorum. F

208 *Proculdubio omne illud, de cuius natura est vt stet separatū ab aliquo, cum aliquo modo ei vnitur, si cum eodem comungetur. Si* a [*vulnus*] *nō debite consolidetur, quod sit res in membro inopinata, ostendetur.* a* vlcus.

Proculdubio nunc retulit causas morborū situs & positionis. retulit autē duas causas huius rei, scilicet unā ex coniunctione eius, quod erat separatū à mēbris. vnde ait: Proculdubio

omne

G omne illud, de cuius natura est vt stet separatū à membro sibi vicino, &c. Nā cū est talis situs, acciditq; ei vt coniungatur membro illi, procul dubio causa huius erit signatum vl cus, vel vulnus in superficie cuiuslibet ex prędictis membris. accidit. n. pter hoc, vt superficies vnius ex illis membris vulneratis cū superficie al terius membri vulnerati consolidetur, & vnit: quēadmodū cōtingit hoc in eodē vulnere per se solū ge nerato, in quo. s. superficies quarun dam partiū ei⁹ cū superficie aliarū eiusdē solidatur & vnit. & ob hoc I- H quit, q videbis in cōsolidatione vul neris alicuius mēbri, cū indebite cō solidat, & aliter quā sperares, aliud quam sperares de patiente euenit.

209 *Ex hoc ēt est fortitudo immutatiuæ, & debilitas informatiuæ.*

Procul dubio mēbra naturaliter separata indebite vniuntur, & solidant interdū à principio operatio nis ipsorum ex fortitudine virtutis generatiuę: & maxime, qñ de natu ra eorū est vt multū vniantur, & cō iungantur. & vnū efficiantur. & in terdum adijcitur huic debilitas in I formatiuę. accidit autem hoc, cum ipsa aliquam partem ex membris separat, & sequestrat.

210 *Quamuis separatio contingens cuilibet ex eis, de quorum natura est vt sit in situ cōiūcta, sit de ge nere & numero ægritudinum si tus & positionis in membris orga nicis: nihilominus est proprie de genere solutionis indiuisi, seu conti nuitatis: cuius quidem solutionis causæ hæ referuntur.*

Omne mēbrū, cuius situs iudica K tur per naturam esse inter ipsum & aliud, ita q̄ secū coniungatur: siqui dē contingat ei q̄ separetur ab illo, quāuis talis separatio mēbris orga nicis referatur: erunt nihilominus procul dubio cāæ separatiōis vnius ex eis ab alio de numero causarum solutionis continuitatis appropria tæ membris consimilibus, quę pro prie indiuisi solutio appellatur. et ip se quidem ad causas refert proprias consequenter.

Causæ solutionis indiuisi. L

211 *Quædam est humor habens vim, & qualitatem vsti uam, [b] [& calefactiuā, & corrosiuam, aut hypostasis im pulsu seu imbibita, contusionem conferens,] vel viscositas relaxās quod mouere deberet, vel saltus cō tundens, lanians & disrumpens, vel lapis offendens, & contundēs.*

Motum est q̄ hęc oīa soluunt cō tinuitatē, s. humor corrodens, & ca lidus, & hypostasis membrorū con tusiua, necnon humor viscosus. dis- M locantur. n. partes motiuæ ex laxa tione, quā eis inferunt. & similiter saltus soluit continuitatem mēbro rum, & lapis lædit, & offendit mem brum, & carnem contundit.

212 *Ex eis sunt medicinæ corrosi uæ, & ustiuæ, ut ferrū corrodens, & lanians. & quandoque uentus scindit ratione tensionis. idem etiā agit ignis, sicut & in cæteris.*

Hoc totum est per se notū & ma nifestum, ideo non expono.

Capitulum

Partis j. Tract. ij. 249

A Capitulum tertium de {rebus egredientibus a natura, & sunt accidentia} d{morborū.}

213 *Quædam ex accidētibus re periuntur in operationi bus, & quædam in quibusdam corpori contingentibus, et quædam in egredientibus ab eo dem: puta ī sputo, fœcibus, c[egres su sanguinis,] sudore, & vrina.*

Quoniam iā explicuit rememo- B tationem de morbis & ipsorū cau sis, incipit nunc referre accidentia post ipsos contingentia. nam accīa consequuntur morbos, sicut & morbi causas, & necessario fiunt ex eisdem. Inchoauit autem in hoc a diuisione accidentium ī eorum pri ma genera. vnde inquit q̄ ipsorum sunt tria genera. Quorum primum est accidentium ab operationibus membrorum assumptorum: vtpote à nocumento ipsorum. & hoc quidē est certius ex eis. Secundum est acci dentium a qualitatibus corporis as sumptorum: puta a citrinitate, ma- C cie, & qualitatibus alijs, quę contin gunt corpori post ęgritudinem ex immutatione ipsius. Tertium gen⁹ est accidentium sumptorum ab e gredientibus a corpore: sicut ab im mutatione fœcum, vrinæ, & sudoris, & fluxu sanguinis, & alijs exeūtib⁹.

214 *Egressus naturalis operationis a dispositione sua est triplex, s. ip sius debilitas, ipsius ablatio, & ip sius immutatio, seu corruptio: quod in quolibet membro est etiā manifestum.*

Egressus operationis a dispositio D ne sua naturali fit tripliciter: aut de bilitatur, aut omnino aufertur, aut sic immutatur q̄ indebite fiat. Vn de exempli grana, si digestiua sto macho debilitetur, egredietur cibus indigestus. si vero auferatur, qualis assumitur, egredietur. sed si calore indebite alteretur, vretur quidem ci bus, & fumosus efficietur. & hæc q- dem genera sic in omnibus opera tionibus sunt reperta. hoc enim no tum est in visu.

Debilitas enim operationis vi 215
sus est, cum aliquis debiliter videt: E
& ipsius ablatio, cum omnino vi sus prohibetur vel aufertur: & ip sius corruptio & inconueniens im mutatio, cum imaginatur se vide re, quæ non videt.

Exemplum debilitatis operation nis est sicut debilitas visus. Et exem plum ablationis eius est sicut visus ablatio, & dicitur proprie cæcitas. Exemplum vero malę & corruptæ operationis est, cum quis imaginat q̄ videt quæ non videt, i. cum videt ei esse q̄ non est: sicut est, cum vide F tur ei vnum duo esse.

Exempla accidentium propor- 216
tionabilia reperiuntur in acciden tibus contingentibus alijs ope rationibus.

Hęc tria genera accidentium re periuntur in omnibus alijs operationibus, sicut & dictum est de operatione visus. Est autem sciendum, q̄ ipsimet morbi sunt causę horum accidentium. Nam si corruptio, vel immutatio operationis fuerit ī mē bro consimili, erit quidem causa ip-

G sius vna ex octo speciebus malæ cõplexionis. Si vero fuerit in organico, erit causa ipsius vna ex spẽbus morborum organicorum.

a De accidentibꝰ peceptis ex sensibus.

a {Accidentia super æqualitate corporis.}

217 *Sensus visus attingit, & percipit interdum aliquod ex accidentibus qualitatum corpori contingentibus, sicut citrinitatem*

b icteritię b[ ], *& tumorem visu perceptibilem. Et interdum at-*

H *tingit et percipit auris aliquod ex eisdem, sicut sonum ventris in hydrope. Et percipit etiam ex eis aliquod sensus odoratus, quemadmodum fœtorem contingentem in vlceribus putridis, & corruptis. Ex eis etiam est quod suo sapore gustu percipitur, sicut cõtingit cum acredo vel acetositas in ore percipitur. Tactu etiam quoddam ex eis cognoscitur: sic.n. per tactum cognoscitur cancri durities.*

I Accidentia sumpta a qualitate corporis sunt quinque, secundum numerum quinque sensuum. Nã ex eis sunt quæ attinguntur, & percipiuntur sensu visus: sicut colores a natura egredientes: puta citrinitas icterico contingens, & rumor in patiente apostema, & alijs apparens. Et ex eis sunt quæ aute, vel auditu attinguntur, soni scilicet egredientes a natura: sic enim auditur rugitus, & gurgulatio in ventre hydropici, cum ab vno latere ad aliud mouetur. Ex accidentibus etiam percipiuntur quędam odoratu, *sicut in* K his, quorum odor est fœtidus: vpote in vlceribus fœtentibus ratiõe putrefactionis & similiter calefactiõis eisdem contingentis. Et ex eis sunt, quæ suo sapore per sensum gustus percipiuntur: sicut contingit in ore amaritudo, vel acetositas. Ex his accidentibus sunt, quæ sensu tactꝰ cognoscuntur: sicut durities contingens mẽbro, in quo est cancrosum apostema. Sunt autem quatuor humores causæ horum accidentium.

Accidentia ab egredientibus a corpore.

L

218 *Super accidentia ab egredientibus a corpore sumpta, excitantur quidem quinq; sensus.*

Quinq; sunt species accidẽtium ab egredientibꝰ a corpore assumptorum secũdum numerum ipsorum sensuum: sic.n. est in eis, sicut in speciebus accidentium sumptorum ab his, quæ corpori contingunt. & ipse quidem refert eas consequenter.

219 *Sicut in vrina, si rubea sit vel nigra: & sputo si fuerit velut sanguis, vel sicut butyrum: & in eo, quod quidem ratione dissolutionis,* M *vel resolutionis egreditur, sicut cõtingit in ventositate, sternutatione, singultu. in vomitu etiam reperitur interdum acetositas, amaritudo, uel stypticitas. & cum urina fuerit fœtida, significat quidem super vesicæ vlcera. & in sudore sentitur, si frigidus fuerit uel calidus, tenuis vel viscosus.*

Ac-

A Accidentia visui percepta in egredientibus a corpore per operationẽ naturæ, sunt sicut rubedo vrinæ, & ipsius nigredo in febre apparentes, & sicut sputum sanguineum, i. rubeum ab ore egrediens, & butyrosum, i. album apparens in morbo pulmonis. Accidentia autem, quæ ĩ egredientibus a corpore percipiuntur per auditum, sunt soni contingẽtes ex impulsione naturæ, superfluitates a corpore expellentis: sicut contingit in ventositate deorsum egrediente, & sternutatione, quæ contingit eũ caput superfluitates digestionis suæ super nasum impellit, & singultu contingente ex impulsiõe humorum nocumentum stomacho ĩferentium. Sed qui percipiuntur per saporem, sunt sicut acetositas percepta in eo, quod a stomacho egrediẽ cum vomitu: & similiter amaritudo, & stypticitas. hi enim sapores interdum cum vomitu sentiuntur. Quæ autem odoratu sentiunt, sunt sicut fœtor vrinæ significans super vlcera vesicæ: significat nihilominꝰ etiam super corruptionem & putrefactionem in corpore existentem.

B Quę autem ex istis sensu tactus percipiuntur, sunt sicut sudor ipse. percipitur enim per eum aut calidus, vel frigidus, tenuis vel viscosus. Quidam tamen opinati sunt, ꝙ tenuitas, & viscositas sensu visus pcipiant.

220 *Hæc quidem accidentia sunt patientium passiões, & apud nos signa & demonstrationes. Et post quam feci rememorationem de his quasi transitorie, & in generali, faciam nunc rememorationem de eisdem in speciali.*

Hæc quidem accidentia, quorũ D rememorationem fecimus, sunt in ægris passiones, & apud Medicos signa sunt super eorum morbos demonstratiua. Et hoc ideo, quoniam morbi sunt causa accidentium, & causata quidem attestantur, & significant super suas causas. vnde sicut fumus significat, & attestatur super ignem, sic quidem accidentia significant super ęgritudines. pro tanto placuit sibi referre nunc hęc accitia, inquantum sunt signa demonstratiua, & significantia. Hęc autem est tertia ex partibus huius scientię, s. de rebus extra naturam. E

Rememoratio signorum.

221 *Omne signum, sicut dictũ est, est rememoratiuum, aut præsentis indicatiuum, uel futuri prognosticum. est tamen utile non necessarium nobis quod referimus ex eo quod præterit, sicut humiditas terminati sudoris.*

Tres autẽ sunt species signorũ. Nam si significet super ęgritudinẽ pręsentem, dicitur indicatiuum: & si significat super ægritudinem præteritam & terminatã, dicitur rememoratiuum: rememoratio. n. & memoria sunt eius, quod pręterijt: si vero significet super ęgritudinem futuram, appellatur prognosticum. Deinde ĩducit exemplum rememoratiui, & dixit: sicut humiditas, &c. i. sicut humiditates, quas reperit Medicus in corpore patientis, significantes ei ꝙ patiens iam sudauerat in pterito: & interdũ signant ei ꝙ ægritudo iam fuerit terminata. hoc aũt genus non est Medico necessariũ, nisi per accidens, sicut diximus.

G 222 *Omne illud, quod significat super illud quod iam existit, neque non etiam quod significat super illud quod speramus, est quidē multum necessarium: cura enim cōueniens fit a nobis cum auxilio huius rei.*

Quod ex signis significat super ægritudines præsentes, & super futuras generati, & super accidentia ex earum generatione cōtingentia, est quidem ex his, quorum cognitio est perutilis, & multum necessaria
H in hac arte. innitimur enim his cū securitate.

223 *Ex his quidem signis sunt quædam generalia, & quædam specialia, & particularia alicui ex mēbris: de quibus quidem specialius faciam rememorationem in arte seu parte artis curatiuæ.*

Signa harum duarum specierū diuiduntur. Nam quędā horū sunt specialiter significantia super quālibet ex ęgritudinibus: & ex eis sunt quędam generalia significātia morbos in generali. & ipse quidem inępit a rememoratione gnalium: & loquitur de specialib⁹, cum loquit⁹ de
I cura cuiuslibet morbi, vt ipse dicit.

Rememoratio signorum indicatiuorum.

224 *Omne signum generale sumitur a membris principalitatem & dominium habentibus: puta ab hepate, cerebro, & corde: hæc. n. secundum veritatem dicuntur principalia.*

Signa generalia sumuntur ab ac K
cidentibus membris principalibus contingentibus. & quia mēbra sunt, quæ exercent operationes multas ī multis membris corporis, ideo quidem accidentia eis contingentia significant super corruptionē, & malam dispositionem plurium ex mēbris corporis, & in summa super læsionem & nocumentum vnitum ex speciebus virtutum primarum generalium in corpore existentium. Sicut accidentia reperta in vrina significant super morbos & nocumēta virtutis naturalis in hepate existētia, & contingentia. & accidētia pul L
sus super morbos vitalis virtutis secundum opinionem Medicorum: & ſm Philosophum super morbos virtutis nutritiuæ.

Vt cum est rectę formationis, 225
seu imaginationis, & ratiocinationis, seu cogitationis, sanæ memoriæ & recordationis.

Sanus mente dicitur cum est rectæ imaginationis, iustæ seu rectæ cogitationis, & sanæ recordationis. Voluit autem sic loqui, quoniā cū læditur aliqua ex prędictis operatio
M nibus, significat super lęsionem partis cerebri illi operationi appropriatæ. Est autem anterior pars cerebri locus imaginationis, seu formationis: & medium cerebri est locus ratiocinationis: sed pars eius extrema est locus memoriæ & recordatiōis. Vnde significat ꝙ ī patiēte malitiā imaginationis & formatiōis sit morbus in anteriori parte cerebri. & significatur, cum patitur mens & tō, ꝙ medium cerebri patiatur. cū vero memoria patitur, significatur ꝙ posterior pars cerebri sit ægrota.

Mo-

Motus etiam & sensus laudabilis significat super capitis sanitatem: & nocumenta eis contingentia denotāt proculdubio quōd morbi existant in cerebro.

Quod hic dicitur, est per se notū. Nam cum motus corporis, & percepțio sensuum sani sunt & laudabiles, significant quidem super capitis sanitatem. & cum lædūtur, significant super capitis morbos.

227 *Cum cor incedit rectę in pulsatione sua, tunc eius dispositio est pa*
B *cifica, & tranquilla.* a[

]

Si cordis pulsus moueatur, velut cōsuetum est & debitum, significat super cordis sanitatem. Si vero deuiet a consueto & sibi debito per naturam, significat quidem morbos: sicut cum variatur, & diuersus ī pul
- sationibus efficitur. tunc enim attestatur super diuersas species ęgritudinum. Nos autem declarabimus
C consequenter, quis & qualis sit talis pulsus diuersus.

Genera pulsus.

228 *Nequaquam fuerunt genera pulsus in numero denario posita, nisi ab ore sapientis, quorum quidem primus ab æstimatione dilatationis est assumptus: ipse enim significat super dominium, & fortitudinem virtutis, & ipsius æqualitatem.*

Genera prima pulsuum sub denario numero includuntur, secundum ꝙ ea sapientes dixerunt & nū-
ciauerunt: quorum quidem primū D
existit in existimatione dilatatiōis venarum: quarum quidem dilatatio est interdum fortis & valida, & interdum proportionalis æqualis temperata.

Magnus autem est, cuius dimensiones eminent b *[& descendunt,] & significant super fortitudinem secundum suam existimationem.* 229 b vel eleuantur

Quia dixerat ꝙ vnum ex generibus pulsuum reperitur in qualitate seu dispositione dilatationis venæ, accedit nunc ad referendum species E
sub hoc genere existentes, i. in quas diuiditur genus illud. Vnde inquit ꝙ vna ex eisdem est illa, quę s. est nota in pulsu magno: & est ille qui ascendens dicitur, i. eminens in omnibus suis dimensionibus, scilicet ī longum, latum, & profundum: vt ꝙ magis debito in longum extendit, aut in latum, aut quia magis debito secūdum membrum, in quo est, eleuatur.

Paruus pulsus est contrarius in 230
virtute, & etiam pulsus longus, F
& breuis.

Voluit dicere ꝙ pulsus, qui paru⁹ dicitur, est in hoc genere contrarius pulsui magno. & ipse quidem est in omnibus suis dimensionibus diminutus & depressus. & refert consequenter alias duas species pulsus: & sunt illi, qui dicuntur longus, & breuis. Est autem longus pulsus, cuius longitudo augetur vltra longitudinem naturalem: & breuis quidē est huic contrarius, s. diminutus a sua longitudine naturali.

G
231 *Ex eo etiam est strictus, & latus: necnon etiam eminens, & profundus.*

Hi etiam sunt quatuor alij: quorum vnus dicitur strictus, & est ille cuius latitudo minor est latitudine sua naturali: secundus autem est ille, qui dicitur latus, & est ille cui[us] latitudo maior est latitudine sua naturali: tertius vero est ille, qui dicit eminẽs, & est multũ altus: sed quartus est huic contrarius, & est profundus: medius autem est æqualis inter omnes has species, & est naturalis.

H
232 *Genus eius relatum tẽperi motus, est uarium & diuersum, ex quo est pulsus uelox, magnæ iactatiæ, & significat quidem superium & calorem. Ex eo etiam pulsus est & tardus* c *[dominans congelationis: unde significat super debilitatem cum frigiditate.]*

c hãs frigiditatẽ, vl cõgelationem.

Secũdum quidem genus pulsus sumptum est ab existimatione temporis motus eius, ex quo quidẽ est velox in motu suo, significat superI dominium & abundantiam virtutis & caloris. & ex eo est tardus i motu, qui quidem significat super debilitatem virtutis & frigiditatem. & naturalis quidem in hoc genere est medium inter ambos.

233 *Genus sumptum ab existimatione temporis quietis diuiditur in suas species, scilicet in frequentem spissum & sine quiete, significantem super debilitatem uirtutis, et*
a calorem *a[caloris,] & in rarum, sibi contrarium, qui super laxitatem & frigiditatem attestatur.* K

Genus pulsus sumptum ab existimatione quietis diuiditur in frequẽtem, spissum, & est ille qui modicã habet quietem: qui quidem debilitatem vitium significat & caloris. virtus enim ratione suæ debilitatis in dilatando venam reiterat magis debito venæ extensionem & dilatationem: & ratione excessus caloris festinat magis debito motum suũ: & ide sequetur quietis abbreuiatio & diminutio. & in valde tardum & rarum, qui s. cõtrarius est prædicto, & significat super laxationem arteriæ, & frigiditatem complexionis. L

Genus sumptum a dispositione uirtutis diuiditur in fortiter pulsantem & magnum, & in sibi contrarium debilem, cuius pulsatio profunda est & exilis. 234

Quartum genus pulsus est sumptum a dispositione virtutis pulsatiuæ: & diuiditur in duas species, s. in fortiter pulsãtem & percutientem digitos, & in debiliter percutientẽ.

Ex genere sumpto a corpore uenæ per tactum est pulsus durus, M
235 *qui attestatur super siccitatem: et ex eo est, qui tactu mollis & humidus reperitur, significans super sui corporis humiditatem.*

Genus pulsus sumptum a dispositione & qualitate venæ pulsatilis diuiditur in duas species. Quarum vna est, cum Medicus sentit corpus venæ pulsatilis durum: & hoc quidem significat super siccitatem cõplexionis corporis patientis. Secunda

da vero est, cum sentit Medicus venam pulsatilem humidam & mollem: quæ significat complexiõis humiditatem corporis patientis.

Genus sumptum a prima qualitate corporis uenæ significat recte super complexionem: scilicet frigidus super frigidam, & calidus super calidam.

Proculdubio genus sumptum a qualitate corporis venæ pulsatilis diuiditur in duas species: & ambę simul significant æqualiter super cõ
k plexionem: quarum vna est cum sentitur vena pulsatilis frigida, & significat super complexionis frigiditatem: secunda vero est cum ipsa sentitur calida, & significat super complexionem calidam. Est autẽ hoc genus eiusdem qualitatis cũ eo quod ante ipsum: sunt. n. de numero qualitatum tangibilium.

237 *Genus sumptum ab eo, quo re-*
a *pletur* b *[uena,] declarat dispositionem & esse humorum eius: plenus. n. super humorum abundantiam,*
C *& uacuus super ipsorum diminutionem habet attestari.*

Genus sumptum ab eo, quod circundat vena pulsatilis, significat quidem super multitudinem, aut diminutionem humorum significatione manifesta. Nam si percipiatur plena, significat quidem super augmentum humorum: si vero vacua, super eorum diminutionem & paruitatem.

238 *Genus sumptum ex motiõibus & quietibus pulsus, detegit quidẽ ad sensum tactus species eius.* D *Est autem ex eo species iusti ponderis, & conueniens pulsibus ætatum, temporum anni, & regionis. Ex eo etiam est egrediens a debito consueto.*

Hoc quidem genus sumitur ex comparatione temporis motus pulsus ad tempus quietis ipsius. sunt autem duo motus, & duæ quietes ipsius. Vnus autem ex motibus eius est, cum arteria extenditur & dilatatur, & alius cum stringitur. Et vna quidem ex duabus quietibus E eius est inter finem dilatationis, & principium eius constrictionis: sed secunda est inter finem constrictionis & principium dilatationis. hoc autem ideo est, quoniã inter quoslibet duos motus contrarios in vno motore existentes, oportet de necessitate esse quietem mediam inter eos ambos existentem. Cum autem dixit superius quietes, intellexit has duas quietes: & cum dixit motus, intellexit hos duos motus. vnde inquit quòd in comparatione temporis quietis, pulsus ad motum eius est genus eius, sub quo sunt F species detectæ & manifestæ ad sensum: ex quibus quidem est species illa, quæ dicitur, pulsus iusti ponderis: & illa, in qua comparatio, & proportio temporis motus ad tempus quietis est naturalis. Et cum dixit, quòd est conueniens pulsibus ætatum, &c. intellexit, quod talis proportio variatur, & diuersificatur penes diuersas ætates, tempora anni, & regiones. Naturalis enim in hoc est ille, qui congruit ætati eius, cuius est, & similiter tem-

G pori anni, & regioni eius. Egrediens vero a natura est ille, qui disconuenit ei, cuius est ſm istã, vt ſ. sit in eo alia proportio motus ad quietem, q̃ prætendat in eodem ætas, tempus anni, & locus habitationis eius. Iustus autem pondere naturali est ille, qui in complexione æquali, & temperata ætate, temperato etiam tempore anni, & regione, & similibus ī temperie reperitur: talis nãq; pulsus dicitur iustus ad põdus & ponderatus.

239 *Ex eo etiam est pulsus contrarius ei, quem præmisi sine põdere.*

H Intellexit pulsum sine ordine illum, in quo proportio existẽs inter motum & quietem, est proportio egrediens a proportione naturali. Opinantur autem Medici ꝙ talis, ꝙportio naturalis est, ꝙ sit motus tantus, quanta quies, & quantum plus, ſm ꝙ mihi videtur. Nunc inquit ẽt Gal. quod duæ quietes eius sunt, & ẽt sist̃ percepte, ſ. ingrediens & peregrediens. Rasis tamen negat perceptionem qnietis ingredientis.

240 *Aliud genus eius sumitur ab æqualitate vniformitate, aut diuersitate & inæqualitate ipsius.*

I Hoc genus pulsus diuidit̃ ī duas spẽs, ſ. in illum qui dicitur vniformis siue æqualis: & illum, qui diuersus & inæqualis dicitur, qui ſ. contrarius est primo.

241 *Qui rectè incedit vniformiter & ordinate, dicitur vnitus siue æqualis: qui uero claudicat & deuiat in hoc, inæqualis dicitur, & diuersus.*

Intellexit quidem per pulsum vniformem, & ꝙqualem, illum cuius quidem percussiones conuenisti̇nt in pondere, & in genere dilatationis, & genere temporis mot⁹, & genere tẽporis quietis, necnon etiam in gñe fortitudinis & debilitatis. qui enim est vniformis in his omnibus, dicitur æqualis. hęc omnia autem habent esse secundum quantitatem, cum sit in eis proprie æqualitas. ideo quidem declarauit ea, & reposuit sub hoc genere sumpto a proprietate quantitatis.

242 *In diuersitate generis sumpta a numero percussionum arteriæ sunt differentiæ.*

K Differens quidem percussionib⁹ est ille, in cuius diuersitate sunt differentię, hoc aũt ideo dixit, quoniã ex sic differentibus est, qui diuersificatur in multis percussionibus: & ex eis est, qui solum ī vna percussione variatur & diuersificatur.

243 *Differens pluribus percussionibus diuiditur in duas species.*

Differens pl̃ibus pcussionib⁹ diuidit̃ in duas spẽs: quarũ duarũ spẽrũ facit mentionem post.

244 [a] *[in inæqualitate & diuersitatibus ordinatum] & ordine carentem, quem scilicet anima percipere nequit.*

M a inordinatã & diuersam.

Voluit post ostendere ꝙ inęquale & differens pluribus percussionibus diuiditur in pulsum in huius diuersitatibus ordinatũ, & in pulsum nullum ordinem seruantem in eisdem, i. contrarium primo: de quo inquit, ꝙ anima nequit ipsum comprehendere. Intelligit autem per inordinatum in huius diuersitatibus illum, cuius aliquę percussiões sunt diuersę inter multas vniformes, ita ſ ꝙ

A ſ ꝙ sit vna diuersa inter plures vniformes, aut huic cõtrarium. Et post hæc diuisit ordinatum in duas species, & dixit.

[b] *[Dominus huius ordinis] dicitur reuersiuus: & est secundum dictum nostrum ille, qui postquam nunc sic percussit, reuertitur consequenter ad percutiẽdũ sicut prius.*

Intelligit ꝙ ex ordinatis in huiusmodi diuersitatibus est quidam, cuius diuersitas redit post aliquas percussiones vniformes, i. ꝙ reuertitur B ad diuersam percussionem post determinatas percussiones similes & vniformes: & est ille, quem intellexit, cum dixit: qui postquam nunc sic percussit, reuertitur, &c. i. eũ nũc percutit manum, est ī aliqua forma diuersitatis: & consequenter per determinatas percussiones æquales reuertitur ad illam eandem formam in pulsando & percutiendo. & quidam ex eo est, cuius diuersitas minime redit sicut prius: & consequẽter fecit huius mentionem.

C [c] *[Ex eo etiam] est, cuius regressus minime sunt vniformes: & talis est qui cauda soricis appellatur.*

Intellexit ex his diuersis, & inæqualibus percussionibus, ꝙ quidam non regrediuntur seu redeunt post determinatos regressus percussionũ æqualium in has inæqualitates. Ex hac autem specie est pulsus, qui cauda soricis appellatur: & est pulsus ille, qui a principio suæ pulsationis magnus apprehenditur, secunda autem eius pulsatio consequenter minor prima percipitur, nec cessat a tali diminutione pulsationum, donec quasi ad nihilum deueneritadeo ꝙ

D sterdum vltima sensui percussio occultatur, & interdum minime. Et ex hoc quidem comparat ipsum caudæ soricis: quoniam continue post eius magnitudinẽ minuitur & subtiliatur, sicut & cauda soricis. & huiusmodi quidem pulsus dispositio reuertitur interdum, & interdum nequaquam, ſ. ad primam dispositionem, & ordinem. Et postquam retulit differentem, & inæqualẽ in pluribus percussionibus, refert consequẽter inæqualem in vna percussione.

247 *Est etiam ex eo, qui differens seu diuersus in vna percussione reperitur cum mensura quatuor digitorum.*

E Diuersus & inęqualis in vna percussione dicit̃ ille, cuius partes sunt dissimiles in his generibus repertis in vna percussione arteriæ reperta ī arteria: vt cum erit velocitas dissimilis vnius percussionis. & sic erit de alijs generibus. & hoc, quia erit arteria in principio sui motus multum velox, & in fine multum tarda: & è conuerso. Et postquam ostendit qd sit differens in vna percussione, cui⁹ F sunt plures species, ex quibus quidã habent propria nomina, & quidam non, ideo inquit.

248 *Ex eo etiam est proportionatus alicui rei, & quidam sunt qui nulli rei referuntur. & sermo quidem noster erit nunc super nominatas.*

Ex his quidem speciebus sunt ſ. quidam nomen habentes & quædam non, & primæ quidem proportionãtur & referuntur alicui rei. & nos quidem loquemur nunc de nomen habentibus.

Ex

G

249 *Ex his quidem est pulsus interciſus, & [dominus coniunctionis,] ex his etiam est altus, humilis, & depreſſus.*

d ex his ē habenteq̄ similitatē

Ex ſic diuerſis vna percuſſiōe eſt ille, cuius percuſſio prius iterciditur & finditur, & conſequenter vnitur & iungitur. ex his etiam ſunt, quorū partes quędam ſunt altæ, quędā humiles, & depreſſę.

250 *Ex his etiam eſt, ī cuius percuſſione duo ſunt ictus, & ex eis, ī quo ſunt plures.*

H Hic pulſus ſimilat malleo, quo percutitur ſuper incudem, & ſola reſiſtentia incudis per ſe: primo eleuatur, & conſequenter per ſe percutit incudem iterato.

251 *Eſt etiam ex eis Vermicularis, & ſerrinus, ſimiliter formicularis, & undoſus.*

Vermicularis quidem ſimilatur vermi in motu ſuo, qui cōtingit ex debilitate virtutis nequeuntis arteriam impellere: qui quidem fortior eſt formiculari. Vndoſus autē aquarum vndis aſſimilatur, & ſignificat I humiditatis dominium, & ſudorē futurum. Serrinus vero aſſimilatur ſerræ dentibus: qui quidem hēt atteſtari ſuper apoſtemata in tunicis interiorum membrorum generat, puta ſuper pleureſim, & alia ab eo.

252 *Ex his etiam eſt ille, qui tremulus dicitur: ex quo eſt ſignificans ſuper hecticam.*

Hic quidem pulſus, ſ. tremulus ſignificat ſuper ſpaſmum: & ſimilis ei ſignificat ſuper hecticam.

Omne quidem pulſus genus cōtinet duas ſpecies, & ambæ ſunt cōtrariæ: inter quas eſt vna æqualis, quæ ex ambabus contrarijs deſcendit, ſeu reponitur in gradu. K 253

Omnis pulſus ex generibus prædictis continet ſub ſe tres ſpecies: ex quibus duę habent rationem extremorū, ſ. pulſus exceſſiuus in illo genere, & diminutiuus: & medius iter ambos eſt æqualis in illo genere.

Inter ſpecies uero generalis diuerſitas eſt multa, & non eſt æqualis, & media in diuerſitate. 254 L

Inter ſpecies, quas retulim⁹, ſunt rietates, & alij ab eis habēt mediū 255

Ex pulſu temperati corporis cognoſces pulſum cuiuſlibet, donec ſcias ex eo cui lateri æquatur, aut inæqualis efficiatur.

Pulſus cuiuslibet cognoſcitur p comparationem ad pulſum, equalē complexionem habentis. Et medi⁹ quidem, & tpatus in illis generibus conuenit cum pulſu eius: inæqualis vero & intpatus eſt ei diſſimilis. vnde in comparatiōe eius ad aliud ſcitur verſus quod genus egrediatur M ab equalitate, aut ad quē exceſſum, vel diminutionem declinet.

Omnis pulſus egrediens a diſpoſitione conuenienti dicitur comparari ad egreſſum complexionis eius. 256

Egreſſus cuiuslibet pulſus a pulſu æquali eſt quidem ſm egreſſum complexionis ipſius a complexione æquali: i. declinatio pulſus illius erit ſecundum declinationem complexionis eius.

Scito

A *Scito eſſe uarias ſpecies pulſuū*
257 *in diuerſis ætatibus, quatuor anni tēporibus, & diuerſis regionibus.*

Sciendum q⁹ diuerſę ſunt ſpecies pulſuum ſm diuerſa tempora ętatū hoīs, & ſm quatuor anni tpa, neque non ēt ſm naturas varias regionum. & hoc quidem eſt neceſſariū, qm̄ vnica complexio ſm diuerſitatem ipſorum variatur.

258 *Et etiam in diuerſis complexionibus hominū, & habitudinibus: maſculis, & mulieribus.*

B Eſt etiam ſciendū q⁹ diuerſę ſunt ſpecies pulſuum ſm diuerſas complexiones hoīum, & habitudines diuerſas, i. ſm maciem, & pinguedinē: & etiam ſm maris, & mulieris complexionem. & hoc, qm̄ pulſus naturalis diuerſificatur etiam & variat penes iſta. vnde Medicus qui hoc ignorat, ignorat quidem pulſum æqualem in quolibet hominum.

259 *Pulſus uelocitas cum magnitudine eſt in calido, ſicut etiam & in ætate iuuentutis, & in maſculo.*

C Pulſus calidę complexiōis eſt velox & magnus. talis ēt pulſus eſt in iuuenum, & maſculorum: eſt. n. calor excellens in iſtis.

260 *Talis autem eſt in regione, & habitatione meridionali, macro, prægnante, & æſtate.*

Locus etiam meridionalis, & regio ſignificat q⁹ ptæ multitudine caliditatis ſuę pulſus quidem incolarum ſuorum velox ſit & magnus. talis etiam eſt pulſus macri: & hoc tatione exceſſus caloris eius. & etiā pulſus pregnantis: ipſa enim calefit D ex affinitate fœtus.

In frigido enim eſt pulſus paruitas, & tarditas: & conſimilis quidem eſt in ſenibus, & [autumno.] 261 a hyeme

Pulſus enim frigidas complexiones habentium paruus eſt & tard⁹, cōtrarius ſ. pulſuum complexionū calidorum. talis etiam eſt pulſus ſenum, & autumni. & hoc ratione frigiditatis in his etiam ętatibus & tēporibus dominantis.

Conſimilis quidem eſt in mulieribus, & in pingui carnem laxam habenti, & talis etiam eſt in ſeptentrionali. 262 E

Pulſus quidem mulierum paru⁹ eſt & debilis: & talis etiam eſt hoīs pinguis, cuius caro eſt laxa: & etiam habitantis in ſeptentrionali.

Cuiuſlibet ſiccę quidem pulſus eſt durus, & cuiuſlibet humidi eſt quidem pulſus mollis. 263

Cuiuslibet hoīs habētis complexionem ſiccam eſt pulſus durus: & cuiuslibet hominis habentis cōplexionem humidā eſt pulſus mollis. F

Pulſus cuiuſlibet habentis complexionem æqualem & temperatam ſimilatur quidem pulſus perfecto ipſius ueris. 264

Pulſus habentis complexionē ęqualem aſſimilatur pulſui veris iā perfecto. intelligit autem q⁹ pulſus cuiuslibet ex iſtis duob⁹ ſit ęqualis:

Quartum clima ſequitur complexio prædicta. 265

Aequalis

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Aequalis complexio sequitur cõ
plexionem quarti climatis secundũ
ipsum, veruntamẽ ſm opinionẽ Ga
le. quintũ est tpatum, sicut dixim⁹.

266 *Pulsus infantis frequens est & mollis: pulsus autem senis est tardus & durus.*

Pulsus quidẽ infantis est frequẽs
propter calorem eius, & mollis ra
tione humidæ complexionis eius:
& è conuerso, pulsus ſnis tõne suæ
frigiditatis est tardus, & dur⁹ pp cõ
plexionẽ ipsius naturalem, tõne ſ.
complexionis ætatis eius.

H *Pulsus cuiuslibet corporis mul-*
267 *tum humorem ferentis est valde plenus.*

Omne corpus plenum humori
bus habet pulsum valde plenum.

268 *Omne corpus uacuum a mate-*
ria habet pulsum illaudabilem, & uacuum.

Omne corpus a materia humo
rum vacuũ habet proculdubio pul
sum vacuum.

Signa a sputo.

269 I *Pectus, & pulmo sunt orga-*
na animæ: quæ si quidem sa
na fuerint, uitæ conseruabuntur.

Pectus, & pulmo sunt organa ex
pirationis & anhelitus. & hoc ideo,
quoniam cum dilatatur pectus, di-
latatur & pulmo ipsius versus latus
trahens ipsum ex necessitate abla-
tionis vacui. vnde cum pulmo fit di
latatus & ampliatus, ingreditur aer
in eum, sicut ingreditur in follem
post sui dilatationem. cum autem
constringitur pectus, constringitur
& pulmo, & per consequens egredi-
tur aer ab eo, sicut egreditur a folle
cum constringitur & premitur arti K
ficialiter. & addit ꝙ semper conser-
uantur vitę, quandiu pectoris & pul
monis dispositio conseruatur.

Si operationes eorum decli- 270
nant ad aliquam malitiam, cor
siquidem ignietur ex sui inflam-
matione.

Si prędicta organa declinẽt a sui
s operationibus æqualibus & natu
ralibus, proculdubio cor sui calefa-
ctione inflammabitur: calor. n. cor
dis attemperatur, & infrigidatur per
anhelitum.

Et sputum quidem habet signi L
ficare super accidentia pectori con 271
tingentia in quacunq; ægritudine
eidem contingente.

Cum accidit aliquis morbus pe-
ctori, spurum quidem cum tussi hẽt
super dispositionem illius pectoris ĩ
illa ęgritudine attestan: & potissime
in apostematibus eius, i. ĩ apostema
tibus velaminis ipsius pectoris, & si-
militer pulmonis.

Ablatio sputi proculdubio su- 272
per principium attestatur: significat. n. quòd[b] *[materia in multo est*
digesta.] M

b. deficit in quibusdam codicibus. Et forsitan recte. Nam sequens sententia videtur esse contraria huic. Ideo in Latino ponitur inter duos hamos.

Pleureticus est ille, in quo simul
quatuor accidentia vniuntur, ſ. dol
or lateris pungitiuus, febris acuta,
tussis, & sputũm. & ait ꝙ ablatio spu
ti in principio huius morbi indicat
morbum ipsum esse in principio. &
hoc, quoniam sputum est superflu-
um eius, quod dissolutũ est in apo-
stemate in pectore: propter qđ pri-
uatio sputi significat hũc morbum
esse in principio, & ꝙ nihil dissoluat
ex eo per viam digestionis.

Si

A *Si autem fuerit paruum & te*
273 *nue, habebit super digestionem de*
bilem attestari.

Si fuerit sputum tenue, significat
super debilitatem digestiõis mate-
rię apostematis, quæ est cã morbi.

274 *Si uero fuerit mediũ & æqua*
le, ĩ hoc quidem significatur quòd
morbus iam ad medium augmen
tum peruenerit.

Si sputum quidẽ inter tenuitatẽ
& spissitudinem mediũ fuerit, pro-
culdubio morbus iam peruenit ad
B medium tẽporis augmenti. sunt. n.
quatuor morbi tẽpora, sicut adhuc
dicam, ſ. tempora principij, augmẽ-
ti, ſtatus, & declinationis.

275 *Si autem fuerit multũ spissum,*
tũc proculdubio est morbus ĩ statu.

Si sputũ multum fuerit grossum,
indicat ꝙ morbus sit in ſtatu.

276 *Tenuitas etiã sputi significat*
quòd humor faciens morbum le-
uis sit, & subtilis.

Tenuitas quidem eius quod spui
tur, significat ꝙ humor, ex quo fit
C apostema, sit tenuis.

277 *Tale etiã significat quòd mor-*
bus sit velocis & citæ[c] *[digestio-*
nis]. Si uero fuerit grossum, signifi
cabit supra cõtrariũ, & tardum.

c. deficit in quibusdam codicibus. Et forsitan recte. Nam sequens sententia videtur esse contraria huic. Ideo in Latino ponitur inter duos hamos.

Sputi tenuitas significat super ve
locẽ dissolutionem morbi: grossum
autem sputum significat super con
trarium, ſ. super humorẽ grossum,
& tardam dissolutionem, & cõsum
ptionem morbi.

278 *Nigredo sputi*[a] *[ ] si-*
gnificat super violentiã vstionis.

a. deficit in quibusdam codicibus.

Sputum quidem nigrum signifi-
cat ꝙ super patientem dominetur D
complexio cholerę nigræ vstę: & ta
lis cholera mouet: & ideo tale spui
tur sputum.

Sputum uero uiridis coloris si- 279
gnificat super choleram citrinam, & porrinam.

Sputũ viride significat super do-
minium choleræ † citrinæ: pro tan † a. l. præ-
to ipsum est ex signis malis. finę.

Sputum habens citrinitatẽ cla 280
ram significat super choleram ui-
tellinam.

Omne sputũ, cuius citrinitas ver
gит ad quãdã albedinem, significat E
proculdubio super quãdã speciem
choleræ rubeæ, quæ vitellina dici-
tur: & ipsa quidem est minus ma-
la quàm viridis.

Sputum album significat su- 281
per humorem phlegmaticum. Et
rubeum super sanguinem. Et spu-
tũ cuiusq; fœtidũ est proculdubio
putrefactionis significatiuum.

Intellexit ꝙ in habente sputũ fœ
tidum, & mali odoris, est signum, ꝙ
pulmo est corruptus. tale aũt sputũ
accidit phtificis prope mortem. F

Omne sputum sine fœtore signi 282
ficat quòd in eius pulmone nulla
sit putrefactio.

Omne sputum, immune ab hor
ribili odore & fœtido, significat q-
dem ꝙ pulmo nõ incurrerit aliquã
putrefactionem.

Si sputi figura rotunda sit, & 283
cum hoc patiens febrem patiatur, b. In binis occident.
hoc erit quidẽ ex signis, quòd[b] *[in*
diaphragmate eius sit apostema.]

Ferunt

G Ferunt Medici ꝙ ſputum rotundū & globatū ſignificet ſup phthiſim. ego tamen nō ero de primis dicentibus hoc, ꝙ ſignificet ſuper diaphragmatis apoſtema. Intellexit autem hoc apoſtema, quod dr Arabice birſen. Quòd ſi cum prædicto ſputo erit febris valde vrens, ſignificat ſuper ſaniei generationē in diaphragmate. ſi vero cū eo aſſit febris lenta & chronica, ſignificabit quidē ſuper phthiſim. & hoc quidē intelle xit in hoc dicto ſuo.

284 *Si patiens non ceſſauerit tuſſire, tā quidem incidit in phthiſim.*

H *Sputum autem egrediēs ſine tuſſi et difficultate, ſignificat ſuper perfectam digeſtionem* c [ ]

c. & ēt eo albedo, groſſities cōtinua vt æqualis, ſine putredine euenies prio.

Sputum quidem ſignificans ſup perfectam digeſtionem, eſt illud, in quo quinq; ſequentes conditiones vniuntur, ſcilicet ꝙ ſit album, ſpiſſum, & coniunctum, & ſine tuſſi laborioſa egrediatur, & ſine fœtore ſeu odore horribili.

Rememoratio ſignorum ſumptorum ab operatione Hepatis.

I 285 *Generatio quatuor humorū eſt in hepate, ex cuius augmēto augetur humor in corpore.*

Generatio quatuor humorū eſt in hepate: & cùm augetur eorum generatio, in eo augentur & humores ipſi in corpore toto.

286 *Omne membrum ratiōe ipſius augetur: eſt nihilominus in ipſo membro propria operatio.*

Intellexit ꝙ omne membrum in corpore ratiōe hepatis augeatur: & ꝙ nihilominus membra nutrientia ſint, id eſt in nutrimento ex propria K operatione eis appropriata, agētia. Eſt ergo prædicta operatio in eis ratione hepatis: hoc eſt dictu, ꝙ quia hepar ē fons virtutis naturalis, ſunt per ipſum virtutis naturales in reſiduo corpore: vnde egrediuntur & ſuguntur ab eo, ſicut ſunt & vitales à corde, & ſenſitiuæ à cerebro. Hoc tamen eſt ſm opinionē Hippocratis, Galeni, & Platonis.

Ex vapore aūt ipſius fit ſpiritus. 287

Ex vapore quidem ī hepate exiſtēte fit ſpiritus naturalis, quo quidem mēbra ſuas exercent operationes naturales. hæc aūt minime ſenſu pcipiunt. ſed eſt dictū, ad qđ opinione ſolum attingit. hanc autem opinionem ſum alibi perſecutatus.

d [*Ex reliquo corpore ſeu humore eius*] *ſano fit corpus ſanum. eſt autem humor ſanus, cum hepar ſanum fuerit.* 288 d Ex humore ſano fit corpus ſanum. ex humore. n.

Sanitas corporis ſtat in ſanitate hepatis. ſanitas. n. corporis ſtat p ſanitatē humorū, cū ſ. exiſtūt ſm naturalē diſpōnē. talis autem ſanitas humorum ex ſanitate hepatis eſt.

Et aquæ quidem deuehūt cibū ad ipſum: miſcenturq; cuilibet humori ſuper eum dominanti. 289 M

Aquę quidē in potu ſumptæ deuehūt, & penetrare faciūt cibū ſum ptū ad hepar, & cū humoribus ſup eum dominantibus commiſcētur.

Aquæ etiam mittuntur ab ipſo hepate ad eius colatoria: & ipſæ nihilominus cum humoribus cōmiſcentur. 290

Hepar quidē ſeparat aquā in potu ſumptam, poſtquā ad ipſum peruenerit

A uenerit ab humoribus: & impellit eam ad renes, & renes ad veſicā. cōmiſcetur nihilominus cum humoribus, ideſt cum modico ex eis.

291 *Et ipſa quidem aqua fert ſecū colores eorum,* c [*nec non etiā omne illud, quod eſt neceſſariū in declaratione et ſignificatione eius.*]

Hoc, qđ dē, eſt notum. nā aqua in potu ſumpta, & per vrinā emiſſa, fert ſecum colores humorum ī corpore exiſtentium, & ī ſignificat ſuper diſpoſitionem & eſſe † ipſius.

292 *Et proculdubio quæquid diximus eſt manifeſtū, ſuper cuius veritatem ſenſus etiam atteſtatur. ſunt enim apud nos ex vrina ſignificationes ſignificantes qualis ſit proceſſio patientis.*

B Hoc qđ dixit eſt manifeſtum ex eo qđ preceſſit qñ cū vrina ex humoribus ſibi commixtis fuerit tincta & colorata, habet quidem ſuper coſdē neceſſario atteſtari. Et in ſumma, qñ ipſa eſt ſuperfluitas digeſtionis vltis, quę fit in hepate, habet quidem ſignificare ſuper diſpoſitionē totius corporis generalem.

De Vrina, & Primo de coloribus.

C 293 *Albus color vrinæ eſt ex ſignis ſuper multitudinem cibi & potus, ſeu nauſeatiuam ſanetatem ſignificātibus, aut ſuper dominium frigoris, vel humiditatis phlegmaticæ, aut ſuper fluxū vrinæ, vel oppilationis hepatis.*

Color quidē albus ſignificat ſup multitudinē cibi & potus, aut ſuper deſtructionē digeſtionis in ſtomacho, aut ſuper dominiū frigoris, vel D ſuper dominiū humoris phlegmatici, aut ſuper fluxū vrinæ, i. egreſſum eius inuoluntarium, in tali. n. fluxu egreditur vrina alba & indigeſta: vel ſuper oppilationes hepatis, qñ oppilatio eſt ex prohibentibus digeſtionem, neque poteſt tunc groſſum ex vrina per vias ſuas penetrare, ſed ſolum ſubtile & aquę propinquum in colore.

Cùm autem vrina videtur mō dicum citrina, ſignificat quidem ſuper paruitatem cholerę: ſed cū eſt in colore ignea, ſignificat ſuper multitudinem cholerę. 294 E

Hoc etiam eſt per ſe notū: quoniam cùm vrina exit cum parua citrinitate, ſignificat quidem quòd parua cholera fuerit ei commixta, & per conſequens quòd nō ſit multa in venis & hepate. cùm autē eſt multum tali citrino colore tincta, ſignificat quidem ſuper multā choleram rubeam.

Et color quidem clarus ſub rubeo ponitur: in eo tamen eſt amplior cholera rubea. 295 F

Color quidem vrinæ, qui clarus dicitur, i. rubeus purpureus, qui qđem commixtione cholerę citrinæ cōtingit, exiſtit ſub rubeo igneo: in rubeo tamen eſt amplior cholera citrina & ignea.

Valde autem rubeus erit color eius à natura ſanguinis. niſi tamē fuerit talis ex aſſumptione croci, aut applicatione alicuius tingentis, vt alcanę, aut ex colica. a [ ] 298 a. aut ex hepate.

Color

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Color valde rubeus vrinæ significat quidem super mixtionem sanguinis cum ea, & dominium ipsius in corpore nisi tamen ille, cuius est, comederit aliquid, quod sic eã tinxerit, vel super corpus suum applicauerit: sicut alcannam, & similia, aut fortem dolorẽ, sicut colicę, passus fuerit.

Si autem videatur nigra, postquã uisa fuerit fusca, significabit quidem super fortem algorem: si uero talis appareat, postquam præcesserit ualde rubea, significabit super fortem humoris ustionem.

297 H

Si nigredo appareat ī vrina, postquam præcesserit fusca pallida, significabit quidem super valde fortẽ algorem & frigiditatẽ complexionis patientis. si vero appareat post vltimatam rubedinẽ, significabit super inflammationẽ, & vltionem humorum patentis. Et quæhibet quidẽ ex ambabus vrinis istis significabit super mortẽ eius cuius est. & hoc, qm̃ vltimata frigiditas nigrum facit, sicut & vltimata caliditas.

298 I

Iudica autem super morbũ ex colore urinæ: nisi tamen fuerit talis ex cibo ipsam tingẽte, puta oleribus, casia fistula, & omni re eã breuiter tingente, sicut almuri, et similibus.

Vrina quidem significat p calorem suum super species humorum in corpore existentium, & super eorum quantitatem, ex quibus quidẽ morbi fiunt. cùm igitur morbi ex eis generentur, decet quòd Medicus iudicet per colorem vrinę super speciem morbi, seu causæ eius: nisi tamen color eius ex re assumpta contigerit, vtpote almuri, cassia fistula, & similibus. K

Rememoratio subſtãtiæ vrinæ.

299 *Tenuitas quidem subſtantiæ in urinis significat super paruitatem digestionis.*

Tenuitas quidem subſtantię vrinæ significat super paruitatẽ digestionis, & eius debilitatem. & hoc, quoniã debilitas digestionis ex debilitate decoctionis contingit. de natura autẽ decoctionis est, quòd habeat aquam ingrossare. pro tãto tenuitas vrinæ super ipsius cruditatẽ, & digestionis debilitatem habebit significare. L

300 *Et proculdubio efficitur urina tenuis* b *[per corruptionẽ cibi,] & oppilationem hepatis, & apostema.* b. posset fieri ut sit.

Hæc autem omnia, s. cibi corruptio in stomacho, oppilatio, & apostema, impediunt & etiam auferũt decoctionem cibi. cùm autem non decoquitur cibus, egreditur vrina alba, & cruda. M

301 *Vrinæ autem grossities significat super digestionem, aut super multitudinem humoris phlegmatici in corpore existentis.*

Vrinæ grossities significat super vim & fortitudinem digestiuæ, aut super grossitiem materiæ. & primũ quidem attestatur super sanitatem: sed secundum supra per morbum & ægritudinem.

Rememoratio

Rememoratio c [ſæcis hypoſtaticæ tripliciter variatur ex colore, loco, & ſubſtantia.]

Cvm hypostasis uidebitur alba ī colore, significabit quidem super salutem infirmorum.

Hypostasis quidem est superfluitas digestionis humoris, quem natura digerit. vnde cum est alba, significat ꝙ natura iam superauit humorem illum, & eius decoctionem iã perfecit. Est. n. albedo signum laudabile, & super digestionem significans, quoniam impoſe est, quin venarum sanguis prius dealbetur q̃ venæ eo nutriantur. & ideo cum albescit hypostasis, significatur quidem ꝙ humor efficiens morbum iam recipit decoctionem bonam & laudabilem. hoc. n. contingit ei ex ꝓpinquitate naturę suę ad naturam sanguinis. & ob hoc sanies etiam alba laudatur in apostematibus, & alia ab ea vituperatur. B

Si autem color eius appareat citrinus, hoc erit ex acumine cholerę rubeæ.

C Cum videbimus hypostasim citrinam in colore, significabit proculdubio super acumen cholerę citrinæ; neque non etiam quòd ipsa dominetur plus cęteris humoribus ipsi naturæ.

Si uero appareat rubea uelut d *[sanguis, significabit proculdubio super malitiam digestionis ipsius sanguinis.]*

Hypostasis quidem rubea sicut sanguis, significat super dominium sanguinis, & malitiam digestionis, propter excedentem quãtitatem'eius. non enim accidit nocumentum sanguini ex sui *qualitate, s. inquantum est sanguis. pro tanto retulerũt Medici, quòd hæ vrinæ significant super salutem patientis, & morbi longitudinem. * a.l. quantitate.

Et si talis dispositio ipsius prolongetur, neq; uaretur, erit ex hepate apostemato. 305

Si apparitio hypostasis rubeæ ꝓlongetur vel producatur cum febre, significabit proculdubio super apostema hepatis: hoc tñ nescio ex dictis Gal. vel Hippo. si verum confirmet experimento, hẽt quidem colorem veritatis, & probabilitatis. E

Et si fuerit nigra post intensam rubedinem, & petens fundum, post quam prius apparuerit in alto, significat quidem quòd iam peruenit patiens ad hoc, quod anima separetur ab eo, & potissime cum casu uirtutis: neq; est spes de eo aliqua, neq; potest ei quicquam proficere, cum sit mors propinqua ex e *[uiolentia] ustionis.* 306 e ei f vehemẽtia.

Si hypostasis incipiat nigrescere post magnam rubedinem, & cum hoc fuerit depressa in fundo vasis, postquam prius apparuit in superiori parte eius, & cum hoc assit virtutis casus, significabit quidem super mortem proximam ex violẽtia vstionis, sicut dicit. & talis vrina apparet proculdubio in febribus vrentibus pernicioſis. F

Et si appareat nigra post eius fuscedinẽ, præter quòd morbi materia sit acuta, & potissime si cũ 307

G *tali fuscedine adsit aliquod signũ laudabile, & radix morbi fuerit ex melancholia, significabit quidẽ super morbi consumptionem, & hoc secundum plurimum.*

Si hypostasis incipiat nigrescere in colore post eius fuscedinem, pter q̃ in morbo fuerit acutum aliquod & fuerit principium morbi ex cholera nigra, significabit quidẽ quòd morbus sit iam consumptus: & maxime si cum hoc adsit aliquod ex signis laudabilibus, quorum cõsequẽ H ter memoriam faciemus. & hoc est quod dixit, q̃ hoc est fm plurimum totius vrinæ, & non contingit solũ secundum hypostasim eius.

308 *Si appareat nubes supernatans in superiori parte vasis, significabit super cruditatem, licet sit in ea aliquid digestionis, quæ ex ventositate commiscente se ei impeditur, & inde sursum eleuatur.*

Cum nubes supernatat in vrina, significat quidem super cruditatẽ, licet sit in ea aliquantula digestio. I Causa autem eius, quare sic natat ī superiori parte vasis, est vētositas inclusa in hypostasi, quæ nequit dissolui: pro tanto prohibet descẽsum eius ad fundum vasis, & ob hoc dicit, q̃ sit in ea cruditas. hoc autem signum apparet in vrina a principio, dum incipit digestio fieri. Cum autem hypostasis alba fuerit, significat super sanitatem.

309 *Et scito quod si videatur pendere in medio, quòd parua ventositas est in tali hypostasi.*

Si in medio vrinæ pendeat nubes, scito quòd parua ventositas ī ea sit, & etiam q̃ ipsa sit in medio digestionis suæ. K

Et scito quòd si præeunte citrina, fuerit alba, lenis, & coniuncta & inferius depressa, & talis continuo appareat, quòd digestio morbi sit completa. 310

Si post hypostasim citrinam appareat lenis, alba, & coniuncta ī partibus, residens in fundo, & talis continuo apparet, i. q̃ non efficiatur citrina, postq̃ post citrinam alba fuerit visa, & post consequenter redeat iterato ad albedinem, scitò q̃ tunc iam fuerit digestio perfecta, & quòd morbus iam peruenit ad statũ suũ, & q̃ incipit declinare. Est ergo scitũ satis q̃ hç tres conditiones coniungantur. s. albedo, lenitas, & ipsius depressio in fundo vasis: quę quidem significant super perfectionem digestionis laudabilis. albedo enī est signũ laudabilis decoctionis: & similiter coniunctio partium, & ipsius lenitas quantum significant super perfectam ipsius decoctionem: non tri inquantum est superfluitas, sed qa non remansit in ea nisi pars terrea. de natura enim partium terrearum est q̃ petant fundum. & in summa superfluitas cocta & digesta grauis est, & lenis est indigesta, sicut patet in muchis, & polypis a naso descendentibus. L M

Rememoratio substantiæ.

311 *Cum [autem apparet hypostasis non continuata,] significat super debilitatem virtutis.*

a hypostasis incipit apparere. & b̃ pfecte rarefit & deinde apparere.

Si

A Si hypostasis vno die vel duobus appareat, & consequenter cesset apparere, & iterum post appareat iterato, significabit quidem super virtutis debilitatem ex priuatione operationum ipsius. vnde apparitio hypostasis attestatur super potentiam in operationibus suis.

Si vero fuerint contenta in ea similia fragmentis hordei, significabit quidem super rasuram venarum, sed si assimilentur furfuri, et b *[sine] fœtore, significabit super* B *vlcera vesicæ. si autem similentur squammis metallorum, significabit super vlcerationem & [laminationem continentem.]*

in omnibus quidem his specieb⁹ illaudabilis est hypostasis, in qua operatus est calor extraneus: cuius est operatio contraria operationi, quã operatur calor elementalis & naturalis. Et hypostasis quidem similis fragmentis hordei significat quidẽ q̃ calor extraneus in tantum venas dissoluerit, q̃ eas corroserit. hoc etiã significat furfurea, si fuerit sine fœ- C tore, & cum febre. sed si fuerit cum fœtore & sine febre, significabit vlcera vesicæ. Hypostasis similis squamis metallorum significat quidem super violentiam dissolutionis, & rasurę venarum.

Si sanies appareat in vase, significabit super apertionem apostematis.

Apostema durum, dictum Arabice dubaylet, est apostema intrinsecum, difficilis digestionis & maturationis. est enim de genere apostematum exteriorũ durorum scirrhoticorum. & plurimum cum e- D greditur sanies in vrina, accidit hoc ex dubaylet in membris cibi, & vrinalibus, &c.

Si vero prolongetur egressus eius cum sanguine corrupto, significabit super apostema phlegmonicũ 314

Phlegmone fm Medicos est apostema, super quod sanguis dominatur, pro tanto patiens hoc apostema mingit sanguinem corruptum.

Cũ autem hypostasis petit fundum, & spermati similatur, est quidem ex humore grosso, & cru- 315 *do. & si cum eadem sit arena mista, scito illum cuius est, esse calculosum.* E

Differentia vero inter hanc hypostasim & vere albam supra dictam, potest quidem haberi ex sui figura & substantia. & hoc, quoniã ista est viscosa in substantia, nõ autem supra dicta. figura autẽ primæ hypostasis albæ est acuta, non autẽ huiusmodi.

Rememoratio odoris.

d *Priuatio quidem [fœtoris* 316 F *contingit ex priuatiõe coctionis & digestionis, aut ex indigestione, rõne cibi indigestibilis.* d Multicia do vi fortitudo.

Priuatio fœtoris in vrina contingit duabus de causis: quarum vna est indigestio: alia est, quia natura rei digestibilis grossa est non recipiens digestionem.

Omne illud, quod est ultimati 317 *fœtoris, est ultimatæ corruptionis.*

Fœtor quidem vrinæ est corruptiõis magnę signũ existẽtis ī corpe

KK ij eius,

G eius, cuius est vrina. vnde omne vltimati fœtoris significat super corruptionem vltimatam.

318 *Si autē odor eius sit extraneus, horribilis, scito illum cuius est, pati morbum ueſicæ.*

Si fœtor vrinę fuerit horribilis, valde extraneus significabit procul dubio vlcera vesicæ: de natura enī horum morborum est, ꝙ sit in eis odor malus & extraneus. & insuper malitia huius odoris diuersificatur in generali fm malitiam corruptionis eius. Pro tāto inquit fm opinio-

H nem Gale. si odor eius fuerit corruptus & extraneus. &c. intelligit ꝙ fœtor eius non sit in gradu aliarum rerum corruptarum.

319 *Iam quidem retuli genera urinæ simplicia: ex dictis uero meis poterit quis uti in iudicijs compositorum ex eis.*

Quatuor sunt genera vrinæ simplicia, de quorum quolibet locutus est in particulari, vtpote de signis sumptis a colore vrinę, substantię, hypostasis, & odore. vnde inquit, iā retuli signa simplicia: ex dictis vero

I meis poterit quis vti in hoc per se super signa ex eis composita: i. ꝙ ex dictis suis poterit quis scire sup qd habeat significare, cum erūt iūcta ī vrina plura ex dictis generibus.

Rememoratio signorum sumptorum a Fœcibus, c {& primo a quantitate.}

320 *INterdum attestantur fæces super ſtomachum, & interdum super intestina, & ipſum hepar.*

Fęce quidem attestantur super K dispositionem stomachi, intestinorum, & ipsius heparis. sunt. n. superfluitates ipsorum membrorum.

Fæces quidem minuuntur ratione magnæ transmutationis alimenti, cum conuertitur in membris: nisi illius cuius expulsiua fuerit debilis, & attractiua fortis, ratione alicuius nocumenti contingētis. & hoc quidem significat repletionem corporis patiētis ex malis humoribus. 321 L

Parua quidem quantitas fęcum egredientium significat super magnam transmutationem cibi. cum .n. trāsmutatio cibi in membris augetur & magnificatur, tunc quidem fæces minuuntur: & hoc quidem significat super fortitudinem digestiuæ, & debilitatem expulsiuæ, & fortitudinem attractionis attractiuæ, ratione alicuius nocumenti eidem contingentis. vnde hoc accidens significat, ꝙ corpus patientis sit plenum superfluitatibus calidis. quare causa est, cum in eo fortificatur attractiua: & hoc, qm̄ cum superfluitates calidę augentur in corpore, ne M cessitant proculdubio dissolutionē: & inde contingit excessus, & dominium virtutis attractiuæ.

Si autem fuerint magnæ ī quātitate, erit quidem signum quòd cibus non præbeat augmētum corpori, aut quòd attractiua sit in eo debilis & diminuta, & expulsiua fortis ratione alicuius morbi, vel nocumenti. 322

Si

A Si vero fęces fuerint maiores debito fm ordinem naturalem, significabunt quidem super alterum ex duobus, s. aut ꝙ cibus non conuertitur in corpus, sicut dicit, & ꝙ mēbra ipsius non suscipiant iuuamentum ex eo, ratione alicuius malitię, aut ꝙ attractiua hepatis debilis sit & diminuta, & expulsiua stomachi & intestinorum fortis sit & excedens. & hoc ratione alicuius morbi contingentis membris prędictis.

Si autem fæces fuerint albæ, erit oppilatio [b] *[vel scirrhosis] i meatibus cystis fellis. Et ictericia quidem est ex significantibus super hoc sensibiliter. sub hoc etiam genere est vrinæ citrinitas: nisi cum corpus humore phlegmatico, vel mala cōplexiōe frigida infectatur.* B

Postquam ipse perfecit capitulū de signis ex quantitate fęcum, incipit nunc loqui de signis sumptis ex qualitate earum. Incipit autem in hoc a colore earum, & dicit, ꝙ si fuerint fæces albæ, significabunt super vnū ex duobus, s. ꝙ oppilatio vel scirrhus sint genita in meatibus cystis

C fellis. quod quidem confirmatur, si ictericia super patientem appareat, & vrina sit valde citrina. Cum enī meatus cystis fellis sunt oppilati vel clausi, tunc quidem nequit transire ad ipsam cystim fellis, pro tanto regurgitat tunc ad hepar & venas, & natura demum impellit eam ad eum, & contingit inde ictericia. Cum enim pueuit cholera ad cystim fellis. corrumpitur, vt dictum est, neq; mittit quidem ipsa cystis ad intestina quod ex ea consueuit delegare ad ipsa, pro tanto egreditur fæx cibi albi coloris. & quia si causetur cho D lera citrina in hepate, egreditur qui dem cum his accidentib⁹ vrina multum in citrinitate tincta, & inde ꝓculdubio significat super ictericiā. Secundum autem, super quod attestantur fęces prædictæ, est dominiū humoris phlegmatici in corpore, vl malæ complexionis frigidæ: quod quidem contingit ex diminutione, vel priuatione choleræ rubeę. hoc autem significat super corruptionē & destructionē corporis. hoc .n. contingit ex *corruptione vnius ex qua *a.l.dñio tuor elīntis, vel humoribus corporis E

Si vero appareant rubeæ vel ignitæ, significant super excessum & dominium choleræ rubeæ. 324

Cum quidem fæces intensa rubedine tinguntˊ, significant quidem sit per dominium cholerę rubeę, ex cō plexione eius, cuius sunt generatę,

Sed si similentur porro, aut viridi æris in colore, significabunt quidem morbum, & malitiam magnam. 325

Si fæces colorentur colore simili colori porri, aut viridi ęris, significa F bunt quidem super magnum periculum patiētis & malitiam morbi. tales. n. fęces significāt super excessum & dominium vnius ex duab⁹ speciebus cholerę. de quibus quidem duabus speciebus cholerę dixerunt, ꝙ cęteris speciebus eius sunt deteriores, & ꝙ signifiicant super vehementem vsthionem,

Cum autem apparebunt nigræ in colore, hoc quidem continget ex forti & antiqua frigiditate corporis cuius sunt: & si tales appa- 326

G reant in morbo acuto, significabunt super mortem futuram in propinquo.

Si fæces appareant nigræ, significabunt magnam frigiditatem patiẽtis ab antiquo generatam. & ob hoc humor niger dominatur in corpore ipsius. & ait q̃ cum tales fæces apparent in violenta & acuta egritudine, q̃ significat sup propinquã. Hippocrates autem inquit, q̃ in principio morbi cum tales apparent, mortem & malum denunciant.

H 327 *Si autem fæces fuerint duræ, significabunt super fortitudinem attractiuæ, aut super calorem ventrem, vel super cibum stypticum, et constrictiuum.*

Si appareant fæces duræ, hoc quidem contingit altera ex tribus causis, s. ex dominio & fortitudine attractiuæ hepatis, aut ex forti calore fæces indurante & exiccante, aut ex cibo, qui habet natura sua vẽtrem cõstringere & constipare, i. ex cibo duro, arido & sicco.

I 328 *Si vero fuerint fæces molles, et liquidæ, non erit fortis attractiua in corpore, aut in corpore erit frigiditas mala, aut hoc contingit ex mala alia dispositione corporis, vel ex cibo qui soluit ventrem, & mollificat per naturam suam.*

Tribus quidem causis apparent fęces molles & liquidæ. quia aut attractiua hépatis est debilis, aut quia excedens frigiditas dominatur super membra digestionis, aut quia patiens comedit cibum, qui de natura sua laxat & mollificat ventrẽ: & quandoque contingit hoc ratione humorum & superfluitatum ad ipsas infixarum. K

Si differatur et tardetur egressus fæcum post cibum sumptum, hoc quidem contingit ex difficultate digestionis ipsarum, aut diminutione & debilitate expulsiuæ, aut forti frigiditate, aut ex vẽtre necessario constringentibus. 329

Postq̃ locutus est de quantitate fæcum, & qualitate, incipit nunc loqui de tempore & hora exitus earũ. Vnde Iquit, si differatur egressus fæcum, & tardior solito efficiatur, erit quidem causa huius: aut quia intestina cum difficultate digerunt eas, & hoc ratione alicuius morbi & nocumenti existentis in eis, vel ratiõe grossitiei cibi earum: aut quia diminuta est expulsiua ratione excedentis frigiditatis existẽtis in membris digestionis, pro tanto etiam producitur tempus digestionis seu egestionis: aut ratione aliquorum vẽtrem constringentium de necessitate: & hæ quidem sunt causę colicę. contingit etiam ex apostemate, oppilatione, ventositate, & humore grosso & viscoso. L M 330

Si autem citius debito egrediatur, hoc quidem erit ratione cibi non constrictiui, sed potius per naturam suam mollificantis a [*solu entis:*] *aut ratione humorum & humiditatum ad eas fortiter impulsarum: vel ratione meseraicarum non sugentium, & attrahentium: aut ratione nocumentorum in intestinis contingentium, utpote* a solutiui.

apo-

A *apostematis uel ulceris, aut corruptionis digestionis, & aliarum specierum morborum eisdem contingentium.*

Egressus fœcũ citius debito causa est vnum horum, quæ retulit, vel plura vno. Nam hoc est aut ratione cibi mollificatiui & lenificatiui, puta maluæ & similium: aut ex multis humoribus ad eas infusis: aut ratione debilis & diminutæ attractionis meatuum sugentium, quæ Arabice meseraicæ dicuntur: & sunt venæ, quibus hepar attrahit succositatem B cibi ab intestinis, ratione malę complexionis frigidę, vel oppilationis ĩ eis existẽtis: aut ratione alicui⁹ morbi contingentis in ipsismet intestinis, sicut ratione vlcerum in eis generatorum. ipsa nanq; lędunt ea ratione fluxus, & infusionis contingẽtis eis ex stomacho: pro tãto nequeunt fæces tempore naturali, & debito retinere, quandiu s. consueuerũt, & ob hoc impellunt eas citius debito. Contingit hoc etiam ex multa & magna humiditate in eis existente adeo cito faciente cibum ab eis lubricari, ne imprimant in eo aliam C operationem manifestam. & hoc q dem est vna ex causis morbi nou in lubricitate intestinorum. hęc autem accidentia contingunt interdũ stomacho. Contingit etiam hoc ex malitia complexionis sine materia. & hoc innuit cum dicit: & aliarum specierum morborum eisdem contingentium.

Si egrediãtur cum sono, significabunt super magnam vẽtositatẽ. 331

Hoc de se manifestum est, & notum.

Si vero fuerint mistæ saniei, significabunt super apostemata in organis cibi existentia. D 332

Organa cibi dicuntur ventres, in quibus coquuntur & sunt, s. intestina, stomachus, & hepar.

Sed si appareat sanguis cũ eis, significabit quidem super ulcera, 332 b excoriationem. *&* c [*tinesmum.*]

Proculdubio sanguis egrediens cum fęcibus signat sup vlcera intestinorum, & compressionem forte, quę tinesmus dr, si dolor assit intestinorum, & ventris. nam si sit hoc absq; dolore, erit hoc proculdubio ex apertione orificiorum venarum. E

Si autem sunt multum fœtidæ 333 *significabunt super magnam corruptionem. Si vero velut oleum supernatat eis, significabunt super liquefactionem pinguedinis corporis, &* c [*erunt proculdubio odoris acetosi ex humore acetoso.*]

c si erunt odoris acetosi, tũc illud erit ex phlegmate acetoso. F

Fœtor fęcum contingens est aut ex ratione corruptionis humorum corporis, aut ex malitia digestionis, oleoginositas earũ aũt contingit interdum ex dissolutione & liquefactione sepi, & adipis renum: & interdum ex liquefactione pinguedinis totius corporis. & earum acetositas contingit ex melancholia.

Rememoratio signorum sumptorum a Sudore, d {& primo a quantitate.} d —— e ——

Sv dor multus in morbis c [*humidis factus,*] f [335 f signat sup humiditatem. &

G *Est ex accidentibus vim et naturam ipsorum referentibus, neque est sicut ille, ex quo fit ornamentum.*

Sudor quidem multus est vnum ex accidētibus factis in morbis humidis, nec est sicut sudor factus in purgatione & mundificatione corporis, ex quo s. consequitur patiens ornamentum: immo proculdubio significat super vim & naturam ipsorum, i. q̄ sudor contingit ei omni die morbi, & si non sunt dies criti

H ci, & purgationis.

336 *Superfluus autem in vltimo cū casu virtutis patientis, contingit proculdubio ex labore, & debilitate virtutis, & naturæ, vnde mors est in propinquo.*

Sudor superfluus in vltimo cum casu virtutis patientis, nequaq̄ est signum laudabile euacuationis: cuius causa est labor, & debilitas virtutis & naturę, contingens ei ex fatigatione, quā passa est ex violentia & malitia morbi. pro tanto cum apparebit talis sudor, significabit sup mor

I tificationem naturę, & virtutis.

337 *Sed paruus sudor in morbis, super oppilationem & clausionem cutis, & grossitiem humoris, & debilitatem expulsiuæ, & paruitatem digestionis, & ventris mollitiem & fluxum significat.*

Causa quidem parui sudoris in morbis est, aut quia porri cutis sunt clausi: aut quia humor faciens morbum est difficilis digestionis, & difficilis dissolutionis: aut quia virtus expulsiua est debilis: aut quia virtus digestiua est debilis: aut quia vētris pa

K tientis est læsus. & interdum coniūguntur oēs hę cāę, aut plures ex eis.

338 *Si appareat sudor valde albus in morbis, significabit super humorem phlegmaticum. Si vero sit citrinus, significabit super cholerā citrinam. Et si niger, super melancholiam. Si autem sit rubeus, erit morbus ex sanguine. Et similiter præbet nobis signa suo sapore.*

Quia sudor est superfluitas tertię L digestionis factę in membris: ideo color eius significat humorē in corpore dominantem. & hoc, qm̄ sup fluitas consequitur ex necessitate colorem humoris dominantis in corpore eius, cuius est superfluitas. & intellexit ex dicto suo, cum dixit: Et similiter præbet nobis signa suo sapore: q̄ sudor etiam suo sapore super naturam humorum dominantium attestatur. Vnde sua dulcedine significat super dominium sanguinis, & sua amaritudine supra choleram, &

M sui salsedine super phlegma salsum & sui acetositate sup acetosum, & sui insipiditate super insipidum, & sui acerbitate, & austeritate super melancholiam.

339 *Sudor subtilis contingit ex subtilitate humorum, & grossus ex grossitie eorundem.*

Hoc quidem est notum: manifestum. n. q̄ subtilis significet sup subtilitatem humorum, & grossus sup grossitiem eorundem. necesse est. n. vt superfluitas assimiletur ei, cuius est superfluitas.

A *Si autem fuerit vniuersalis in toto corpore, est bonus. sed si sit particularis & specialis in uno loco, est malus, & illaudabilis.*

Si sudor accidēs in aliquo ex diebus morbi fuerit per totum corpus vniuersalis, erit bonum signū & laudabile. si vero sit solum in vno loco corporis, erit malus. Nam q̄ fiat vniuersaliter per totum corpus, hoc quidem est ex dominio naturæ super humorem facientem morbum, & dissolutione & emissione ipsius per sudorem. Quōd autem fiat solum ī

B vno membro, hoc quidem contingit ex pugna & violentia expellendi nocumenti humoris in loco illo.

341 *Qui etiam contingit tempore suo unà cum circuitibus & paroxismis febrium, aut in die critica, est quidem bonus & laudabilis, contrarii autem bonitas lōginqua est & remota.*

Sudor accidens tempore laudabili est ille, qui accidit ī die critica, aut qui contingit vnà cum circuitibus, & paroxismis febrium: hoc est sudor, per quem febris dissoluitur, &

C totaliter est bonus & laudabilis: & contrarius illaudabilis, & est ille, q̄ accidit in die non critica, nec in circuitibus febrium.

Rememoratio signorum Prognosticorum a {generalium.}

342 *Prognosticatio diuiditur ī referentem & significantem morbum futurum generari in sano, & in significātem, quod debet contingere patienti in morbo suo.*

Signa prognostica super illud, qđ D est futurum, diuiduntur in duas species: quarum vna est signorum prognosticantium morbum futurum generari in sano: & secunda est signorum prognosticantium super illud, quod est futurum patienti ex bono, vel eius contrario.

343 *Signa autem referentia super ægritudinem futuram sumuntur ex accidentibus significantibus super repletionem, uel euacuationem cerebri, aut residui corporis.*

Signa significātia super morbos E futuros sumuntur ex accidentibus ī corpore apparentibus super multitudinem humorum in eo, aut super ipsorum diminutionem significantibus. & hoc, qm̄ morbi accidunt ex his duabus speciebus, s. ex augmento & diminutione humorum in corpore existentium.

344 *significat autem super repletionem quies, multitudo cibi, raritas balnei: & exercitii: ex his namque accidentibus contingit repletionis ægritudo, & his contrariæ prognosticant super* [b] *[intentionis] ægritudines.* F

b diminutiōis vl' ſalutis.

Accidentia super repletionem attestantia sunt velut quies, & assumptio multi cibi, & rarus introitus balnei, & diminutio exercitij. Hæc autem omnia sunt causæ efficientes morbos de repletione, vocauit tamē ea accidentia, eo q̄ sunt Medico signa, & sunt secundum veritatē causæ continuæ repletionis penes virtutem: & eis contraria sunt causæ diminutionis humorum.

G Signa repletionis, & primo secundum uirtutem.

345 *Genus repletionis diuiditur in repletionem penes uirtutem animæ, quæ si fuerit respectu immutatiæ, & digestiuæ, nequaquam erit appetitus comedēdi laudabilis, eritq; egestio mollis & liquida, neq; erit digestio in urina.*

In hac arte notat repletionem. & diuiditur primo ī duas speciēs. Quarum una est, cum humores graues
H sunt & multi, respectu tamen virtutis corporis: verum non sunt multi & absolute excedentes respectu sui: & hęc quidem repletio nota est, quę s. dicitur repletio penes virtutem. Secunda etiam est nota, quę dicit repletio penes cōcauitates organorū. hoc autem est cum sunt humores multi per se & absolute. Incœpit autem primo a specie repletiōis penes virtutem. vnde inquit, ꝙ genus eius diuiditur primo penes animæ virtutes. nam ex ea est quędam respectu virtutis immutatiuę, super quam repletionem signat appetit⁹ cibi mal⁹
I & illaudabilis, egestio mollis & liq da, & priuatio digestionis vrinę.

346 *Significatur autem super repletionē respectu uirtutis motiuæ, ex grauitate & læsione motus.*

Significatur autem lędi virt⁹ motiua ſm locum: eo ꝙ lędatur & grauetur faciens ex motu locali.

347 *Si autem sit repletio respectu pulsatiuæ, erit quidem patens debilitas, & pigritia pulsationis eius.*

Si vero repletio fuerit penes virtutem pulsatiuam, idest vitalem, erit K
tem pulsus debilis.

348 *Causa uero debilitatis animarum seu potentiarū est illud, quod nequeunt pati ex chymis: nam parum ex eis lædit & grauat eas, non autem ideo quia membrorum concauitates ex eis repleantur.*

Hoc accidit ex hac repletione venarum. & ostendit ꝙ ipsa lęsio non accidat ex repletione cōcauitatum venarum, sed potius ex debilitate L
virtutum, & malitia chymorum. vnde est ac si diceret, hæc species repletionis ideo accidit, quoniam animę seu potentię debiles fuerint ex chymis uel humoribus aggrauatę: vnde nequeunt eos tolerare. Nam propter sui debilitatem lęduntur in dęlatione & tolerantia eorum: quanꝫ minimę concauitates membrorum ex eis repleantur.

Signa repletionis secundum membra.

349 *Est autem alia repletio a prædicta penes concauitates organorum, s. cum non poterunt tolerare id, ex quo membrorum concauitates replebuntur.* M

Hæc secunda species repletionis est quidem penes cōcauitates organorum. vnde est ac si diceret ꝙ, anguſtentur ab illis humoribus. Et quia notum est, ꝙ concauitates prędictę cedente sanguine repleantur, ideo inquit: s. cum non poterunt pati ex eo, quo membrorum concauitates repleantur.

Hoc

A *Hoc autem genus contingit ex repletione aut sanguinis puri & mundi, aut cholerę, aut humoris phlegmatici. interdum autem animę seu potētię fortes sunt, nec grauant eas chymi.*

Hoc quidem genus repletiōis est ex sanguine, s. aut ex sanguine mūdo & puro ab alijs hūoribꝫ, aut sanguine cū dominio cholerę rubeę, aut humoris melācholici, aut phlegmatici. & est quidē possibile ꝙ omnes animę fortes sint, & ꝙ non percipiant repletionem illam.

B

Signa dominiī sanguinis.

351 *Cum dominatur sanguis aliis humoribus, adsunt somnus & dolor capitis in excessu, cū tumore & rubore uenarum. Est⁊ possibile quod inde cogitationes mutentur, cum grauitate capitis, & debilitate, & fatigatione sensuū. Reperitur etiam tactu [calidus cum grauitate humorum, & scapularum, & cum oscitatione.] Et [sunt interdum grauia latere, et hypochondria, & manifestus fluxus sanguinis a naribus, cum alycibus: & etiam uenter est laxus, non tamen multum cum delectatione, & suauitate uitæ:] & apparebunt somnia letitiæ, & iocunda cum uarietate & multitudine colorum. Accidet etiam pruritus in loco phlebotomiæ, cum rubedine oculi insolita, et apostematibus, aut Variolis, aut pustulis corporis, & opinabitur se comedere dulcia in somnis, & uidebitur quod gustet dulcia, & si prius ea non comederit. Vnde si hæc accidentia sint in uere, aut in principio iuuentutis nouellæ, significabunt quidem nobis super ægritudines ex sanguine generandas: quæ quidem de facto cōsequenter apparebunt.* C D

Hęc enim omnia accidētia sunt super sanguinem significantia. & quod dicit hic, est de se notum. Horum autem accidentium sunt tres E
species. Nam quędam ex his accidentibus super dominium naturalis sanguinis significantibus apparent in vigilia, sicut color rubeus, & fatigatio seu cōcussio, & similia his seu huic speciei. Et quędam ex eis vidētur in somnis: vtpote si sanguis in somno, aut si videatur ei, ꝙ comedat tunc aliquid dulce. Et quędam ex ipsis sunt causę multitudinem, seu magnitudinem sanguinis efficiētes. quę si fuerint cibi, sunt velut esus dulcium: si autem fuerint accidentia animę, sunt velut gaudium & lętitia. Sed si fuerit ex temporibus F
anni cōueniens in hoc, est sicut vernale. Si vero fuerit ętas ad idem conuenientes, est sicut ętas iuuentutis, & adolescentię. Tacuit de multitudine extensionem & solutionem faciente vel inferente, quia noluit dolorem ex solutione cōtingere cōtinuitatis. Et causa quidem accidentium post sanguinis generationem contingentium est calor ipsius sanguinis, aut eius humiditas. Vnde exempli gratia, calor sanguinis est causa doloris capitis, & eⁱ⁹ hūiditas

causa

G causa somni superflui. Et prurit⁹ quidem contingens in loco phlebotomiæ significat super dominium, & multitudinem sanguinis, in eo qui vsus est phlebotomia. Et causa qui dē apertionis sanguinis est esus dulcium. & sapor dulcium in somno est, quoniā anima seu potentia imaginatiua sequitur complexionē corporis, imprimitq; & assimilat quod ab extra sentit, & percipit.

Signa choleræ.

352 H *Cvm dominatur cholera citrina aut crocea, apparet quidem color cutis citrinus, cū debilitate, & casu appetitus cibi: & reperit ille in quo dominatur oris amaritudinem, & mordicationē ex ipsa cholera rubea in stomacho contingentem: accidit q; ei uentris solutio, cum qua est cholera rubea, & insomnietas cum profunditate oculorum, & siccitas oris & linguæ: & eius urina est in colore ual de citrina, accidit q; ei syncope, &* I *riget cutis eius cū permistione, & perturbatione: accidit ei sitis post ieiunium, & apparent ei in somno corruscationes cum subtilitate pulsus, & calore corporis. Sunt etiam ex his accidentibus multa, & frequens balneatio in aquis calidis, & sulphureis: & motus laborioſi qui fiunt in regionibus, & a [illis septentrionalibus,] & frequēs & continuus esus acutorum, & maxime si fiat tempore æstiuo.*

a meridionalib⁹, & ętas iuuētutis.

Hæc omnia signa diuiduntur in K tria genera, quorum quidem rememorationem præmisimus, in quæ, ſ. signa dominium sanguinis significantia diuiduntur: hoc est dictum, ꝙ accidentia dominium choleræ rubeæ significantia sumuntur a tempore somni, aut ex parte vigiliæ, vel a generantibus eam. Et accidentia ex dominio choleræ rubeæ contingentia sequuntur ipsius complexionem, aut colorem, aut saporem. Cō sequentia autem ipsius complexionem sunt velut casus appetitus: nā ratione frigiditatis viget appetitus, vnde cum calefit os stomachi, ī quo L existit appetitus, cadit quidem appetitus. Sequitur etiam insomnietas, & exiccatio complexionum ipsius, q̄ quidem calida est & sicca: sicut ēt est de siti. Solutio etiam quidem vēntris contingit ex acumine & mordicatione ipsius. & ipsius mordicatio contingit ratione caloris, & siccitatis eius. & similiter turbatio, & iracū dia. Et amaritudo quidem oris sumitur ex sapore eius. Et color significat per se super substantiam ipsi⁹, cum egreditur per vomitum, vel secessum plus solito. Quæ autem ipsas efficiunt sunt (vt inquit) multa balneatio in aqua calida per naturam, & obuiatio rerum calidarum exteriorum, & esus medicinarum calidarum, & motus vltimatus, vigiliarum instantia, ira, & angustia. M

Signa melancholiæ.

353 *Si uero cholera nigra in corpore dominetur, erit quidem ſus color corporis cum forti & ingi meditatione, & cogitatione, & ap-*

appetitu cibi forti, & reperietur in ore ſapor acetosus.

Sequitur quidem fortis medicatio post melancholiam. nam de natura melancholiæ est offuscare animam, & exterrere ex casibus in tempore contingentibus. contingit autem appetitus fortis: quoniam radix, seu principium motus appetit⁹ cibi est ex humore, quem infundit splen ad os stomachi. vnde ex magna infusione huius hūoris ad hūc locum augetur appetitus cibi: sed reperitur in ore acetositas, qm̄ cholera nigra est acetosa. B

354 *Est etiam cum malitia animæ* b *[intuitus fortis, & affixus,] & pulsus durus est, & tardus.* c *[*

]

Malitia animæ cum forti intuitu, i. cum iugiter inspicit hominem cū facie iracunda & tetribili, accidit quidem patienti ex nigra cholera. & hoc, quoniam cholera nigra est sanguini contraria. vnde quia sanguis ex sui natura lætificat, de necessitate oportet ꝙ melācholia habeat iram & tristitiam excitare. Gale. autem sic asserit animam desolari ex humore nigro, sicut desolatur quis ex tenebra & obscuritate. Hoc autē dictum est sicut truffa & canticum. & hoc ideo, quoniam si hoc esset, cogeretur de necessitate ponere ꝙ sanguis esset albus, & splendidus. Duricies vero pulsus ex siccitate eius humoris contingit. Congregatio quidem seu collectio stomacho contingit ex siccitate choleræ nigræ. & inde contingit etiam insomnietas. verum priuatio iræ, & furoris contingit ex ipsius frigiditate. & talis quidem melancholia macleboziat nominata, generatur ex hoc humore. D

Et vrina quidem est alba, tenuis, & cruda: nec est in egestione decoctio. 355

Tenuitas autē vrinę est ex grossitie choleræ non permittente egredi ex vtina nisi tenue & subtile: verum eius albedo ex digestionis priuatione contingit. ideo etiam est egestio indigesta. nam quod digestū est & coctum ex humoribus, calidū est & humidum: talem enim habet formam & naturam, quod digestio E operatur.

Et cibus siccus aridus, anxietas, timor d *[cōtinuus,] et tristitia.* 356 d frequēs

Hæ quidem causę choleram nigram efficientes sunt, ſ. cibi sicci, & accidentia] animæ talia, quæ ponit expresse in textu.

Videtur etiam quòd interficiatur in somnis: apparent q; in somno eius omnia eum exterrentia. 357

Hæc autem contingunt ex timore melancholiam consequente. F

Aetas senum, autumnus, & e *[habitationes meridionales,] & corporis macies.* 358 e regio septentrionalis.

Aetas quidem senectutis necessitat dominium huius humoris, eo quòd sit affinis complexioni eius: & idem facit autumnus, & habitatio aperta a meridie. corpus etiam macrum est consimile generationi huius humoris.

Signa

G 359 a erit piger ſactionibus, & motibus.

Signa phlegmatis.

Si dominetur humor phlegmaticus in corpore, aggrauabitur caput eius, ſomnus eius erit lõgus, & [a fatigabitur iter agendo de facili,] & erit eius appetitus debilis, cum repletione penes virtutem, & [b turbationem ſeu permiſtionem, & ſopita laxitate.]

b pigritia ſ deabulatiõe, & ſopita laxitas abſq; conſuetudine.

Grauitas quidem capitis, & longus ſomnus ratiõe hũiditatis phlegmaticę contingunt, & ſimiliter fatigatio. & ob hoc hæc accidentia comitantur etiam dominium & abũdantia ſanguinis. & diminutio quidem appetitus contingit ratione humiditatis: nam appetitus viget per frigiditatem & ſiccitatem. Exegreſſu autem huius humoris a diſpoſitione naturali grauantur virtutes, contingitq; inde repletio penes virtutem & ſimiliter humiditas ipſius eſt cauſa permixtionis & fatigationis in actione itineris: ſuppoſito tamen q̃ non contingat ex priuatione exercitij.

H

360 I

Ex his etiam eſt fluxus ſaliuæ, & ſputi, & tumor vultus, & color patientis albus, & erit in pulſu eius [c occultatio,] & tarditas, & in vrina turbulentia, & groſſities, & cruditas.

c groſſities.

Cauſa fluxus ſputi, & ſaliuæ eſt manifeſta. verum tumor vult⁹ ideo contingit. quoniam cum humor phlegmaticus dominatur in nutrimento membrorum, reperitur ī mẽbris quędam diſpoſitio inchoationis hydropis: & tunc contingit tumor vultus, & pedum. Et intelligo quidem per tumorem vultus, tumorem palpebrarum, & carnis ſub oculis exiſtentis. Tarditas quidem & occultatio pulſus ex frigiditate contingit. Inde etiam contingit vrinę turbulentia, groſſities, & cruditas: & color qui dominatur in corpore, eſt albus, turpis, & fuſcus, palidus.

K

Nec eſt in eo ſitis, niſi fuerit 361 *phlegma ſalſum, aut putrefactio affuerit.*

In eo quidem, ī quo phlegma dominatur, minime ſitis accidit: niſi tñ illud phlegma fuerit ſalſum, aut putrefactum, ſ. efficiens febrem.

L

Ex his etiam accidentibus ſunt 361 *vſus omnium ciborum humidorũ, & frigidorum, & ætas ſenectutis, & tempus hyemale, & priuatio exercitij, & balnei, & excedens quantitas cibi, & habitatio humida ratione fluminum, & apparitio marium in ſomnis, & querimonia ex incubo facta, & in potentia digeſtionis chyli.*

Hæc quidem agunt & efficiunt humorem phlegmaticum, ſ. cib⁹ frigidus & humidus, & ętas ſenectutis, & tempus hyemale, & obmiſſio exercitij & balnei, & augmentum cibi, & villa humida ex multitudine aquarum hæc enim omnia habent conformitatem in complexione cũ humore phlegmatico. Somniũ autem aquarum, & marium, & querimonia ex incubo, & illi potentia digeſtionis chyli, i. cibi in ſtomacho, hæc quidem omnia ſunt accidẽtia humorem phlegmaticum cõſequẽtia. Incubus quidem mor⁹ b⁹ eſt ſimilis epilepſiæ, qui tempore ſomni contingit. pro tanto eſt ſignum prognoſticum futurę epilepſiæ. Et epilepſia quidem eſt ſpaſmus, & mor⁹ illaudabilis accñs cerebro & nervis ex humore phlegmatico, aut ventoſitate phlegmatica.

M

Cum autem apparebunt tempore ſanitatis continuo accidentia de neceſſitate ſuper aduentũ ægritudinum ſignificantia, eſto ſolicitus in ablatione eorundem.

Hoc quidem præceptum eſt vniuerſale in hac arte: & hoc eſt, q̃ cum quis videbit aliquod ex accidentib⁹ morborum iam ſanis accidiſſe, q̃ debet operam dare circa curam eius. Hæc autem ſpecies ſignorum ſignificantium tempore ſanitatis ſuper futuras ægritudines eſt alia ab illa ſpecie ſignorum, quæ ſignificat ſuper dominium quatuor humorum. & ideo Medici fecerunt de eis tractatum & capitulum ſpeciale. Ex illis autem ſignis ſunt iſta, continu⁹ motus, & iectigatio faciei, quæ torturã futuram oris prognoſticant: & vniuerſalis iectigatio totius corporis, q̃ futurum ſpaſmum nunciat. Ferunt etiam q̃ fatigatio ſine cauſa manifeſta extrinſeca, & caſus appetit⁹ prognoſticant futuram febris generationem. Sic etiam ferunt q̃ multitudo furunculorum ſeu vlcerum prognoſticat apoſtemata futura in cõcauitatibus membrorum. Et dolor grauanuus in inferiore parte vẽtris ſignat ſup lapidẽ, aut ſuper futurã gñationẽ apatũ in illis locis. Et dolores quidem dextri lateris, pgnoſticãt ſuper oppilatiões hepatis, & ſup futurã gñationẽ apatum in eodem. Et vſtio quidẽ vrinę ſignat ſup vlcera veſicę. Et incubus quidẽ ſignat ſup futurã epilepſiam. Poſuere etiã multa alia ab iſtis, q̃ retulerunt ſub hoc capitulo in libris ſuis. Poſtq̃ pfecit ſermones ſuos ſup ſigna pgnoſtica ſignantia tempore ſanitatis generationẽ egritudinum ī futuro, incipit nunc hic referre ſigna pgnoſtica tpe morbi ſignificantis ſuper futuram ſalutem, aut mortem.

N

O

P

Q

R

S

Rememoratio ſignorum prognoſticorum tẽpore morbi contingentium.

E

Ex ſignis prognoſticis eſt ſignificans mortem futuram. 364 *Et ex eis eſt, quod ſignificat futuram ſanitatem ſeu euaſionem &* [d *proprie ex his eſt ſcientia prognoſtica.*]

d hæc inſcia pgnoſticationis declarant.

Signa, quæ in hoc capite repetiũ tur, diuidunt primo in partes duas: quarum vna eſt ſignorum ſuper futuram generationem ſanitatis ſignificantium. alia autem eſt ſignorũ ſignificãtium ſuper mortem futurã. Et proculdubio ſcientia de iſtis ſignis eſt propriè ſcientia prognoſticationis. & ſunt illa, quæ ponuntur in hoc capitulo.

F

Ex ſcientia iſtorum videbit Me 365 *dicus, & ſciet quis moriatur, retrahetq; inde manus ſuas a cura eius: ſicut etiam videbit ex ſcientia eorundem quis euadere debeat, & curari, pro tanto notificabit & prognoſticabit illud.*

Ex ſignis his conſequitur Medicus ſcientiã perutilem & iuuatiuã. Nam Medicus ſcit quidem ex eis quis

G quis moriturus sit egritudie sua cũ vocabitur ad curandum eum: vnde significabit illud amicis suis, & retrahet se a cura eiusdem. sic ẽt sciet ex eisdem quis euasurus sit a morbo suo: ꝙ tanto prædicit curã & euasionem eius amicis ipsius patientis, & dat operam circa curam ipsi⁹.

366 *Principium huius scientiæ est scientia de temporibus morborũ, & eo quod apparet in eis de dispositione morborum. est etiam scientia de longitudine, & breuitate,*
H *fortitudine, & violentia, debilitate, seu tranquillitate ægritudinum, & etiam de iudicio eius quod debet generari ex crisi in tẽporibus morbi.*

Hæc quidem signa diuiduntur diuisione prima in tria genera ipsorum, ex quorum vno habetur scientia de temporibus morborum, & eo quod apparet in eis ex signis laudabilibus & illaudabilibus. Ex secundo habetur scientia longitudinis, & breuitatis morbi, & acuitatis & leuitatis eius. & hoc quidem intellexit per fortitudinem seu violentiam, de
I bilitatem seu tranquillitatem morbi. Sed ex tertio habetur scientia eius, quod debet generari ex speciebus crisis laudabilis, seu illaudabilis in temporibus morbi.

De temporibus morbi.

367 *IN quolibet morbo sunt diuisa tempora, in quorum aliquo cõtingit mors, & uita vel salus, & sunt principium, augmentum, status. In quolibet potest mors contingere. In quarto autem, quod declinatio appellatur, non contingit* K *mors, nisi contingat error vndecunque.*

In quolibet morbo salubri sunt quatuor tempora: & ī quolibet trium primorum ex eis, ſ. in principio, augmento, & statu contingit mors & salus: verum in quarto non contingit mors, nisi ex aliquo errore vndecunque contingente.

Principium autem est, in quo 368 *contingit nocumentum in operationibus, & debilitas in negotiis assuetis.* L

Tempus autem principij dicti est illud, in quo infertur nocumentum naturalibus operationibus: tunc. n. debilitantur omnes operationes patientis. & ob hoc Medici ferunt ꝙ in hoc tempore nihil digestionis apparebit in vrina.

Et hoc quidem tempus durat, 369 *donec digestio appareat in* [a] *[hypostasi,] sputo, fœcibus, & vrina. & post ipsum apparet & cognoscitur augmentum ex longitudine paroxysmorum febrium. & operationibus,* M *& accidentibus.*

Tempus quidem principij durat, donec appareat digestio in sputo, si sit morbus in pectore: aut in fecib⁹ si sit morbus in ventre: & in vrina, si sit morbus vniuersalis in toto corpore. Cum autem digestio inchoatur, prolongatur quidem, augetur seu *magnificatur paroxismus febris, & ipsius accidentia: & hoc quidem est tempus augmenti. Et Gal. quidé opinatur ꝙ cum tempus paroxismi prolongatur, & eius initium anticipatur

A patur & ipsius accidentia, puta calor, & sitis. & alia ab his ex accidentibus febrium, ſpecialibus augentur & fortificantur, ſignificãtur ꝙ morbus sit tunc absq; dubio in augmẽto: sicut proculdubio cum minuitur & remittitur paroxismus in tribus prædictis, morbus existit in declinatione. Sic etiam existit in statu, cum prędicta quiescunt, nec ampli⁹ mutantur in paroxismo. veruntamen paroxismus augetur in quibusdam ex prædictis, & minuitur in alijs. Sunt tamen diuisiones multiplices quamplures distinguentes, quas q-
B dem hoc compendium minime bene tolleraret.

370 *Status vero est, cum post* [b] *[dictum negocium] perfecta digestio apparebit, nec paroxysmi morborum augebuntur, & accidẽtia in quantitate æquabuntur.*

Tempus status est post tempus augmenti: & est, cum iam digestio est perfecta & completa, nec augentur paroxismi febrium, & earum accidentia coæquantur. & est ac si diceretur, ꝙ prolongatio paroxismi,
C & hora inchoationis eius sunt eædem, & eius accidentia vniformia, & æqualia.

371 *Accipit etiam morbus diminutionem, & fit interdum crisis perfecta. Vnde cum hoc signum videbitur, prognosticetur pax & salus patiẽtis. nam mors minime accidit in declinatione, nisi errore su-*
per patiente commisso, aut aere
[c] *[complexionis malæ & illauda-* D *bilis, necnon etiam omni extrinse-* *co contrario eidem contingente.*

Tempus quidẽ declinationis est, cum incipit morbus minui, ſ. in longitudine paroxismorum, ac si diceretur, ꝙ tunc breuiores solito efficiãtur, & ꝙ tempus inchoationis eorũ suboccupet, & ipsorum accidentia alleuientur & mitigẽtur. In hoc autem tempore perficitur interdum morbi consumptio & destructio p crisim, & interdum consumitur insensibili dissolutione absque crisi. Vnde cum apparebunt signa, ꝑgnosticetur super euasionem & libera- E
tionem patientis a morte. Constat .n. ꝙ nullus moritur in declinatione, nisi ex errore contingente ex seipso, aut ab assistentibus, aut ex parte Medici, aut ex malitia, & corruptione aeris, vel in summa ratione extrinsecorum accidentium nociuorum, puta ratione timoris, vel tristitię, aut ratione aliorum ab his ex accidentibus, & rebus animalibus, vel corporalibus.

Scientia autem nostra, per quã 372
cognoscimus terminum principij, confert quidem in subtiliando cibum, & diætam, sicut decet, & F
in mediando subtilitatem eius in augmento. Nam hoc expedit patiẽti, donec morbus ad statum peruenerit. tunc autem decet Medicũ esse solicitum ad subtiliandum perfecte diætam.

Scientia autem, quam habemus de tempore principij, augmẽti, & status, confert nobis ad sciendũ artem subtiliandi diętam ęgrorum. Nam cum scimus morbum esse in

Universidad de Deusto
Biblioteca

G principio & augmento, ſubtiliabimus quidem diætam patientis: ita tamen, ne inde virtus patientis ante ſtatum debilitetur & cadat appropinquante vero ſtatu, ſubtiliabim⁹ quidem diætam in vltimo. Ferunt autem ꝙ Gal. & Hipp. abſtraxerũt artem ſubtiliandi diætam ex cogitatione diſtantię, aut inſtantiæ temporis ſtatus. Vnde cum inſtabit ſtatus morbi, valde ſubtilietur diæta ī vltimo: cum autem valde diſtabit, ingroſſetur: & cum erit medius ĩter propinquum & diſtãtem, medietur inter ſubtilem ptimam & groſſam.

H ꝓ tanto ſcientia eorum, quibus ſtatus tempus cognoſcitur, eſt magis neceſſaria cęteris ī hac arte traditis.

Rememoratio longitudinis & breuitatis morbi.

337 *OMnis morbus perficitur ĩ menſura, quæ ſi fuerit breuis, dicitur acutus, & hic aut interficit in breui tẽpore, aut per criſim laudabilem terminatur.*

I Omnis quidem morbus conſumitur, & deſtruitur in aliqua menſura tempotis. ex ea autem lõga eſt & ex ea eſt breuis. vnde ex morbis eſt quidam leuis motus, & eſt ille, quem ipſe vocat morbum acutum. de natura autem eius propria eſt, ꝙ celeriter ĩterficiat, aut per criſim deſtruatur & conſumatur. & hic morbus ſecnndum opinionem Hippocra. attingit vt plurimum * nonum diem: ex quo eſt maxime acutus ille, qui terminatur per criſim ī die quarta.

a.l. decimũquartũ.

Ipſe etiam morbus eſt citæ digeſtionis, & breuium temporum, auſterus, & periculoſus. 374 K

Hic etiam morbus eſt citæ digeſtionis, & habet quatuor tempora, ſi perficiantur: tñ ratione velocitatis ſui motus & violentiæ accidẽtiũ eius eſt auſterus, & piculoſus. vnde patiens moritur ex modico errore eidem contingente.

Cognoſcitur autem ex breuitate ſui principij: pro tanto regatur diæta conuenienti. 375

L Hic quidem morbus cognoſcit ex breuitate ſui principij. hoc autẽ eſt in primis diebus ęgritudinis, cũ apparent ſigna digeſtionis in ſputo vel vrina. vnde ſi in quarta die apparent principium digeſtionis, vtpote nubes ſuper vrinam, ſignificabit ꝙ ſtatus ſit in ſeptima futura.

Non enim ſunt multum aggrauandæ eius virtutes, nec eſt auferendus & prohibendus ei cibus omnino a principio: nam forſitan caderet virtus eius: nec etiam eſt debilitandus ante ſtatum ipſius. ſed eſt potius prudenter in quantitate reficiendus ſufficienti ſecundum exigentiam ſui[itineris.] 376 M

a vitiũ

Non inquit debet refici patiens in hoc morbo cibo læſionem & grauamen virturi eius referente, nec ẽt eſt ſubito transferendus a cibo ſuo: hoc eſt ꝙ non debet ei omnino ſubripi cibus ſuus: nam caderet virtus eius, priuſquam morbus ad ſtatum perueniret, & per conſequens patiẽs moreretur. Vnde metiendus eſt cibus eius ſecundum diſtantiam ſta-

tus morbi, ſicut & menſurant ſumptus iter agentis. exceſſus. n. & multitudo ſumptuum grauãt ipſum, & diminutio ſeu defectus ipſorum nõ complent intentionem ipſius. Et priores quidem iuſſerunt patienti, cum videbant morbum eius terminari in die quarta, ꝙ dimitteret omnino cibum, dum virtus fortis eſſet: alioquin ꝙ ſufficeret ei mellicratũ. Si tamen eſſet ſub tali, nutriebãt ipſum ptiſana colata, & ſine fœcibus. Si etiam virtus eſſet ſub hac, reficiebant eum ptiſana non colata, ſed cũ totalitate ſua. Cum autem opinabantur morbum non terminari citra decimum quartum, nutriebant ipſum ptiſana abſq; fœcibus ſuis. Si tñ virtus eſſet ſub hac, nutriebãt eũ ptiſana cum fœcibus ſuis. Quòd ſi ſub hac inueniretur, cogebantur ei dare panem ad comedẽdum. Et cõſuetudo quidem viuendi iuuit poſt in hoc negocio: qm̃ hoĩes illius temporis non ſumebant cibum multũ: & hoc, qm̃ cibus eorum ſm menſuram legis ſumebatur, aut ſaltem menſuræ appropinquabat. Conſuetudo autem moderna eſt contraria huic regimini, quantum ad talem menſuram cibi, pro tanto decet vt cibus modernorum aliquantulum augeatur, & potiſſime in crapuloſis, & laborantibus. A B C

377 *Si autem videas difficultatẽ, & malitiam ſignorum, & periculorum, & dolores fortes, & violentos cum mala diſpoſitione, & caſu virtutis, & ratione diminuta & permiſta, ita quod virtus nequeat morbi malitiam tolerare, prognoſtica mortem eius futuram ante ſtatum, quam quidem ex malitia accidentium ex morbo cholerico contingentium prognoſticabis.* D

Si videris in patiente ſigna maligna & auſtera, quorũ relationẽ faciemus, & accñtia periculoſa, vtpote dolores violentos cum caſu virtutis & ſignificatione potentiæ morbi ex malis ſignis, & corruptione ratiõis, & cum hoc videas ꝙ virtus patiẽtis nequeat pati violentiam morbi: ꝓgnoſtica futuram mortem eius, anteq̃ ad ſtatũ peruenerit. cum tamen erit morb⁹ in vltimo fortitudinis & violentiæ, morietur patiens in tpe prĩcipij. verum ſi fuerit ſub hoc, morietur in tpe augmenti. Cognoſces autem hoc in genere ex accñtibus malis & pernitioſis, euiuſmodi ſunt accñtia morborum ex cholera rubea generatorum. E

Ex morbis etiam eſt diu durãs & longi temporis, qui chronicus ſeu temporalis appellatur: qui quidem minime corpus celeriter conſumit & diſſoluit, ſed aut necat ipſum cum phthiſi & hectica, egreſſu ſanguinis, aut macie: aut patiens etiam longo tempore curabitur, & morbus per paulatinam diſſolutionem, & digeſtionem cõſumetur. 378 F

Poſtq̃ fecit relationẽ de morbis breuis tpis & acutis, refert nũc morbos lõgi tpis. vñ ĩquit, ꝙ ex morbis ſunt lõgi, qui tpales ſeu chronici appellãtur, qui longo temporis ſpatio ſunt durãtes. hi autem minime immutant cito corpora, vel diſſoluũt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sicut acuti morbi faciunt: immo qdem aut interficiunt ipsum cũ maiore, aut egressu sanguinis, aut dissolutione virtutis paulatina, aut euadet, & curabitur quis ab eis in tpe lõgo per dissolutionem humorũ paulatinam, præter qꝑ pateat in eo crisis manifesta. Et hoc quidem dedit intelligi, cum dixit: & morbus per paulatinam digestionem, & dissolutionem consumitur.

379 *Cognoscens autem ipsum ex leuitate, & facilitate accidentium eius, & frigiditate cuiuslibet ex*
H *his morbis.*

Cognoscens quidem morbos istos ex facilitate accidentium ipsorum, & natura eorum: quoniã sunt morbi frigidi.

380 *Non cibes istum patientem modico cibo, quoniam caderent virtutes eius.*

Docet quidem qꝑ non in morbis longis, qui non dissoluuntur per crisim, cibetur patiens paruo cibo: qm̃ caderet virtus eius.

381 *Inter autem morbos istos sunt*
I *alij medy, quorum scilicet tempora non sunt absolute breuia, nec lõga. Vnde cibus eorum in subtilitate medietur: nec sit multus, neque paruus.*

Inter morbos quidem breuis tẽporis, & morbos longos & chronicos, tationem extremorum habẽtes sunt alij medij in longitudine & breuitate: & ideirco non reponuntur in tempore longo vel breui, sed potius in æquali aut temperato. pro tanto docet, vt cibus in istis sit inter paruum & magnum medius.

De crisi b {& signis eius.} K b

382 *Scito quòd crisis est velox & subita mutatio, quæ suo tempore ex difficultate seu malitia accidentium, & pugna existente inter virtutem & morbum generatur, vt celeriter ad vitam vel mortem perueniatur.*

Crisis est mutatio suo tẽpore subito contingens patienti, ac si diceret qꝑ hæc mutatio generatur ex difficultate accidentium patienti contingentium, & ex pugna, quæ inter L virtutem & morbum existit: q quidem mutatio significat mortem celeriter in morbo futuram, si fuerit illaudabilis, aut vitam, si fuerit laudabilis. vnde transmutatur hoc nomen ad significandum prædictam immutationem & diẽ eius per quãdam similitudinem, ac si in ea deberet fetri iudicium seu sententia super victoriam morbi, vel virtutis.

383 *Sex sunt species mutationum i*
M *morbis contingentium. Nam aut negocia tardantur, aut citantur in eis: vnde interdum conuertitur in temporibus breuibus corpus ad bonum & uitam.*

Sex sunt species mutationum, q in morbis generãtur. Vna ex eis mutatio est, in qua trãsfertur corpus in breui tempore ad laudabilem dispositionem & sanitatem, ac si diceretur subito. & hoc quidem intellexit, cum dixit: in temporibus breuibus. Vnde hæc est vna ex speciebus crisis, & ipsa quidem est laudabilior cæteris: in ea enim transfertur corpus

A pus subito a dispositione illaudabili ad sanitatem cum euacuatione sensibili, puta cum fluxu sanguinis nasium, aut sudore, vel alijs ab istis.

384 *Si fuerit laudabile quod præcedit eam, prognosticabis sic super ipsam, s. super crisim securam, &*
B *laudabilem.*

Si prognostica laudabilia præcedant crisim, iudica crisim futuram esse laudabilem: & cum hoc etiã significabunt in quo tẽpore accidat, & speciem euacuationis, quæ debet contingere in ea.

385 *Est autem alia mutatio velox*
C *ad prædicta, quæ quidem significat mortem. in hac quidem velocitate malitia est angustus processus Medici: nam hæc crisis est necans, & pernicioſa.*

Secunda ex speciebus crisis est velox & subita mutatio ad mortẽ cũ euacuatione sensibili. In hac autem crisi est, sicut ipse dicit, angust9 processus Medici: quod quidem de processu curationis intellexit. vnde est ac si diceret qꝑ non inuenitur curationis ingenium a Medico. Et hanc quidẽ crisim præcedũt signa mala.

386 *Tertia ex prædictis mutationibus est mutatio tarda, inducẽs ad dispositionem sanitatis, & curans morbum: non tamen cum crisi, sed potius per dissolutionem paulatinã in ea contingentem.*

Tertia quidem species ex speciebus transmutationis est transmutatio tarda, inducens nihilominus ad sanitatem & curans: non tn̄ cum euacuatione & fortibus seu violentis accidentibus, sed per dissolutionem occultam, & insensibilem. & ideo non dicitur crisis. D

387 *Quarta autem species prædictarum mutationum est mutatio tarda ducens patientem ad interitum: nec fit cum euacuatione, sed potius cum hectica dissoluente corpus patientis.*

Quarta quidem species prędicta rum mutationum est mutatio tarda, ducens patientem ad mortem: nec est cum euacuatione & dissolutione subita & forti, sed potiꝰ cũ hectica, virtutes patiẽs consumente. E

388 *Quinta autem ex prædictis est inter eas media, cum inducit mortem, & malitiam vltimatam.*

Quinta quidem species harum mutationum est media inter subito & tarde ducentem ad mortem. & hoc, quoniam in hac specie fit primo imperfecta crisis subito, & cõsequenter dissoluuntur patientis virtutes in tempore tum laritudinẽ habente, donec contingat morsidẽ: & est composita sicut dicit ex illa, quę F subito perducit ad mortem, & ex ducente ad eam per dissolutionem in insensibile.

389 *Sexta uero perducit ad uitam in medio temporum.*

In hac quidem mutatione sexta subito contingente, est primo crisis imperfecta, & consequenter deducitur patiens paulatim ad sanitatẽ. & est hæc quasi composita ex subito transferente patiente ad sanitatem, & ex transferente ipsum ad eã motu, & translatione illaudabili.

G *Hæ autem criſes ſibi inuicem*
390 *dicuntur contrariæ compoſitæ.*

Hæ duæ criſes, ſ. quinta & ſexta, componuntur, vt diximus, ex quatuor præcedentibus. nam quælibet ex eis componitur ex duab⁹ primis, bona, ſcilicet laudabilis ex duabus primis laudabilibus, & illaudabilis ex illaudabilibus.

391 *Criſis quidem laudabilis accidit in ſtatu cum perfecta digeſtione & virtutis fortitudine: contraria vero ei, puta illaudabilis, ſit in*
H *augmento.*

Criſis laudabilis eſt illa, quæ accidit in morbis poſt perfectam digeſtionem cum fortitudine virium & virtutum: & contraria ei eſt illa, q̃ accidit in augmẽto. nam accidit ante complementum digeſtionis.

Rememoratio eorum, quæ oportet ſcire in criſi.

392 *TRia oportet ſcire in criſi.*

Neceſſe quidem eſt ſcire cũ ſpeciebus criſis, quarum relatio facta eſt, tria ſuper diſpõnẽ ipſius criſis.

I 393 *Scientiam videlicet de prognoſticatione eius, & de diebus criticis, & ſcientiam etiam eius quod ſignificatur per ſigna nobis ſignificantia, in quam criſis ſpeciem terminetur, cum perficitur criſis cuiuſlibet morbi.*

Vnum quidem ex his tribus eſt ſcientia, per quam ſcitur, q̃ ſit criſis futura. ſecundum autem eſt ſciẽtia de natura dierum criticorũ. ſed tertium eſt ſcientia de ſpecie criſis, quę debent fieri, ſeu de ſpecie euacuationis, quę futura eſt in criſi. & hęc quidem ſciẽtia habetur ex ſignis ſignificantib⁹ ipſam eſſe futuram, necnõ etiam ipſam ex cauſa ipſius morbi.

De ſignis criſim prognoſticantibus.

394 *Omnis autem criſis prognoſticatur ex violentia accidentium, quæ dicimus.*

Intendit q̃ prognoſticantia criſim futuram ſunt ſigna, quæ refert in hoc loco.

395 *Et ſunt permiſtio ſenſus, & intellectus, & dolor aurium, &* L *capitis.*

Ex ſignis autem futuram criſim ſignificantibus eſt permixtio rationis, & diminutio ſenſus, & dolor aurium, & capitis. hmõi aũt cauſa eſt motus humorum in capite.

396 *Et fluxus lachrymæ, anguſtia,* a *[parua fames, ſeu caſus appetitus,] motus laborioſus, & vigiliarum inſtantia, & dolor in pectore* & *vel collo, & illaudabilis excitatio a ſomno cum motu, & rubedine* M *oculorum.*

Eſt autem illaudabilis excitatio a ſomno, cum excitatur quis à ſomno ſuo, velut homo exterritus.

397 *Et frendere dentibus, & limatio eorundem in ſomno, & eorundem percuſſio, & fortis fricatio naſi patientis.*

Intellexit quidem q̃ patiẽs limet & percutiat dentes ſuos ad inuicem præter q̃, conſueuerit hoc tempore ſanitatis.

Et

A *Et interdum inſinuabit aliquis*
398 b *[commouendo] cum labijs ſuis, vi debiturq̃, interdum fugere ea.*

Hoc quidem eſt, ac ſi diceret q̃ videtur vnum ex eis cum quodam eorum fugere. & hæc quidem omnia ſigna ſunt laboris & anguſtiæ ex pugna naturæ cum morbo.

399 *Et velocitas quidem anheli-*
tus, & deſyderium trahendi aerem frigidum cum anguſtia, &
velocitas pulſus, & frequentia, et
B *tuſſis cum infuſione, & ſonitu, & gargariſmatis.*

Intellexit hoc, cum accidit patiẽti tuſſis cum ſonitu gargariſmatis ĩ gutture ſuo contingente ex reb⁹ infuſis a capite ſuo ad locum illum.

400 *Et pulſatio cordis continua, &*
ſyncope, & conatur patiẽs a lecto
ſuo ſurgere, & recedere.

Intellexit q̃ patiens conetur a lecto ſuo ſurgere, velut homo permixtus turbatus, & recedere.

401 *Et dolor gutturis & meri cum*
C *anguſtia: quæ ſi perſeuerauerit, continget ei ſyncope magna, & fortis.*

Intellexit per anguſtiam nauſeã, & nocumentum ſtomachi eiuſdẽ.

Et c *[pulſatio in lateribus & dorſo, cum torſionibus violentis, & fortibus, & continuo dolore ſtomachi cum querimonia ſtomachi uel hepatis,] aut dolor ventris, aut circa pectinem, aut etiam in renibus, & veſica, aut dolor fortis cir-*
ca d *[virgam,] uel in urga, aut in matrice, aut in omnibus iunctu-* D *ris aut quibuſdam, aut ex eis intus, uel exterius.*

Quicquid retulit hic eſt p ſe notum. cauſa nanq; horum accidẽtiũ in patiente generatorum, cum eſt ventura criſis, eſt motus humorum per totum corpus eius. tunc. n. natura expellit humores ab omnib⁹ mẽbris, & mittit eos maxime ad membra ordinata, ad hoc q̃ ſint meatus deputati ad egreſſum illius humoris, vtpote ad ventrem, ſtomachum, renes, & veſicam. E

403 *Cum ergo videbitur augmentum horum accidentium in die critica, erit proculdubio bonũ & laudabile, & potiſſime ſi prius digeſtio apparuerit, ſin autem, erit quidem contrarium manifeſtum.*

Cum aliquod horum accidentiũ alicui ęgrorum contigerit, & hoc in aliquo dierum notorum ex diebus laudabilibus abſciſſionis ſententiæ & iudicij, quorũ relationem faciet conſequẽter, & cum hoc ſigna digeſtionis præceſſerint in vrina: proculdubio Medicus nequaquam debet ex tali violentia accidentium dubitare, ſed potius debet patienti & amicis eius prognoſticare, & ſignare q̃ ſanitas ſibi debeat aduenire. Si vero hoc contigerit in die mala & illaudabili, & ſine digeſtione, continget contrarium: ac ſi dicatur, q̃ hoc eſt ſignum malitiæ, & finis, & mali. F

De diebus Criticis.

404 *CAuſa quidem criſis, ſi ſit eorum relatio uera, eſt, quoniam Luna variat actionem in morbis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Causa quidem casus crisis in diebus laudabilibus computando eos a principio morbi patietis cum Luna, si verum est illud quod retulerunt super hoc, quod ideo dixit, qm̃ non est bonum, causam uel rõnem alicuius reddere, priusquã bene con
405 stet de eius inuentione.

Iam quidem cum peragrat, et abscindit celeriter circulum suũ, est quidem causa celeris motus & mutationis: & fortificatur quidẽ interdum in hoc, & interdum debilitatur. hoc autem notum est in
H *arte Astronomorum.*

Fuit quidem necessarium, vt operationem istam appropriaret Lunę: quoniam dies, in quibus manifestatur huius mutatio, sunt septennarij aut quaternarij: & non repitur quidem aliud ex astris, cuius dispositio varietur, & mutetur in hoc in septẽnarijs, aut quaternarijs ex situ seu positione ad Solem, præterq̃ Luna ipsa. cum hoc.n. quod apparet, ꝙ ipsa maturet fructus, & segetes ī prędictis temporibus eius, aut actio est nota in maribus & in aquis, & vni-
I uersaliter in humiditatibus quibus cunq;. vnde cõueniens fuit ꝙ ab ipsa esset actio mutationis in digestione humiditatis. Cum autem dicit: & fortificatur quidem interdum in hoc, & interdum debilitatur. intelligit quidem hoc esse fm distantiã & propinquitatem sui ad Solem ī his reuolutionibus, & etiam fm coniunctionem aliorum planetarum, cum ea conuenientium aut disconueniẽtium: quos quidem domini astrorũ fortunas & infortunas vocãt, seu iuuantes & nocentes.

Nequaquam est operatio sue K
actionis sensibilis in eius iuuamento uel nocumento, sicut quidem est 406
ad sensum uisibilis eius figura ex eo quod in ea existit de claritate, uel lumine Solis.

Actio quidem Lunę est sensibilis cum apparet eius figura lunaris, ex eo quod ad sensum existit in ea de lumine Solis. verum ei° actio iuuamento & nocumento appropriata nequaquam est sensibilis. & est ac si vellet dicere ꝙ hæc transmutatio, ſ in ea visibilis existit, attestatur sup
L illud, quod opinati sunt sapientes astrorum: quod quidem minime sensibile est in ea.

Eius autem quarta relucet in 407
quarto, & eius medietas ī septima

Intelligit ꝙ ipsius quarta relucet in quaternis, & eius medietas in septenis. & est ac si diceret ꝙ, hæc est causa, quare crisis in quaternis & septenis existit. hoc tamen minime reperitur secundum hunc modum in omnib° quaternis, & septenis, & numeratis in quolibet ex morbis a prĩcipio ipsius: cum æger possit incipere pati quolibet die mensis lunaris. M
Vnde causa, quare crisis sic fiat ordinate in quaternis numeratis a primo die, quo cœpit patiens ægrotare, est quidem ex hoc, quoniam in quaternis morborum reperitur notabilis diuersitas impressionis cum modo ordinato. nã quod ibi apparet ex hoc est ordinatum, & determinatè sic procedit. pro tãto quidẽ congruit, ꝙ talis impressio sit in eis ab aliquo ex astris. & quia Luna determinate efficit impressionem in quaternis & septenis, congruit quidem

A dem ꝙ ab ipsa procedunt tales impressiones non tñ sunt huius diuersæ ĩpressiones ab ipsa, ratione quartarũ mensis, sed potius rõne quartarum circulorum, quos efficit & describit in motu dierum: quod quidem notũ est °in reuelatione dictũ.

Et morbus quidem minime cõ- 408
tingit nisi ex dispositione, qua debilitatur opus naturæ: qui si cum auxilio producatur, curabitur quidem patiens, & uita prolongabitur: sed si cum detrimento, moriB tur quidem, & uita perdetur, & separabitur.

Morbus non est in patiente, nisi cum Luna fuerit in malo loco a prĩcipio natiuitatis eius. & est ac si diceret ꝙ talis locus est ille, quem attingit in principio ægritudinis suę. vnde si tunc ipsa transferatur & eleuet a tali loco ad loca vtilia, & iuuatiua & cum hoc locus fuerit, in quo incipit generatio morbi ipsi° paruæ malitiæ, & curabitur quidem patiens, & viuet. verum si transferretur tunc ad loca mala, ipsa existente a princiC pio in loco malo, augeret & fortificaretur eius malitia. Hoc aũt dogma minime est de arte Medicinæ, sed potius ex arte Astronomiæ: quę quidem ars debilis est, & falsum est plurimum, quod in ea existit.

Crises contingunt interdum in 409
quaternis, & iterdum in septenis. Et illæ quidem bonæ sunt & laudabiles, quibus coniunguntur digestio, & prognosticatio attestãtes super ipsa.

Crises contingentes in quaternis D
& septenis in principio morbi nũeratis sunt laudabiles semper, cũ præcedunt eas dies indicatiui, i. prognosticantes crises consequenter futuras, in quibus iam apparuit, & fuit digestio. Et Hippo. quidem & Gal. numerant dies quaternarios velut mundi causa. Dicunt ergo, ꝙ dies quarta laudabilis est & critica: dies etiam septima est critica, in qua fm eos terminatur secunda quarta. ipsi .n. dicunt ꝙ duæ quartæ primæ vniuntur in die quarta: hoc est dictum ꝙ ipsi ponunt diem quartam, finẽ E
& terminum quartæ primæ, & principium quartę secundæ. Et die vndecima terminat quarta tertia, quã quidem quartam minime coniunctim numerant cum secũda. Quartam vero, quartam ferunt terminare diem xiij. hęc quidem quarta cõ iunctionem habet cum tertia, ſ. cũ die xi. Sic etiam coniũgitur quinta quarta, ſ. dies xvij. cũ ea, quæ ipsam prędcedit, sicut patet & fm Hippo. & Gale. Quarta sexta, i. dies vigesima vnitur præeunti ipsam. fm tamen Archigenẽ, hæc quarta est dies xxi. nec alicui alij coniungitur. Hi ergo F
quaternarij sunt dies indicatiui, & critici. est autem decentius, ꝙ quaternarij ex eis dicantur & sint indicatiui septennariorum, & ꝙ septenarij sint critici. hæc quidem est series, & ordo laudabilior dierum criticorum: hoc est, ꝙ crises completæ in vltimo & fm plurimum laudabiliores contingunt in eisdem. Verum gradus secundus prædictorum dierum fm eos est dierum imparium, in quibus contingit crisis a tertio vsq; ad xix. puta quinti, septimi, noni, vndecimi, decimitertii, de-

cimi

G cimiſeptimi,& deciminoni. Et conſtat quidem ꝙ fm eos in diebus paribus non contingit criſis,nec indicatio niſi raro. & ſi fuerit, erit mala & illaudabilis:inter quas quidē ſexta erit deterior,adeo ꝙ fm eum contrariatur ſeptimæ . & conſtat quidē ꝙ ſeptima eſt melior inter eas. Licet autem criſis ſæpius accidat ī ſexta,ꝙ non ſic contingit in aliis patibus, eſt nihilominus illaudabilis & auſtera, non ſecura de fine bono . Quod autem ex tali actione & ꝑpreſſione cōtingit poſt diem xx.accidit ſecundum eos in ſeptennariis,non ī
H quaternarijs.Et Gal.quidem numerauit ſeptennarios a xx . vſq; ad xl. cum conjunctione & ſeparatione, quemadmodum fecit de his, quæ ſunt in primo vicenario. Et ſecūdū eum quidem non videtur,nec apparet criſis ſenſibilis in acutis poſt diē xl. poſſunt autem morbi acuti criſim ſuam differre vſq; ad diem .xl. ratione ſtimulationis contingentis eiſdem. Sic etiam accidunt criſes in chronicis in quatuor menſibus, & in tempore longiori. nam ſicut criſes accidunt in diebus menſiū acutorum, ſic etiam proportionaliter
I contingunt in menſib⁹ anni ī chronicis:& interdum accidunt criſes in annis in eiſdem.

409 *In alijs quidem ab iſtis nequaquam circuitus & periodi reperiuntur ratione turbationis,& dubitationis contingentis in eiſdem.*

Criſes quidē contingentes in paribus diebus,priuantur & carent determinato ordine,quem ſeruant p̄dictæ.& hoc.qm̄ fm Gal. cāæ earū poſſunt eſſe humores qui ſunt materia morbi.ſeruant nihilomin⁹ aliqualē modum quaternorū ex,ꝓpin K
quitate ſui ad eos.Et eſt poſſe ꝙ perturbationem & dubitationem, quā dixit cōtingere in eiſdem, intellipit naturam materiei obuiantem ordini,quem agūt & operant aſtra ī eiſdē,iuſſu & volūtate creatoris eorū: cui⁹ nomē ſit in ſecula bn̄dictum.

410 *In non habentibus vero digeſtionem & prognoſticationem, cōtingit quidem dubium in eorum accidentibus: nec contingit criſis ī his diebus,niſi cum contingit conſequenter aliquod ſiniſtrum.*

Inquit,ꝙ critici illaudabiles ſūt, L
quos non præceſſit digeſtio,& iudicatio.pro tanto non dicuntur abſolute critici.accēntia aūt in eis contingentia ſunt dubia : nam criſim ī eis contingentem ſubſequitur aliquid pernitioſum,& illaudabile.

Rememoratio [a]{ſignorum ſuper}fluxum ſanguinis. [a] quali ſint criſes, & quo

411

Cum videris morbum ſanguineum,auſterum,& violentum valde,cum illaudabili & impetuoſo motu,cuius ſigna patula ſint in capite,& manifeſta,quæ uſque ad omnes ſenſus extendantur,cum rubore & pruritu naſi,erit proculdubio criſis eius per fluxum ſanguinis narium. M

Intentio eius in hoc loco eſt referre ſigna,quibus ſumitur ſignum ſuper futuram ſpeciem criſis futurę antequam ſit.vnde cū videris morbum ſanguineum,&c.ſcitur autem hoc ex ſignis relatis ex præcedentibus. Cum ergo talis erit morb⁹ violentus

A lentus & auſterus, & accidentia ſup ipſum ſignificantia in capite ſ. & quinque ſenſibus erunt manifeſta, cum rubore,& pruritu naſi, prognoſticetur,& protinus ſententia abſcīdatur ꝙ criſis futura ſit per fluxum ſanguinis narium. D

412 *Si uero accidentia ipſius deorſum,& in parte inferiori appareant cum dolore continuo umbilici, & præceſſerit retentio menſtruorum , continget quidem criſis per fluxum menſtruorum.*

B Siquidem accūtia dominiū ſanguinis ſignificantia in parte inferioris corporis apparuerint cum dolore vmbilici & pectinis, & eū hoc patiens fuerit mulier, cui menſtrua iā cōcluſa erāt & retenta,iudicet criſis eius futura per fluxū menſtruorū.

413 *Sed ſi pars ſuprema corporis incolumis fuerit,& a dolore immunis cum dolore tamen hypochōdriorum,& patiens querulosſus ſit de hepate,& dolor uſq; ad anum extendatur, nequaquam quidē commictetur error , ſi prognoſticetur*
C *criſis illa futura per fluxum ſanguinis hæmorrhoidarum.*

Hoc etiam per ſe eſt notum . cū enim pars ſuprema corporis immunis eſt a dolore,& cum hoc appareant in eo accūtia dominium ſanguinis ſignificantia, cum dolore in partibus inferioribus corporis exīte hypochondriorum & hepatis,qui vſq; ad anum extēdatur, ſi criſis talis patientis prognoſticetur futura p apertionem orificiorum venarum ī ano exiſtentium, nequaq̄ talis prognoſticatio indiſcreta erit.hoc.n. verificatur & apparet vt plurimum,& maxime in eo qui ſolitus eſt pati apertionem venarum in ano exiſtentiū, ſeu hæmorrhoidas.

414 *Si autem morbus ex cholera rubea ſit in ſtatu, accideritq; apoſtema capiti,& dolor capitis ,& anguſtia augeantur,nequaquam quidem eſt deſperandum, quoniam cōtinget criſis eius per fluxum ſanguinis narium.*

Si morbus fuerit ex cholera rubea, E
& iam ad ſtatum ſuum puenerit, & fuerit cū hoc apoſtema ficneticum in capite patientis cum intenſione ſui, ſiue hoc contingat rōne ipſiuſmet apoſtematis, ſiue ratione febris nequaquam erit inde deſperādum, quoniam criſis continget per fluxū ſanguinis narium.

Signa criſis per fluxum ventris vomitum , & vrinam , & ſudorem,& b{dolorem.} b ap.

415 F

Verum ſi eius accidētia ſunt *in ſtomacho , & cum hoc prius conqueſtus fuerit patiens de hepate,cum anguſtia , & ſyncope ualida, erit quidem criſis eius per uomitum.*

Si quidem cholerę rubeæ accidētia ſint in ſtomacho , vtpote dolor acutus,& patiens conqueſtus fuerit ante de hepate ſuo,cū anguſtia ſtomachi,&nauſea forti,& ſubuerſiōe, tunc quidem contingit criſis eius p
vomitum . aſſerit autem Galenus, ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ex signis huius crisis esse tremorem labij infetioris.

416 *Si uero caput eius fuerit sine dolore: & cum angustia uentris, & eminentia umbilici, & præcedente uentris cõstipatione, prognosticanda quidem erit futura crisis per fluxum uentris.*

Hoc etiam est manifestum. nam si circunscripto dolore capitis, assit dolor ventris, cum eminentia umbilici, & præcedenti constipatione vẽtris, crisis quidem continget per fluxum ventris.

H 417 *Quòd si uenter eius pacem habuerit, & digestionem laudabilẽ, præter quòd morbus eius uiolentus sit & austerus, cum aliquantulo tamen labore, & uigilys, circunscriptis accidentibus sudoris, morbo quidem sic molli, & lento existente, cum doloribus pectinis, erit sermo meus ueridicus, scilicet quòd crisis huius patientis continget per urinam.*

Cum quidem non inueniuntur I in ventre patientis dolores, nec erit morbus violentus, erit tñ nihilominus cum aliquantulo labore & vigilijs, præter q̃ sudorem patiatur, cũ doloribus tamẽ inferioris partis vẽtris, continget proculdubio crisis p vrinam. Signanter autem dixit, q̃ non patiatur sudorem: nam tunc proprie significabit declinatio humidæ superfluitatis ad renes, & ad vesicam.

418 *Verum si cum pace & quiete prædicta retineatur urina, præter quòd morbus sit in ultimo acuminis, cum apertione tamen pororum cutis, sine forti dolore, & uigilys, & siccitate, erit quidẽ crisis eius forsitan cum sudore.* K

Cum quidem diminuetur urina, præter q̃ patientis accidentia sint tẽ pore status in vltimo acuitatis & violentiæ, & erunt pori cutis aperti, & cum hoc est, q̃ fuerit patientis corpus molle, laxum, & spõgiosum: cõtinget quidem proculdubio crisis eius per sudorem.

Si autem contingat dolor membri uel iunctur arum in acutis, continget proculdubio crisis earũ per apostemata. 419 L

Si patiens quidem patiatur dolorem, continget crisis eius per apostemata, quæ debent in eo generari. tales autem morbi, quorum f. crisis accidit per apostemata, sunt de raro contingentib⁹. & hæc quidem apostemata generantur post aures, ĩ collo, & subascellis, & sub cruribus, & ĩ inguinibus, & in iuncturis, necnõ & et in oĩbus locis corporis. laudabilius tñ ex his apostemanibus est magis distans a membris principalibus. M

Rememoratio signorum prognosticorum a {mortalium sumptorum ex operationibus.} a

420 *Vtere laudabili regimine ex signis super mortem, euasionem, seu quietem, & pacem significantibus.*

Horror lucis, sine tñ speciali morbo oculis, significat, peculdubio morbum magnum, & nocumentum in cere-

A cerebro. & fluxus quidem lachrymę significat super multitudinem materiæ illius morbi, & debilitatem ipsius oculi retentiuæ contingentem ratione violentię, & magnitudinis morbi. Idem etiam est de magno, & forti rubore.

De signis mortis, & primo de signis sumptis ex operationibus.

Et his quidem sunt horror luminis, & lucis, & fluxus lachrymæ cum b *{rubore motu forti, & uertigine.* B

421 *Ex paruitas oculi in uno latere, & apertio oris absq; oscitatiõe.*

Paruitas, seu diminutio oculi significat super spasmum contingentem ex morbo, qui contingit cerebro, in illo s. latere, in quo diminuit oculus, aut super diminutionem humiditatis ipsius. Apertio vero oris significat sup debilitatem virtutis retentiuæ in inferiori mandibula existentis: quod quidem signũ est malum, & illaudabile.

C 422 *Et cum quis iacet & dormit resupinus, manibus & pedibus suis protensis & relaxatis.*

Hęc quidem signa sunt illaudabilia: nam significant super casum virtutis ferentis, & sustinentis corpus. nam in somno naturali dormit quis super alterum laterum suorũ, quod quidem ex vigore virtutis ferẽtis corpus contingit: vnde mortuꝰ non stat sic super latus suum. Sic relaxatio pedum, & manuum significat sup casum virtutis. in somno. n. naturali contrahuntur, potius quã relaxentur membra prædicta.

Ex his etiam est si uideatur patiens descendere c *{in lecto suo,} & manus & pedes suos detergere.* D 423 c ex cervicali

Hoc quidem ideo contingit. nã prædictus descensus in lecto significat super debilitatem virtutis ferentis vel sustinentis corpus: hoc autẽ descensu mouetur patiens versus locum pedum suorũ. Et detectio quidem manuum, & pedum significat super violentiam * virtutis. * 2. l. labens.

Necnon mala & illaudabilis imaginatio, qua uideatur fila a pãnis suis euellere. 424 E

Cum quidem patientis cerebrũ cœperit apostemari, imaginabitur aliquam eminẽtiam esse in pannis suis, quam quidem tunc conabitur euellere. & imaginatio quidem rerum malarum, & horribilium significat permixtionem rationis, & morbi violentiam.

Ex his etiam est ultimata grauitas, aut eius manifesta suspesio. 425

Manifesta quidem grauitas extremorum significat casum virtutis motiuæ: sed suspensio seu arrectio patientis ad illud quod videt, significat permixtionem intellectus, & violentiam laborum. F

Et etiam frẽdere dentibus præter solitum, & apponere manus super caput, & puluinar. 426

Frendere quidem dentibus præter solitum significat super spasmũ in cerebro.

Aut etiã si imaginetur quòd uerspertilionẽ nigri coloris capiat, & uelit eum interficere.

Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Hoc etiam est malum, qm̃ significat dominium & excessum choleræ nigræ magnæ aduſtionis.

428 *Nam hoc contingente in morbo acuto, mors quidem appropinquabit.*

Intellexit, quòd hoc contingente in morbo acuto, mors futura sit in proximo.

429 *Ex his etiam est, si tacitus efficiatur uerbosus, & mitis pacificus, iurgiosus.*

Hoc quidem contingit ex violétia morbi cogente patientem dimittere consuetudinem suam. Cum ergo tacitus per naturam efficitur verbosus, aut ex consuetudine pacificus litigiosus, est quidem signũ malum, & illaudabile.

H

430 *Aut si conqueratur de cæcitate, & surditate, uel casu uirtutis, ratione uiolentiæ morbi.*

Mors huius patientis est vicina, quoniam priuatio sensuum est media mors.

431 *Vel etiam si uideatur patienti dormit in statu, quod cadat nix super caput eius.*

I

Hoc quidem videtur ideo contigere, quoniam apparitio huius coloris tempore status morbi, significat super mortificationẽ caloris naturalis, & dominium frigiditatis in eodem, ratione humoris extinguentis calorem naturalem. non tamẽ recordor q̃ Hippocrates alicubi retulerit signum illud.

432 *Et anima quidem inquieta, domina magnæ frigiditatis, est res mala, & illaudabilis.*

Ex frigiditate quidem animæ significatur cordis frigiditas. Inquietudo vero significat illaudabilẽ dispositionem patientis. K

Ex his sunt uigilia nocturna, et somnus diurnus, aut omnimoda priuatio somni. 433

Hoc quidem totum est malum, cum sit contrariũ dispõni naturali.

Necnõ si dispositio ægri in somno, & post somnum deterioretur, & cum dolore efficiatur. 434

Cum somnus erit tempore, quo corpus cõsueuerat naturaliter quiescere, & nihilominus morbus augeatur, significabitur quidem malitia patientis negocij. L

Si etiam Medicus ordinate et rectè operetur, præter quod appareat operationis intentum, erit malum. 435

Si Medicus ordinate, & sicut decet, ministret patienti medicinas suas, pręter quod inde prosperetur rectificatio patientis, erit signum malum, & illaudabile. hoc nanq; significat, q̃ patiens non consequitur iuuamentum ex cura Medici. M

Rememoratio signorum Prognosticorum mortalium assumptorum a qualitate corporis.

Ex his autẽ sunt facies mortuorum faciebus consimiles, 436 *a cum planicie* [a] *[seu extensione] tẽporum, ex morbo contingente, & constrictione aurium, & ipsarum frigiditate, & earum inuersatione, & oculorum profunditate.*

Hæ

A Hæ quidem facies notę sunt Medicis facies ſ. mortuorum: quarum teste Hippocrate, nasus tenuis est & acutus, & oculi profundati, & tempora plana & tensa, & aures inuersæ, & sunt in colore similes mortuo. Quę quidem facies, si circunscripta vigiliarum instantia, & euacuatiõe sensibili appareant in principio morbi necessario habebit malitiam significare. nam significãt subitũ casum virtutis, & priuationem seu consumptionem humidi radicalis, & extinctionem caloris naturalis. & hoc ratione violentiæ morbi. Non tamen B significant malitiã in morbis chronicis, sicut faciunt in acutis. possunt etenim hæ facies ratione longi temporis morbi apparere. agens. n. debile efficit transmutationẽ magnam in tempore longo: & è contrario agens forte efficit immutationẽ magnam in tempore breui. Cum ergo in tempore breui videbimus, ſ. ĩ primis diebus morbi hæc accidentia, significabunt quidem morbi malitiã & virtutis debilitatem.

437 *Etiam rubor, uel nigredo oculorum, aut eorum eminẽtia, uel principium fuscedinis ipsorum.*

C Hæc oĩa signãt dñium & excessum humoris in cerebro.

438 *Aut etiam si quieuerint:* [b] [ ] *uel si fuerint infrigidati:* [c] [*aut palpebrarum*] *tortura.*

Intellexit q̃ aut oculus quiescat a motu suo naturali, aut q̃ cesset, & tollatur sensus visus, aut q̃ eorum naturalis calor extinguatur, & infrigidẽt. & hoc quidem totum signãt mortificationem virtutis motiuæ. D

Aut si fuerit nasus acutus cũ obliqua fronte, [d] *[ex latere labij cõtracto uel marcido.]* 439 d & labiũ iferiꝰ contractũ vel cõuersum fuerit.

Acumen quidem nasi accidit ex priuatione sanguinis, & humiditatis corporis. Nam cum accidit aliqd corpori, rubet primo nasus, licet sit ex membris corporis exterius eminentibus, & frigidę naturæ, distantibus valde, ad hoc quod possit ad ea sanguis attingere. & obliquitas quidem & contractio labij significant super dominium ariditatis, & consumptionem humidi, ſ. radicalis, E

Frigiditas quidem extremorũ patientis cum ulcere, & nigredine linguæ [e] *[laboriosa, & similia cruciantia, sunt quidem illaudabilia] in febre urente.* 440 e eũ ingẽtudine, & dispõne ãgustiãte ẽ mala.

Cum quidem vniantur contraria in eodem, significabunt super ipsius corruptionem. pro tanto, cum ĩ febre valde vrente repetietur frigiditas extremitatum, significabit sup illaudabilem malitiam. & nigredo q̃ dem linguę significabit super dominium vitionis in corpore.

Ex his etiam est [f] *[uiridis rubor] unguium, & uiror in corpore cum uestigio nigredinis.* F 441 f rubedo & viridi tas.

Tales quidem vngues & maculę corporis similes vestigijs vlcerũ cõtingunt ratione mortificationis naturalis caloris in corpore, & aduſtionis humorum. Apparent autem p̃dictę maculæ similes vestigijs vlcerum, & contusionibus in illis locis determinate ex debilitate locorum prædictorum. Interdum autem signãt nigredo extremorum sup crisim

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sim, per quã euadit, & liberatur patiens. cadunt tñ vngues hoc aũt cõtingit, cum apparet hoc accẽs post morbi digestionem.

442 *Ex his etiam est icteritia, si ante septimam diem apparet cũ macie hypochondriorum.*

Illaudabile quidem signum est, si icteritia ante digestionem appareat. Et priores experti fuerũt ipsam esse sine digestione, si ante septimã diem appareat. Posteriores vero opinati sunt, ꝙ si eueniat ante septimã diem, in regionibus tñ calidis, põt H nihilominus esse bonum signũ, & laudabile. Addidit etiã ꝙ appareat cum macie hypochõdriorum: quoniam macies illius loci significat excessum, & dominium vsthionis, & sic citatis renum.

443 *Et si frigiditas sit in manifesto, & superficie corporis, & calor fuerit,* g [*& sit*] *interius. & præsertim si* h [*adhuc sit*] *& remãserit supra membra principalia.*

Hæc quidem signa sunt illaudabilia, quoniam significant ꝙ intra corpus sit apostema, attrahens ad se I calorem naturalem & sanguinem, adeo ꝙ inde infrigidetur manifeste superficies corporis. Addidit etiam: & præsertim si adhuc remanserit supra membra principalia: hoc est, si calor remanserit adhuc in manifesto corporis super illud, quod est è directo membrorum principaliũ. nam hoc significat apostema esse ĩ membris illis.

444 *Et tumor quidem multus, cum tumore extremitatum ante duo septenaria, est quidem terribilis. nã huius patientis materia uelox est,* K i ad hyp. decpem. [*& cita:*] *unde non uidetur quod ad terminum duorum septenariorum ualeat peruenire.*

Tumor quidẽ faciei, & extremorum in acutis febribus ante xiiii. diem, signãt ꝙ patiens non perueniet ad terminũ ꝓdictæ dici, aut ꝙ labet in hydropem: & hydrops quidẽ mortalis est in hoc loco.

Aut si quiescat, & cesset febris absque crisi, aut si eius, fortificatio palam augeatur in diebus paribus. 445 L

Intellexit ꝙ erit signum illaudabile, cum cessabit febris acuta subito sine crisi: hoc.n. significat, ꝙ consequenter redibit, & patiẽtem interficiet. nam talis quies significat fatigationem naturæ, & impotentiam ad resistendum morbo. Est autẽ malum, ꝙ febris augeatur in diebus paribus: aut quia non accidet crisis in talibus febribus, nisi in diebus paribus, quod quidem malum est & illaudabile: aut quia febris notha, quę hemitritęus dicitur, augetur, & fortificatur in diebus paribus. & hęc M quidem febris periculosa est. hoc autem probabilius videtur esse de intentione ipsius.

Signa ex exeuntibus a corpore.

Ex his quidem est fæx nigra, uel uiridis fœtida, pinguis, rubea, & sicut aqua a [ ] *butyrosa, & alba. Hæ nanque malæ sunt, & illaudabiles.* 446 a & effusio sanguinis vel

Malitia quidem egestiõis nigræ est, quoniam significat dominium melancholiæ: & maxime, si talis appareat a principio morbi. Et viridis appropinquat quidem ei. Sed fœtida significat super magnam & fortem corruptionem. Vnctuosa vero significat super dissolutionẽ adipis tenum ex forti violentia renum effectam. Verum rubea attestatur sup dominium choleræ rubeæ, quæ valde vrtur. Et aquosa quidem significat super priuationem virtutis immutatiuæ, & digestiuę. Spumosa autem & butyrosa significat super fortem calorem, aut super fortem motum virtutis inquietatæ & vexatæ: quemadmodum contingit in spuma maris ratione multitudinis fluctuationum motuum eius. Et alba quidem significat super debilitatẽ hepatis. Hoc autem totum verendum est in acutis. A B

Necnon etiam si appareat diuersorum colorum: hoc nanq; mortem, b [*aut crisim futuram*] *significat.* 447

Siquidem talis sit per viam crisis, C significabit super fortitudinem naturæ: quę si in non acutis talis appareat, significabit quidem super multitudinem, & dominium humorum in corpore.

Et si cum casu appetitus egestio sit cholerica, cum qua egreditur frustum sanguinis cõgelatum primo, & consequenter frustum carnis. 448

Quando cum casu appetitus est egestio cholerica, & cum ea egreditur sanguis & carnis frustum, significat quidem malum. est nanq; signum illaudabile casus appetitus cum fluxu sanguinis. D

Et etiam si post egressum choleræ appareat sanguis, absq; punctione, & stimulatione. 449

Intellexit fm opinionem meã, ꝙ cum egreditur sanguis post excedẽtem egressum choleræ rubeæ, non præcedente punctione, & mordicatione aliqua egressum sanguinis, ꝙ hoc significat egressum sanguinis per secessum, & post talem consumptionem choleræ cittinę. E

Et si post extenuationẽ & macerationem corporis appareat, & egrediatur fæx nigra. 450

Si fęx patientis egrediatur nigerrima post consumptionem & emacerationem corporis sui, & etiã morbi longitudinem, hoc quidem est signum malum, & illaudabile.

Et cum constipabitur uenter in febre urente, & c [*uexabitur cerebrum.*] 451 c fuerit ĩ cerebro sequitur vt accẽs ipsi cerebrũ ĩ quietans. F

Intellexit fm opinionem meam ꝙ cum in febre vrente constipabit venter, significabitur ascensus morbi ad caput, siue cerebrum.

Si etiam egrediatur uentositas cum sono inuerecundo præter solitum, erit malum. 452

Intellexit, ꝙ si quis verecundus bombizet, & alijs audientibus præter solitum, ꝙ hoc erit malũ signũ.

Nam significat aut super corruptionem rationis, aut super violentiam doloris.

Et urina quidem nigra, tenuis, & pauca significat patientis inte 453

G *ritum, estq; timendum ut plurimũ & periculosum, cum accidit permistio rationis, & intellectus cum tenuitate urinæ.*

Cum vrinæ tenuitas iungitur ni gredini, significat quidem super dominium frigiditatis, & extinctionẽ naturalis caloris. Quòd autem quis loquatur absq; ratione cum vrinæ tenuitate, significat ascensum choleræ rubeæ ad cerebrum, & ipsius apostemationem.

454 *Ex his etiam sunt vomitus, &*

H *fluxus* d[ ]*cum nigredine, & fœtor ex putrefactione contingens.*

d sanguis narium

Fluxus quidem sanguinis nigerrimi a naso significat super vstionẽ sanguinis ex violentia febris continentem: & vomitus niger super dominium choleræ vstæ seu melãcholiæ in corpore: & fœtor super fortẽ putrefactionem.

455 *Frequens etiam tussis cum mo*

e phthisi *dico sputo est signum malum & illaudabile.* e[ ]

I Cum in phthisi minuitur sputũ cum frequẽtia tussis, suffocat patiẽs.

456 *Sputum etiam diuersorum co-*

f cũ difficultate & tussi *lorum* f[*in pleuresi cum tussi laboriosa & difficili,] significat mortis propinquitatem.*

In apostemate lateris si exeat sputum diuersorum colorum cum difficultate & tussi valida, erit quidem mors patientis proxima.

457 *Et sudor solius capitis, ad quem seu ad cuius euacuationem subsequitur quies, est malus.*

Sudor proprie in fronte, & prora K capitis, est quidem signum mortale nam quidem significat super fortẽ pugnam. Omnis.n. sudor, quem nõ subsequitur alleuiatio patientis, est ex signis malis, & illaudabilibus.

Rememoratio signorum laudabilium Prognostico-rum.

458 *Si facies eorum appareãt qua-*

L *les fuerint tempore sanitatis, eorum quidem cura & certa euasio erit manifesta.*

Palam quidem est & manifestũ q̃ hæ facies sunt manifeste contrariæ faciebus similibus faciebus mortuorum. cum igitur facies ille significẽt super mortẽ, ideo significabũt istæ salutem, & patiẽtis euasionẽ.

459 *Ex his etiam est vniformitas,*

M *& æqualitas caloris, circunscripta macie hypochondriorum.*

Hoc autem ideo contingit, quoniam vniformitas caloris super totum corpus significat super laudabilem dispositionem corporis intrinsecam ex priuatione apostematum. Addit tamen cum vniformitate, & æqualitate caloris in corpore, q̃ nõ fuerint hypocondria macra. & hoc ideo, qm̃ talis est dispositio hecticorum. & est ac si diceret, q̃ calor reperitur vniformis per totum corpus eorum cum macie hypochondriorum ipsorum.

460 *Et si post septimam diem erit*

manifesta & perfecta ratiocinatio absque malitia, & vigor motus, & sensuum omnium, concomitante facilitate & leuitate sui corporis,

A *poris, & solitus decubitus, & somni aduentus in nocte vt plurimum*

tus *sine somno diurno cum vigore* a[*patientis] post somnum. Omnis etiã somnus tollens dolorem, & perturbationem seu permistionem rationis, & mitigans ægritudinem, est laudabilis.*

Hæc quidem signa omnia sunt contraria signis malis & illaudabilibus, quorum relationem præmisimus: & causæ istorum etiam sunt contrariæ causis illorum. pro tanto

B non oportet, nec est necesse iterare commentum in illis. Intellexit autem, cum dixit cõcomitante quoq; leuitate sui corporis, q̃ cum patiens tolleret bene morbum suum, est signum bonum, & laudabile, sicut impotentia tollerandi ipsum est malũ signum, & illaudabile.

461 *Cerebrum quidem patitur ex*

quibusdam membris compatientibus secum in passione. Vnde si tunc euaserit a permistione continua, euadet quidem patiẽs laudabiliter

C *ab hoc morbo.*

Cum membra, quibus compatit cerebrum, in passione patiuntur, sicut pectus & diaphragma, circũscripta permixtione continua rationis, significatur, q̃ cerebrum immune sit, & liberum ab apostemate. Alia autem permixtio ĩterpollata fit potius ratione compassionis & colligãtiæ, non autem ratione propriæ passionis ipsiusmet cerebri contingentis ex apostemate in eodem existente, ideſt quidem continua permixtio rationis.

D *Et si cũ apostemate capitis adsit sternutatio, ex signis erit super* 462
sanitatem significantibus.

Hoc quidem est signum laudabile, cum in statu morbi cõtigit. In prĩcipio vero significat vt plurimũ naturæ vexationem.

Omnis fluxus sanguinis b[463
b a naribus, &]*etiam ab aure in morbis capitis, est curatiuus corporis.*

Et hoc ideo contingit, qm̃ ex fluxu sanguinis narium, vel auriũ dissoluitur apostema.

E *Anhelitus manifestus non fre-*

quens, aut c[ ]*tardus est laudabilis: nec est verendus si non fuerit intercisus, separatus: aut orthopnœosus, cogens erigere patientem.* 464 c non

Cũ accidit ĩ febrib⁹ frequẽs anhelitus, est quidẽ signum malũ: nam significat excessum caloris ĩ corde. Tardus quoq; anhelitus permixtionem significat rationis. Intercisus vero separatus significat dissolutionem virtutis, & duritiem organi anhelitus, contingentem ratione apostematis in membris principalibus existentis, aut excessum siccitatis in organis anhelitus existẽtis. Verum anhelitus facieus patientem erigere significat pulmonis apostema. Cũ ergo anhelitus immunis sit ab his omnibus, signum est laudabile.

F *Et similiter est laudabile, cum* 465
pulsus est virtuosus fortis d[*sine angustia,] nec est anhelitus vrẽs, nec inflammatius.* d neq; strictius

G Angustia quidem pulsus significat super debilitatem virtutis. cū .n. non possit extendere in latum, multo minus in profundum. Et anhelitus quidem vrēs significat super inflammationem cordis.

466 *Ex his etiam sunt bonitas appetitus, & digestionis, cum æqualitate, & laudabili substantia fæcum, & [colore medio] in citrinitate, circunscripta nigredine earū ustiua, & uiriditate.*

e vrinæ, & colore ꝙ qualis.

H Hęc quidem omnia sciuntur ex eo, quod pręmisim⁹ de signis malis.

467 *Aut exitus etiam humoris cū lumbricis in die critica, hoc quidē est signum uitæ. hoc enim contingente aufertur morbus, cum fuerit ex illo humore.*

Hoc quidē est signū laudabile: quoniam significat vim & fortitudinem virtutis expulsiuę naturalis. Cum autem dixit, ꝙ aufertur morbus, hoc contingente, &c. intellexit ꝙ egressus lumbricorum in die critica sit signum bonum per se: & præsertim cum fuerit morb⁹ ex illo humore egrediente cum eis, ac si diceret, ꝙ egreditur cum eis humor, qui est causa effectiua morbi. Nam ĩterdum accidit in crisibus laudabilib⁹ ꝙ humor, qui est causa morbi, egrediatur in crisi: & accidit interdum ĩ crisibus illaudabilibus ꝙ euacuetur humor, qui nequaquam est causa morbi. & talis quidem crisis auget, & magnificat morbum nec reperit patiens post ipsam, alleuiationem, sed potius aggrauationem: ē contrario L. eius, quod accidit ex crisi contingente ab euacuatione humoris proprii morbi. K

Egredięte cholera rubea, aufertur surditas, tollituꝝ inde nocumētum in morbo cerebri. 468

Gale. quidem exposuit hoc inter dicta Hippo. in lib. Aphorismorum vbi dicit, ꝙ si fluxus ventris ex cholera rubea accidit patienti surditatem, tolletur eius surditas. Et Gale. quidem opinatus est hoc esse verū, cum talis surditas contingit ex apostemate in cerebro contingente. nō .n. est causa eius cholera rubea ĩ nō contingente ex apostemate cerebri. L & ob hoc inquit hic Bensene, ꝙ contingente surditate ĩ acutis, aduenięte fluxu vētris de cholera rubea, tollętur surditas, & morbus capitis dissoluetur.

Sanguis etiam hæmorrhoidarū curat morbum splenis. Hoc etiam est laudabile in melancholia. 469

Fluxus sanguinis hæmorrhoidarum curat a morbo splenis, & melācholia: quoniam sanguis hæmorrhoidarum est niger, & melancholia quidem est ipsa cholera nigra. M

Et fluxus quidem aquæ, & humoris phlegmatici est cura morbi in hydrope. 470

Intellexit quidem ꝙ cum accidit fluxus aquę citrinæ in vrina in hydrope ascitica, & humoris phlegmatici in carnosa, ꝙ sit cura duarū prædictarum specierum hydropis.

Egressus quoq; cholerę citrinæ in ophthalma festinat curā eius. 471

Intellexit ꝙ flux⁹ cholerę rubeę curet ophthalmiam celeriter ex eadem cholera contingentem.

Ex

472 *Ex his quidem signis est, ut uideas urinam similem in colore pomo citrino, cum hypostasi alba in fundo residente.*

A Hoc etiam est notum ex eo, qđ dictum fuit in capitulo de vrina. talis nanque color eius est naturalis, & talis etiam hypostasis similiter est naturalis, cum sit alba, & residēs in fundo vasis.

473 *Et si etiam uideas sudorem infirmi æqualem in febre continua.*

Intellexit ꝙ si sudor sit æqualis, B ac si diceret, ꝙ sit equalis per totum corpus, ꝙ hoc quidem est bonum signum in febre continua. Hæc autē febris est ex sanguine.

474 *Et tumorem exterius apparentem in synanchia. hoc enim bonū, & laudabile est.*

Hoc quidem bonum & laudabile est, sicut dicit, tumore etiam exterius in synanchia apparente, est bonum & laudabile signum. In qua vero nihil appatet exterius cū violētia accidentium, mortalis est: talis .n. est deterior ex speciebus eius: & C præsertim, si præ sui magnitudine ex ea apparente interius & exterius videatur. Extrinsecę autem seu exterius sunt tres species: ex quib⁹ laudabilior est illa, cuius ipse fecit hic mentionem.

475 *Tumor quidem testiculorum in tussi chronica, est cura corporis.*

Intellexit ꝙ cum in tussi chronica generatur tumor testiculorū, ꝙ sit cura eius: hoc est cum materia faciens tussim transfertur, & destinat⁹ ad locum prædictum.

476 *Et similiter apostema pedis in morbis pulmonis: necnon apostema generatum in iunctura cruris, & in inguinibus.* D

Intellexit ꝙ per diuersionem materiæ ad aliam partem fiat curatio apostematum pulmonis. Et ītelligit fm opinionem meā per apostema pedis, podagram. Et apostema quidem in iunctura cruris est apostema, quod generatur in carne existēte in radice cruris.

477 *Et pustulæ narium, aut labiorū in tertiana est signum salutis prognosticum.* E

Hoc intellexit in tertiana simplici & vera: & est illa, quæ non transit septem periodos, seu circuitus.

478 *Et Varices quidem innatæ sunt cura alopeciæ: necnon eius, quod est in uentre, & splene.*

Varices sunt morbi in tibijs accidentes, cum venæ in eis existentes replentur, & ingrossantur in tantū, ꝙ egrediātur manifeste a sua dispositione naturali. humor quoq;, quo tunc replentur venæ illæ, melācholicus est. pro tanto ex euulsione & E translatione illius humoris ad eas contingit curatio morbi splenis, & etiam apostematum in ventre generatorum, quæ dubaylet dicuntur, i. *scropulæ. verum ꝙ hoc sit cura alopeciæ, hoc quidem nequaq̄ est, eo ꝙ omnis materia, ex qua fit alopecia, sit melancholica: nec etiam ex humore phlegmatico, nam alopecia potest ex omnibus humoribus generari. Hic autem canon est vn⁹ ex aphorismis Hippocra. & opinat⁹ est Galenus in expositione eius, ꝙ

a. l. glādulæ.

G posuit alopeciam pro lepra. non tñ
constat apud Gal. illo tempore: nec
est verificatum isto tempore.

479 *Et oxyregma quidē i liēteria i*
testim cōtingit ex retentione cibi.

Intellexit, ꝙ si precedente lienteria, contingit eructuatio acida, ꝙ sit bonsi signū, & laudabile. Hoc nāq; signat in hoc morbo tetentionem partis cibi in stomacho. & hoc ideo: nam in hoc morbo egreditur cibus indigestus a stomacho, & intestinis rōne humoris lenitiui ibidem exi-
H stentis, aut rōne vlcerum existentiū in eisdem. Vñ cum retinetur cib⁹ in stomacho, donec acescat, est signū laudabile. quod quidem verum est, velut dicit Gale. si de nouo contigerit, quæ prius non fuerit. nam hæc est de accidentibus potentibus contingere in principio morbi.

480 *Et febre contingente in spasmo*
uel epilepsia, sit eorum cura.

Si cui accidit spasmus ex repletione, contingat febris consequenter, erit quidem hæc cura eius ab ipso spasmo: quoniā febris dissoluit humorem spasmum facientem cū cō
I trarietate complexionis eius ad cōplexionē hūoris facientis spasmū. febris. n. calida est & sicca, & humor faciens spasmum frigidus & humidus. & sic est de ipsa epilepsia.

481 *Si patienti singultum contin-*
gat sternutatio, est cura eidem.

Hic singultus est humoralis, seu ex repletione. & hoc iō, qm̄ sternutatio expellit humorem illum, qui est causa singultus a substantia stomachi, minuatq;, seu excitat naturam ad expulsionem ipsius. Singultus. n. est debilis motus naturæ in expellēdo superfluitatem nociuam in stomacho exñtem. Singultus vero, cuius causa est siccitas, non recipit curā. K

Rememoratio canonum. quib⁹ vtendum est in iudicio prognosticandi.

Decet quidem ut cum uolue 482
ris iudicare patientē, quòd
vtaris proportione, [ ] a vel cō parationis

Cum ergo volueris iudicare per hęc signa, vtaris proportione iuridica. neq; facias sententiam aliquam absolute, priusq̄ scias species illorū signorum, & differentias eorum in L
significatione.

Nam ex signis sunt, quorū Vr 483
tus Vera est & certa. Et ex eis sunt
quæ per alia falsificantur.

Dicamus ergo primo, ꝙ ex signis sunt quædam valde vera. & hęc quidē spēs signorū est, cū quibus non apparent alia eis contraria in corpore. ex his quędam sunt, cum quibus apparent alia eis contraria in corpore. quare est dubiū i prognosticādo

Iusta autem significatio sumi- 484
tur inter membra, ex eis quæ ap- M
parent in capite.

Signa quidem iuste super mortē significantia, & eius contrariū, sunt signa in capite apparentia, quorum relationem iam fecimus.

Si ergo videas aliquam signifi- 485
cationem iuste significantē in cor-
pore, & aliam sibi contrariam sic
significantem.

Si autem videas aliquod signum iuste testificans super euasionē vel perditionem alicuius, & videas cū eo aliquod signum ei contrarium in

A in corpore, supple, noli tūc prorum
pere in iudicium.

486 *Contingit etiam quòd apparēs*
super contrarium corporis non sint
nisi testimonia debilia.

Contingit autem contrarietas signorum, & testimoniorum in vno & eodem corpore, ita ꝙ quędam ex eis significent bonum, & quędā malum, cum erunt testimonia debilia super bonum vel malum signantia

487 *Omne signum non habens con-*
trarium significat recte super cu-
B *ram & euasionem.*

Intellexit ꝙ oē signum laudabile, cum quo non apparet contrariū, inquantum est ei contrarium, illud quidem & sibi similia significant recte super euasionem eorum.

488 *Et omne signum prognostica-*
tionis prædictis contrarium, signifi-
cat mortem & perditionem.

Intellexit quidem secundum opinionem meam, ꝙ omnia signa mala signis bonis contraria, quorū cōtrarietas talis est, ꝙ non possunt vniri simul in eodem corpore, sunt
C qdē signa iuste mortem signantia.

489 *Cum autem apparebunt tibi si-*
gna contraria & debilia, sequitur
quidem ad hoc dubium. Vnde sta
tunc, & prolonga iudicium.

Cum ergo colligentur apud te signa contraria debilia: hoc est, ꝙ vnīantur in eodem corpore, & ꝙ sint æquata in significatione sua, ita ꝙ non possit quis cogere super significationem, nec ratione multitudinis, neq; ratione fortitudinis eorū: posset enim vnum ex istis signis fortius esse alijs: quod quidem esset si- D
gnum apud Medicum euasionis patientis, aut eius: hoc quidem est solum dubium, non aliud ab isto. pro tanto decet Medicum tunc cōtinuare curam, quam habebit, & cōsequitur forsitan inde spem.

Cum ergo erunt æquata in di- 490
spositionibus suis, sta. Sed iudica a
prædominante, cum erunt contin-
gentia in inæqualitate sua.

Hoc quidem est notum. inquit enim ꝙ cum contraria erunt, sta, & noli iudicium referre. Cum vero v- E
na ex speciebus contrarijs coget inferre iudicium, ex cogente & dominante iudica. Docet autem hoc esse quod dicit apud Medicum in prędictis signis habentibus gradus & dominium in fortitudine & debilitate hoc est in signfiicatione: sic s. ꝙ cum exempli gratia, apparebit aliquod signum, cuius significatio super sanitatem sit in gradu tertio. & apparebunt ei duo signa, quorum significatio est super perditionem in gradu primo, tunc iudicare habebit p signum, quod est in gradu tertio. cū vero erunt prędicta signa æqualia i F
gradu, tunc ferendum erit iudiciū secūdum numerum ipsorum: sicut facit iudex in alteratione testium, & se dementientium: & sicut faciunt sapientes astrorum in virtutibus astrorum contrariorum ex contrarietate locorum ipsorum.

Et in hoc explicit prima pars Canticorum Auicennæ, & est pars Theoricæ scientię Medicinæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AVICENNAE CANTICORVM

PARS SECVNDA

ET EST PARS PRACTICAE

Cum Auer. Commen.

*Tractatus primus. De conseruationem Sanitatis.

*Rememoratio partium Practicæ.

a practica H I *Postquam ordinaui in parte Theoricæ medicinæ quod seriatim audiuistis, et hoc secundum quòd in mea mente præordinaueram, incipiam quidem nunc in practica ipsius. Iam autem retuli in principio huius libri illud* b [propter] *quod est necessarium* c [*illud, cuius relationem faciam*] d [ ] *in hoc capitulo. Operationis autem practicæ sunt duo modi: quorum vnus naturaliter exercetur: alter vero medicinis, & conuenienti regimine in cibis. Est autem non modicum, quod per illud regimen exercetur. Hoc autem regimen in duas partes diuiditur: quarum vna conseruatiua sanitatis dicitur: & altera ægritudinis curatiua. & hoc per vitam meam* e [*in perfectione Medicinæ continetur.*]

b — bri
c — sarium
d referre.
e ē finis medicinæ.

Postquam iam perfeci intentionem meã in parte huius artis Theoricæ, incipiam nũc idem in parte ipsius practica & factiua. Et iam quidem dixi in his, quæ sunt præmissa, & hęc pars diuiditur in id, quod manualiter exercetur, & in illud, quod fit medicinis & cibis. Et hęc secũda pars in duas species diuiditur. Quarum primam sanitatis conseruatiuam appellauit: in qua s. docetur, qualiter cũ cibis, & alijs ab eis sanitas conseruetur. Et secũdam ęgritudinis curatiuam: in qua scilicet ostẽditur qualiter tollatur ægritudo, & quibus ęgenijs reducatur sanitas cũ medicinis. Ipse autem inchoabit, vel ut dixit, a sanitatis conseruatiua. & K L

Et conseruatiua quidem sanitatis dicitur secundum veritatem de habente eam perfecte & absolute: necnon etiam de eo, cuius sanitas est imperfecta. Et huius quidẽ sunt secũdum operationem duæ species. Vna est in eo, cuius debilitas permixta est per totam suam substantiam in ommbus temporibus suis, sicut in sene conualescente, & paruulo, in quibus s. debilitas est per totum mista, & in eo in quo apparet aliquod signum prætendens metum, quòd appareat in eo lapsus in aliquem morbum. 2 M

Speculatiua consyderatio in principio huius capituli diuiditur in duas partes. Quarum prima est, in qua consyderatur conseruatio sanitatis perfectæ & absolutæ: Secunda vero est, in qua fit speculatio de conseruatione

A uatione sanitatis imperfectæ. Et hæc quidem diuiditur in duas partes. Quarum prima est, in qua consyderatur conseruatio sanitatis imperfectæ in toto corpore, & in omni tempore: quod intellexit, cum dixit: in eo cuius debilitas permixta est per totam substantiam suam, & in omnibus temporibus suis. & talis est sanitas senum, conualescentium, & puerorum, & etiam eius qui paratus est labi in aliquam ægritudinẽ, qualis est ille, in cuius corpore apparet aliquod ex signis significantibus super lapsum, & casum eius in aliquã B ægritudinem. & talis vero est ille, q non ex causa extrinseca, sed ex humore conqueritur de dolore, & labore. Secunda vero est, in qua consyderatur conseruatio sanitatis imperfectæ eius, qui fuit ęger in quibusdã ex membris suis & non in alijs: aut in quodam ex quatuor anni temporibus, & non in alijs: vel in aliqua ętate, & non in alijs. Et hęc quidem sunt, quorum relationem facturus est in hoc capitulo.

3 *Alia est in eo, in quo apparet morbus in aliqua ex partibus solũ* C *sui corporis, puta in cute eius, aut carne, vel ossibus eius. Et sicut etiã est in habente stomachum debilẽ frigidum* f [*ægrum naturaliter,*] *non etiam in habente læsionem ab vtero,* g [*&*] *matrice: sicut in habẽte sextum digitum, aut* h [*tumorem gibbum.*]

f ægr, & similia- ra- dicæ ru in gla

Hi quidem sunt de specie eorũ, quorum quædã mẽbra sunt ægra, & quædam sana. Ex his etiam sunt, quorum membra sunt ęgra ex malitia contingente eis in matrice. Ex D his sunt, quorum membra sunt talia a re extrinseca, cum debilitate tũ in membris illius naturafr exãte.

Et in eo, in quo apparet in aliqua ætate, & in aliquo ex temporibus anni, & non in alijs. Sicut humidus in complexione est debilis in pueritia, & postquam auctus fuerit, est sanus & fortis. Et siccus per complexionem destruetur viribus in autumno, præter quòd in vere debilis efficiatur. 4

Infirmi quidem penes ętatẽ sunt E velut ille, cuius complexio est valde humida: cui quandiu existit in pueritia, accidunt morbi ex humiditate: sed cum ad ętatem senectutis peruenerit, sanus efficitur. Verum ægritudines penes quatuor tempora anni sunt, sicut habens complexionẽ siccam, qui in autumno quidem ægrotat, & in hyeme sanus existit.

Regimen corporis sani perfecte & primo quantum ad aerem eius in generali.

Conseruatio quidem sanitatis est quoddam genus generale, duas comprehẽdens species ex operationibus Medicinæ. Ex quibus est vna, vt cum intendetur ad conseruationem complexionis alicuius, quòd ordinetur ei cibus, & diæta similis. Sed cum intendetur translatio corporis eius a sua complexione a [ ] *fiat huiusmodi, eo quòd contrarietur complexioni antedictæ. Verum regimen* 5 F

a nũli

sani

G *ſani ſimpliciter & abſolute eſt, quòd attendatur ad conſeruandũ ipſius laudabilem diſpoſitionem.*

Hę ſunt duę ſpecies conſeruationis ſanitatis in generali: quarum vna eſt conſeruatio ſanitatis perfectę & alia eſt conſeruatio ſanitatis imperfectæ & inęqualis. In hac autem cõplexione inęquali exercetur op⁹ dupliciter: vno modo ad conſeruandũ ſanitatẽ in diſpoſitione in qua eſt, regendo illum cuius eſt, & eſt cõſeruatio cum ſibi ſimilibus: ſicut exẽpli gratia, ſi intendatur ad conſeruationem habentis complexionem ca
H lidam, erit quidem conſeruatio ei⁹ cum calidis. & hoc idem intelligit, cum dicit. vt cum intenderetur ad cõſeruationem complexionis alicui⁹, &c. Sed cum intenderetur trãslatio eius a complexione ſua, & reductio ipſius ad temperiem & mediũ, hoc quidem fieret cum contrarijs: puta cum frigidis complexiõe calida exiſtente, & cum calidis in complexione frigida. & hoc eſt quod dicit: Sed cum intenderetur translatio corporis eius a ſua complexione, fiat huiuſmodi, &c. Corpus vero temperatum
I & ęquale in complexione conſeruatur cum temperatis. quod quidem intellexit, cum dixit: Verum regimẽ ſani ſimpliciter, &c. i. cum regimine abſoluto. tale autem abſolutum tẽperatum eſt & ęquale. Et quod dixit, ſ cum volumus conſeruare complexionem egredientem ab ęqualitate, docet ꝙ regamus eam cum ſibi ſimilibus. Eſt quidem dictum Gal. ſeu quod ſequitur ex dictis eius. & hoc tamen dictum eſt dubiũ, & merito, ſecundum opinionem meam. & hoc ideo, qm̃ ſi habens complexionem calidã regatur cũ calidis, la K betur quidem in morbos calidos, ſicut patet, & eſt teſtis ipſe ſenſus. Si igitur ſic eſt, cõſeruatio quidem habẽtis cõplexionẽ calidam in ſanitate ſua erit cum calidis ī complexione: min⁹ tñ calidis q̃ ſit ipſum.

Et moretur ſeu faciat reſidentiam ſuam in aliqua ex ciuitatibus quarti climatis, quæ ſ. perfectum aerem habeant & vaporẽ, 6
b [*& habeat ſpeculam verſus eremum, & ſyluam, & inſpiciat etiam*] *verſus partem orientalem, quia ipſa eſt ſubtilior.* L b ſanũ, & in loco re mũdo, in quo vita loca ſalu na, &

Decet quidem vt habẽs complexionem ęqualem & temperatam habitet in quarto climate. Addidit nihilominus ꝙ ciuitas, quam inhabitabit, debeat eſſe perfecti aeris in bonitate. & hoc, quoniam regiones diſtantes a mari ſunt calidę & ſiccę. natura enim maris ſignificat ratione humiditatis æqualitatem ciuitatis calidę vel frigidę. Intelligit autem, cum dixit, ꝙ habeat perfectum aerem, ꝙ ſit immunis a corruptiõe. Addidit etiam, ꝙ habeat ſpeculam M verſus eremum, &c. & hoc ſupple tẽpore hyemali & frigido. Quod autẽ quartum clima minime temperatũ & ęquale ſit, patet ex vnione & coniunctione ſyluarum in eiſdem. Hoc autem iam aſſeruit etiam Gale. & hoc, quoniam complexio ęqualis & temperata, quę eſt ſignum ęqualis & temperati climatis, non reperitur in quarto climate, niſi raro valde. Et addidit ꝙ ſit orientalis: quoniam pars illa, & aer eius eſt ſubtilior, ſicut dixit.

Tęe

A *Tempore vero æſtiuo declinet*
7 *ad montes, ſitq; habitationis locus apertus a parte ſeptentrionali.*

Hoc etiam notum eſt: & hoc ratione frigiditatis montium, & ſeptentrionis.

8 *In noctibus quoq; habitet, & quieſcat in ſuperioribus locis, & ſe dibus. In die uero deſcendat ad inferiores.*

Aedificium quoq; domorũ ſubterreanarum in quarto climate ſigni ficat ipſum fortus eſſe, & magnę cali ditatis. pro tãto in hac terra noſtra, B i. Sarracenorum in inſula Hiſpanię quę in hac die eſt in quſto climate, non ſunt huiuſmodi foueæ, ſeu cauernę ſubterraneę.

9 *Caueat etiam & uitet pannos laneos, & de bombyce, & condeſcendat ad ſubtiles lineos.*

Hoc quidem totum ſeruetur tẽpore æſtiuo, ratione caliditatis pãni lanei & bombycini, & etiam rõne æqualitatis, & temperiei ipſi⁹, ſ. lini.

10 *Vtatur etiam aromaticis frigidis, ſicut ex oleo roſaceo.*

C Prædicto quidem tempore eſt vtendum aromaticis frigidis, puta myrrha, & oleis frigidis, ſicut oleo roſaceo, & huiuſmodi talibus.

11 *Protegatq; oculos ſuos a pulnere, fumo, vapore turbido & corrupto, & a radio Solis hora meridiei & feruoris, necnon ab occurſu fortis caliditatis: nec etiam attente inſpiciet figuras exiles, & ſubtiliter intricatas, nec literam minutam, & ſubtilem.*

Hoc ẽt eſt totum per ſe notũ, & D manifeſtum: quare non expono.

Regimen comeſtionis vel cibi in generali.

Debeat autẽ ad minus quilibet comedere ſemel iter 12
diem, & noctem, & ad plus bis: medium autem inter hoc eſt, ſi comedatur ter in duobus diebus.

Magis qdẽ tpatus mod⁹ comedẽdi ẽ, vt qs comedat ter ī duob⁹ dieb⁹. & hoc, qm̃ qdã opinati ſũt, ꝙ act⁹ digeſtiõis pficit ī tertia digeſtiõe ī * decẽ * lexdecẽ
E octo horis. ptãto cũ fiat trina comeſtio ī duob⁹ dieb⁹, pficit digõ in mẽbris iſto tpe, vl ppe. & hoc, qm̃ ſpaciũ * decẽ octo horarũ erit ter duas * ſexdecẽ
comeſtiões: & ſic digõ pficiet tũc, vl ppe illã. conſtat aũt ꝙ laudabilior mod⁹ reficiẽdi eſt, cũ reficiet qs iam perfecta digeſtione cibi ꝓſumptũ.

Prolongetur etiam tempus c [*reſectionis, ut fiat cibi bona digeſtio. Fiant etiam paruæ buccellæ, ut bene digerantur.*] 13 c maſtica tionis

Tempus quoq; maſticationis eſt prolõgãdũ, donec cibus in ore bene cõteratur. Sunt etiã buccellæ paruæ fiẽdæ. nã hæ iuuãt ad digeſtionẽ. d ẽ difficilis contritionis ex maſticatione F

Nam omne id quod d [*contundere nõ poteris,*] *erit apud te digeſtionis difficilis.* 14 e Et quoties appetit⁹ deſyderat cibũ malũ, dimittat eo meſtio ꝙ ſi⁹. Et ſi intentio fuerit firma

Meli⁹ qdẽ eſt, ꝙ ſit bucella paruæ q̃titatis, q̃ ſi ptæ magnitudĩe ſua eẽt difficilis cõtritiõis & fractiõis à dẽtib⁹ nã oẽ tale eſt difficilis digeſtiõis 15 ad illũ, reclinet cũ contrario cõplexiõ.

d [*Attendatur etiam ut omne præter naturam, & illaudabile curetur cum contrario eius conue-*
nienti

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *nienti secundum complexionem, & malitiam]ipsius.*

Attendatur in assumptione eius, quod debet remouere & expellere nocumentum omnium eorum, quę volueris ex cibis malis assumptis ad malitiam eorum, & ad contrarium ipsius malitiæ. Vnde si fuerit cibus grossus, rectificetur cum subtilib⁹: & si inflatiuus, cum dissoluentibus ventositatem: & si frigidus, cum calefacientibus.

Sunt autem quamplures cõple
16 *xiones inæquales*[a] *[cum malitia ci*
H *bi rectificabiles.]*

a quib⁹ cõpetũt bi mali, & il laudabiles.

Interdum reperiuntur quędam cõplexiones illaudabiles & inæquales, quibus cibi mali & illaudabiles congruunt. Vnde non decet ꝙ tales cibi habentibus huiusmodi cõplexiones prohibeantur, cum conueni aut eis ratione similitudinis inter vtrosq; existentis.

17 *Vtatur ergo eis homo secundũ vsum & consuetudinem suã, nec sunt appetitus, nec delectato cibi omittendi.*

Consuetudo autem naturæ assi-
I milatet: & est ac si diceret ꝙ consuetudo necessario sit obseruanda, quãuis etiam esset praua & illaudabilis. Dictum autem eius: nec sunt appetitus, nec delectatio, &c. est vnum de præceptis huius artis per se. vnde intelligit ꝙ attendendum est in cibis, vt cum hoc quod erunt boni & laudabiles in se, requiritur etiam ꝙ appetantur. Et ideo dixerunt ꝙ duorũ ciborum ille, qui minoris est iuuamenti, magis tñ delectabilis, melior est minus delectabiliꝫ, & si sit maioris iuuamenti.

Omnis namque consuetudo subi 18
to, & sine gradatione ablata, no- K
cet, & offendit illum, cuius est.

Præcipit hic ne consuetudo subito auferatur: & hoc, quoniam cõsuetudo iam est conuersa in dispositionem naturalem.

De ordine ciborum, & rectificatione eorum.

Est autem humidum, & lu- 19
bricum stiptico præponẽdũ.
Estq; sapor dulcis acetoso[b] *[vnien* b dicendus
dus.] Et siccum cum humido recti L
ficandum. Et frigidum cum cali-
do, & è contrario Quòd si timeatur[c] *[defædatio oleaginosi, vel e-* b abstinentio pinguedinis, aut mala digestio rei ingestæ
ius quod est malæ digestionis ratio
ne pinguedinis,] addatur sal eis,
aut aliquid acutum. nam hæc iuuant ad subtiliandum.

Quòd præponatur humidum liquidum stiptico, est canon & præceptum in regimine & ordine cibi. & hoc est, quoniam ad conseruationẽ sanitatis exigitur ꝙ mensuretur cibus in qualitate, quantitate, tempore, & ordine: & ꝙ cibus sit laudabilis, & laudabiliter ministratus cum prædictis quatuor conditionibus. Quodvero addidit huic, est sumptũ a contrario ita ſ. ꝙ vnum contrariũ cum sibi cõtrario ad temperiem reducatur. notum enim est, ꝙ nociuũ & illaudabile est cum sibi contrario rectificandum. vnde est, ac si diceretur ꝙ ex hoc siccum cum humido rectificetur, & frigidum cum calido & è conuerso: & pingue vnctuosum cum salso ſ. & acuto.

Ho-

A

Hora refectionis.

20 *Post exercitium quoque est*
refectio facienda, & ipsum
postquam exuerit se ex ab eo.

Hoc ideo est, quoniam exercitiũ post digestionem factũ expellit superfluitates a corpore, & calorem depurat naturalem: vnde exercitium factum post cibum efficit ipsum acidum, ipsumq; facit venire ad mẽbra indigestum.

21 *Est autem quærendus locus trã*
quillus & frigidus, & a vento e-
B *uentatus ad laudabilem refectionem faciendam, necnõ etiam tempus & hora frigida. Vnde decet hominem esse attentum in hoc regimine.*

Hoc quidem præceptum est, vt eligantur, ſ. tempus frigidum, & loca frigida tempore æstiuo, cum qs voluerit comedere. & hoc, quoniam calor extraneus calorem naturalem debilitat, sicut & Sol ignem, cum sibi exponitur: qui tñ accendit, & confortatur cum ad vmbram ponitur.

C

Regimen cibi in qualitate & quantitate.

22 *Tempore quidem æstiuo est*
cibi quantitas minuenda.
estq; tunc ad subtiliter nutrientia declinandum. Vnde vitandæ sunt tunc carnes grossæ, & vtẽdum est oleribus, & lactis speciebus.

Hoc quidem fit ratione debilitatis caliditatis naturalis contingentis corporibus ex dominio calidi extranei super corpora tẽpore æstiuo.

Et piscibus recentibus, hœdo, 23
& agno mediocris ætatu, & D
pullis gallinaceis, & gallinis, carnibus quoq; d *[columbarum, & co-* d pdicũ & fraculi norum.
turnicum.]

Hæ quidem carnes sunt laudabiles apud eos, de quarũ bonitate concordati sunt, præterq; de carnibus agni. est nihilominus possibile vt agni regionum calidarum & siccarũ sint magis temperati agnis regionũ frigidarum & humidarum: sicut in hac mea regione contingit. cuculląę, & coturnices non sunt in hac nostra insula Andalusiæ. E

Sunt etiam ex conferentibus 24
tunc fercula ex coriandro, & agre
sta composita, &[e] *[satabeg, &* e fichbagi & zirbagi & diligat dulcia, sicut é charbissi, & cibaria ũ tafil. & almosus
ceribat.]

Hęc quidem fercula cum coriãdro, & aceto, & vua acerba composita, sunt apud eos tempore æstiuo laudabilia.

Regimen potus aquæ.

Si quis ergo velit a morbis e- 25
uadere, diuidat regimen suũ in tria, quorum vnum tribua- F
tur animæ, & aliud cibo, & aliud potui vel aquæ.

Cum quis voluerit ęgritudines euitare, diuidat regimen suũ ī tria, quorum vnum aię tribuat, & aliud cibo, & aliud potui. hoc, qđ dixit de anima, reperitur in suauibus & laudabilibus relationibus.

Et parum quidem aquæ frigi- 26
dæ satiat, & sitim sedat: ad hoc
tamen nõ sufficeret multũ tepidæ.

Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Hoc quidem ptxceptum inducit ad vtendum aqua frigida: qm̃ parũ ex ea sitim sedat, quod minime facit multum ex tepida. Et licet hoc sit verum in climatibus calidis, eõgruit nihilominus vsus aquæ tepidæ in regionibus frigidis: & pcipue tempore hyemali. & pro tanto Grę ci timent valde potum aquæ frigidæ in regione sua ratione consuetudinis ipsorum.

27 *Non est autem aquæ potus frigidæ nimium* [ ] *frequentãdus, eo quòd neruis obsit.*

f aut potꝰ nimis.

H Ex hoc dicto videtur, ꝙ concesserit interdum potum aquæ frigidæ minimum: quod quidem si vnq; fecit, fecit tempore ęstiuo calido.

28 *Non est etiam offerẽdus potus aquæ nimis nisi pingui, sanguineo, multæ carnis.*

Hoc quidem notum est. nam si macer extenuatus, habens modicũ sanguinem, bibat aquam nimis, nõ est securus quin accidat ei inde stupor, & dormitatio membrorũ. Retulit.n. Gal. ꝙ accidit cuidam patiẽ

I ti post potum aquæ nimis, adeo magnum nocumentum in gutture suo ꝙ nihil deglutire potuit, & tandem mortuus est inde.

29 *Est etiam uitandus potus aquæ in mensa, nisi* [*ratione adhærentiæ, & tardi descensus buccellæ.*]

g accidat ferach, i. passio, in qua cibus nõ descẽdit ex meri.

Cauendum quidem est, ne bibat in mensa aqua, nisi ad procurandũ transitum buccellæ, cum descensus eius tardatur.

30 *Non est etiam sumenda aqua cum cibo, nec in egressu a balneo.*

Causa quidem huius est, quoniã E cum sumitur aqua super cibum, priusquam stomachus calefecerit ipsum, infrigidat ipsum, & incrudat. Est etiam causa, quare supernatet cibus sumptus in stomacho, & quare tiam non adhæreat, & vniatur eidem, quod conterat ipsum, sicut exigitur. actio nanque stomachi super sumptum cibum sit contrendo, & coquendo simul. vnde sicut cum infunditur simul, & in magna quantitate aqua in olla, propter quod tardatur cibi decoctio in eadem, sic qdem contingit inde ipsi in stomacho. Aqua autem sumpta super bal E neum nocet valde ratione contrarietatis existentis tunc in membris: contrarium.n. fortificatur tũc in occursu sui contrarij, vt inquiũt. & ob hoc non est securum quin infrigidet infrigidatione incurabili hepar bibentiũ immediate post egressum eorũ a balneo. vnde est ac si diceret, ꝙ inde contingeret eis hydrops.

31 *Nec etiam post forte exercitiũ & coitum: hoc enim est malum et illaudabile.*

Cã huius dicti est dicta in assum ptiõe eius post balneum. artñ maiꝰ M est nocumentum potus eius in coitu: eo ꝙ debilis fit calor naturalis in corpe eiꝰ, qui vsus est coitu, & calor innaturalis auctus, & fortificatus.

32 *Si tamen quis ex modica tolerandi potẽtia sitis vrgeatur, sumat ex ea parum tantum, s. quo declinatio & impulsio cibi ad inferius stomachi compleatur, quatenus ibidem digeratur. sumat tamen ex aquis illam, quæ sitim sedet, & sa*

tiet:

A *tiet: aut ex vino, quod, & quantũ eongruat, & sufficiat.*

Hoc quidem, cuius relationem fecit hic, de vino est verum, postq̃ descendit cibus ab ore stomachi ad eius inferius, s. ad fundum.

33 *Et si sumpta aqua ad satietatẽ aut vino sufficienti, accidat sitis, vitentur potus eorum: quoniam talis sitis est mendosa.*

Hoc quidem est pręceptũ, vt expellatur sitis mendosa. nã si sumpta aqua, vel vino ad sacietatem, generetur sitis in eodem, sitis quidem illa

B erit mendosa. pro tanto docet, vt tũc tollatur omnis potus, donec cessaret sitis illa.

Regimen vini.

34 NOn est curãdum de assumptione multi vini: debetq; sufficere modicum cum est in vsu: nec est continuandus omni die potus vini: nec est bibendum in ieiunio: nec etiam post sumptionem cibi subtilis vel acuti: estq; omni tẽpore vitæ, nisi semel in mẽse, ebrie

C tas vitanda.

